ſanguinea. digerat̄ cum oxizaccara in plus
in ſcirupo viol'. in minus et ſcirupo de fu
mo terre. ¶ Et ſi materia fuerit fl'atica cū
oxizaccara cōpoſita. ꝫ ſcirupo de fumoter
re et d̄ borra. ¶ Et eſt aduertendū in mū
dificatiuis et laxatiuis ꝙ ſint multū debi/
lia ſi exhibeantur. qꝛ iſta egritudo libēter
concordat cum fluxu. et hoc eſt ꝙ multū
timemus aſs aborremus. deinde inuoluat̄
in pſico rubeo. deinde fiant iſta ut trahat̄
materia ad exteriora. ¶ ℞. ani. feni. apii.
an̄. faſciculum. i. coquantur in aqua cū'len
tibus multis et cum tepidum fuerit linte
amen intingatur in aqua illa et exprimat̄
et paciens inuoluatur. ¶ Cum uero matu
ratur perforetur cum acu de auro. deinde
totum corpus de iſto puluere aſpergatur.
℞. farine fabaꝝ. cicerum. lentium. lupino
ruꝫ. orobi. litargiri. ceruſe. aloe. fiat puluis.

iſte eniꝫ puluis deſiccat et cicatrizat et car/
nem generat. et ſi fricetur culcitra ex iſtis
pulueribus bonum eſt. ¶ Ad cuſtodiam
oculoꝝ. ℞. ſucum coriandri. aque ro. albu
men ouoꝝ. fiat col'ium ꝫ frequenter ocu
lis inſtilletur. ¶ Ad cuſtodiā narium vn
gatur guttur et gargarizet frequent̄ vinuꝫ
mororum cum aqua ordei calida. ¶ Ad
cuſtodiam pulmonis vtatur dyapapauer.
¶ Ad cuſtodiam inteſtinoꝝ utatur troci
ſcis factis de ſuamcꝫ. coriandro. et ſpodio
conditis cum ſuco acetoſe. ¶ Ad remouē
dum mala ueſtigia que i facie poſt vario
las remanſerunt. ℞. litargiri. ceruſe lote. ca
thimie. pulueꝝ cannaꝝ adhuſtarum. cocl'a
rum minoruꝫ. cum oleo de lilio et cera ꝙ
ſufficit. fiat vnguentū. Clarificatō. ¶ Si
dubitaret aliquis d̄ caricis quomodo com
petunt poſtꝗ̄ uergūt ad calidum et humi
dum. dico ꝙ medicamen bonū conſueuit
fieri de caricis. et de dragan̄to infuſo in
lacte et ſemie feni. et croco et lentibus ex
corticatis. et iſtis ſimul coctis et tritis et ſi
mul piſtatis et confectis. ¶ Iſtud eni me
dicamen ualet in principio et cōfortat uir
tutem et facit ad facilem expuitionē. ibi
eniꝫ ſunt carice et dragan̄ti ꝓpter pectus
leniendum. et ad precauendum ſtricturā
pectoris. que libenter uenit in paſſionibus
iſtis. & ibi ponitur ſe. feni. ad aperienduꝫ
oppilationē epatis. et crocus ad confortan
dum cor. ¶ Et ꝓpterea vetule ex quodaꝫ
inſtinctu nature dant cottidie in tali caſu
aquam vbi eſt crocus et lentes ad confor
tandum cor et inteſtina. patet igit̄ ꝙ talis
mixtio eſt vtilis. valent igitur carice ꝓpt̄
vias anhelitus conſeruādas ꝫ ad membra
alia. ¶ Secundo poſſet aliquis dubitare ꝗ̄
re nō competit fluxus uentris poſtꝗ̄ ꝑ il/
las partes fit fluxus creticus et cuꝫ hoc illa
membra ſint apta ad recipiendum ſuper/
fluitates. ¶ Dico ꝙ nō cōpetit poſtꝗ̄ iam
manifeſte apparent ex̄. et potiſſime ſi fiat
natura. cuius ratio ē qm̄ poſtꝗ̄ natura inci

pit hanc materiam venenoſam expellere ad exteriora ſi poſtea reuerterent̄ ad inte/riora erit timendū ꝙ erit vi ſinthomatis et ita erit timendū ꝙ iret hec materia venenoſa ad aliquod membrū nobile. Preterea hec materia eſt acuta et pūgitiua et eſſet timendum ď excoriatione inteſtinoꝝ Sed fluxus uentris ꝓhibeatur quantum erit poſſibile. ¶ Tercio intelligendū ꝙ uariole fiunt magis cum ſanguis purus reci/pit ebullitionez. & ſi ſanguis colericus bulliat uocātur morbilli mag. et ſunt minoris quantitatis et maioris acuminis. Et ſi ſanguis cum ff̄ate erunt variole ff̄atice. & ita de me°ia. ¶ Quarto notandum ꝙ ex parte puriori ſanguis nutritur fetus. et quedaz pars impura et immunda remanet in poroſitatibus membroꝝ. et hec eſt pars ſeu cauſa uariole. ¶ Quinto notandū ꝙ ad hoc ut variole generēt̄ oportet duo cōcurrere. ſ. ebullitio. et fortitudo caloris expellentis. et ꝓpter hoc non generantur in matrice qꝛ eſt membrū frigidum. niſi eſ/ſet per accidens ꝙ ſequeretur morbos ſanguineos. nec ex fetu exiſtēte in utero. nec ſtatim poſt uterum. ſed potius cum calor incipit vigorari et fortificari. ¶ Sexto intelligendum ꝙ variole et morbilli poſſūt generari in membris interioribus. ſicut in pulmone et inteſtinis. ⁊ ſimilibus ſicut dicit Auicꝗ. et eſt ualde malum. qꝛ debilitas uirtutis expulſiue ſignificatur. ¶ Septimo notandum ꝙ iſta paſſio magis generatur in vere. et quia ſanguis mag habundat et quia uirtus fortior eſt. Secūdo in autum/no ratione corruptionis. in eſtate autē minus qꝛ materia exalat. in yeme longe minus quia pori clauſi. ¶ Octauo intelligendum ꝙ poſtꝗ variole apparent et expanſe ſunt per totuz corpus non cōpetit ff̄omia quia traheretur materia ab extra ad interiora. Sed quādo materia eſt adhuc in interioribus bene cōpetit. et hoc eſt in princi°. Et hec videtur fuiſſe intentio Auicēne.

## ¶ Capitulū de venenis.

Venenum eſt materia ſubtilis aquea horribiliſſime qualitatꝭ a tota ſpecie permutās corpus humanum. ¶ Intelligendum eſt ſ̄m rationē Auicꝗ. ꝙ eoꝝ que ingrediuntur corpus humanū. quedam ſunt que agunt a parte materie ſicut cibus. quedam a parte qualitatis ſicut medicina. et quedā ſunt que agunt ratione ſubſtantie. Et ipſius quedam ſunt que habent aſpectū beniuolum et conſeruant ſicut pioia. aurum ⁊ ſimilia. quedam ſunt que habent aſpectū maliuolum corruptiōis et deſtructiuum. ſicut vniuerſaliter habent venena. & ideo quod tranſmuttat corpus humanuz et nō tranſmutatur venenū eſt. Cauſa autez eſt quia venenū eſt contrarietatis totius ſub/ſtantie penetrabilis ad corpus humanum ¶ Venenoꝝ quedam interficiūt ridere faciendo. ſicut crocus ratione ſue qualitatis que ad hoc determinata eſt. et ideo poſtꝗ interficit de gr̄a ponatur ſub genere uenenum. Et quedā ſunt que interficiunt oppilando ſicut plumbū. et quedam mortificādo ſicut opium. et quedaz calefaciendo ſicut euforbium. quedam corrodendo ſicut cantarides. quedā putrefaciendo ſicut vermis pini. quedā tota ſubſtātia ſicut nappellus quā totam ſubſtantiā aliqui appellant formam rei per quam res eſt id quod eſt aliqui appellant virtutē orbis. aliqui appellant totā ſubſtantiā illam ꝓportionem et armoniam oīm quatuor qualitatum que reſultat ex unione forme cum materia. ¶ Signa. Qd̄ ſi aliquis ſumpſit vene/num. ſunt cum aliquis ſentit odorē horribilem. aut ſaporē mordacem. ant arſuram aut fluxum ſaliue. aut ꝑmutationē coloꝝ. ut modo apparet vnus mō alius. nauſea et inquietudo. Et ſi ſumpſit venenū friz patit̄ ſtuporē. ſi ca°m arſurā et inff̄ationē

¶ Et quandoqꝫ color manifeſtat. ſicut ce
ruſa vergit ad albedinem. quandoqꝫ odor
vt opium odorem horribilē. & ſic de ali
is iuxta naturam uenenoꝝ. ¶ Signa mor
talia. ¶ Signa mortalia hiis qui venenum
ſumpſerunt ſunt iſta videlicet cum occul
tatur oculoꝝ pupilla et ſola alba appareant
tumor faciei et gule. mutatio coloris in li
uorem vniuerſalē et nigredinem uel liuidi
tatem. nigredo lingue et exitus eius. mul/
titudo ſaliue. precordioꝝ dolor. ſpaſmus.
ſincopis. Iſta inquā mortē ſignificant in
ianuis. ¶ Preſeruatur autē aliquis a vene
nis cum eſt conuitatus. aut a domeſticis.
aut ab aliis. Si cum domeſticis recordetur
verbū ſeu conſiliū Saluſtii. vbi maior ami
citia ibi maior fallendi copia. Non come
dat nec bibat ſubito et uoracit̄ ſed diu in
ore tenendo. quoniā venenū eſt tante or
ribilitatis ꝙ percipiet per guſtum uel ode
ratum. et ideo caueat omnia ultime acuta
et dulcia acetoſa et ſalſa. et nō ſic auide ſu
mens cibum ſuum. ¶ Si uero ſit conuita
tus et uadit ad alienā menſam et habeat
eam in ſuſpecto anteꝗ̄ uadat ſumat nuces
aut auellanas aut ficus aut rutam aut tyria
cam aut mitridatum. Si ſentit mordicati
onem ſtatim ſurgat et uerecundia poſtpo
ſita euomat. faciendo criſteria ſtomia et
balneum. Finaliter accipiat tyriacam quia
tyriaca ſi ſumatur ante uenenū cor confor
tat et expellit venenum. et ſi poſt confor
tat cor et expellit. et ſic q̊cunqꝫ mō ſumat
valet. nec poſſumus dicere ꝙ eius ſint ope
rationes contrarie. vtrumqꝫ enim ſaluatū
eſt. ſiue faciat hoc modo attrahendo mō
expellendo modo vtrumqꝫ faciendo. na/
tura enī et uirtus potuit ei dare ſimul vir
tutes contrarias quēadmodū uidemus ꝙ
per ſe facit natura. attrahit enī cibum ad
nutriendum membrum tempore ſanitatꝭ
et medicinā ad euacuandum et alterandū
tempore infirmitatis. Forma igitur tyria
ce firmatione ſimplicium una eſt adiutorio

nature. ⁊ regimine eius poteſt facer̄ opera
tiones contrarias. vnde et frigida ⁊ calida
uenena ualet liberare ⁊ ſoluere. ¶ Medici
ne igitur que ualent contra venenū ſunt
multe. ſicut eſt ariſtoĺo. gēciana. ſaliua. ru
ta. baccaꝝ lauri. terbentina. et herba turicii
que aput dyaſcorides vocatur palaóaron.
¶ Preterea cauendum eſt ne aliquis incul
petur ſine culpa. nā multotiens accidit ꝙ
arance et ſcorpiones ⁊ alia ſimilit̄ veneno
ſa cadunt in ollam ſeu ſcutellā aut in do
lium. & hoc poteſt accidere ꝓpter inmun
diciam locoꝝ aut ꝙ cibus fuit abſconſus
inter paleas aut ſub terra que obliuioni tra
dere non debemus. et ut caueamus. et ut
alios iniuſte non accuſemus. ¶ Curatio.
¶ Curatio poteſt eſſe ut inmediate ꝙ ſen
tit nocumentū euomat cum oleo ſiſanino
et ſimilibus. et ꝙ accipiat lac et butirū et
cibum multū et poſtea uomat. & dato ꝙ
non euomat adhuc eſt bonū. ¶ Et contra
uenenū ualent criſteria et ſumat bolum
armenum cum uino ⁊ caueat a ſomno oī
bus modis quibus poterit. & ſi conſidera
tur ꝙ uenenū ſit frigidum ſumat allia. et
ſi calidum ſumat coriandrum et cāphorā
et ſi ſunt đ illis que interficiunt a tota ſpe
cie ſumat tyriacam. agaricum. ſemen urti
ce. pulpam coloquindite. et ſemen iunipri
Et ſerapinō et caſtoꝛ̄ ſunt medicina bona
contra uenenū quoniam faciunt euomere
et educunt per ſeceſſum ⁊ ualent a uirtute
ſpecifica. ¶ Intelligendū autem ꝙ ſi os ab
luatur cum aqua frigida aut etiā ſi pona
tur in os valet ad diſcernendū qualitates
venenoꝝ ꝙ ſine ſapore eſt. et ſi lingua eſ
ſet infecta aliquo ſapore non poſſet bene
diſcernere. vt igit̄ lingua os et ſtomachus
bene mundificentur et nō ſint infecti ali
quo ſapore bonum eſt ſumere aquā frigi
dam. ¶ Sciendū ꝙ auellane et huiuſmo
di vnctuoſa cōpetunt. ꝙ oppilant. etiam
valet terra ſigillata. ¶ In principio enim
iſta nō permittūt qualitatē veneni venire

ad cor. lac etiam poteſt cõpetere licet de fa
cili corrumpat̃. ꝓpter hoc euomatur. repri
mit enim maliciam veneni. ¶ Secũdo in
telligenduz ꝙ nõ omne illud quod eſt ca
lidum in quarto gradu eſt uenenum. ſicut
ſunt allia piper & ſimilia. niſi cum h° ha
beant aſpectuz a forma. ſicut euforbium.
Et tamen omnia frigida in q̃rto ſunt ue
nenoſa. ꝙ frigiditas nõ ita conuenit cum
corpore humano ſicut caliditas. nec ſic per
ſe poſſunt eſſe venena ea que inficiunt a
qualitatibus. ¶ Et iuxta h° de uenenis ca
lidis et frigidis querit̃ que ſunt peiora et
nequiora. Dico ꝙ quo ad ꝑuentionẽ cito
ad cor peiora ſunt calida. ſed poſtq̃ perue
nerint ad cor peiora ſunt frigida. tanq̃ vi
te principiis magis reſiſtentia. ¶ Quarto
intelligendũ ꝙ habens cor calidũ citius in
ficitur q̃ habens cor frigidum. qm̃ habẽs
cor caliduz habet uenas amplas et meatus
latos. et cum uenenum a tota ſpecie habe
at penetrare ad cor. ideo facilius penetrat
per meatus latos q̃ ꝑ ſtrictos. Sed ex ſtri
ctis diu moratur in via. & tunc eſt poſſi
bile ꝙ alteratur et digerit̃. ¶ Et ꝓpter h°
turdi nutriuntur ex ell'o. et conſimilia ex
quibuſdã aliis venenoſis. qm̃ habent mea
tus ſtrictos et ſtat tãto tempore donec ſit
digeſtum. ¶ In hoĩe autem meatus ſunt
ita ſtricti. & ideo ex uenenis acutis mori
tur cito habens cor calidum. & licet vir
tus ſit fortis. tñ cito moritur ꝙ venenuz
attrahitur ratione caliditat̃ et penetrat ci
to ratione amplitudinis. ¶ Quinto notã
dum ꝙ licet omnis operatio ꝓcedat a cõ
plexione. non tamen ꝓpter hoc uenenuz
quod interficit a tota ſubſtantia operatur
mediante cõplexione qm̃ a cõplexione ꝓ
cedit opatio mediate vel imediate. at tñ
venenum qđ interficit a tota ſpecie in ſui
generatione ratione ſue cõmixtionis vel
ex qualitatibus el'aribus ul' ex aliquo aſpe
ctu orbis acquirit virtutẽ occultaz ꝑ quã
operatur. In cognitionẽ autez huiuſmodi
non poſſumus deuenir̃ niſi per experimẽti
viam. ſm̃. Ga. v°. de ſimplici medicina.
¶ Et intelligendũ ꝙ venenum qđ inter
ficit a tota ſubſtantia põt eſſe cibus et hoc
ſi continuetur. et ſi nõ primo in maxima
quantitate ſumat̃. ſicut patet đ puella que
habitantes cum ea interficiebat. at tñ illud
nutrimentũ non erat bonum nec cõueni
ens nec ex omni parte bene aſſimilatũ &
ſemꝑ retinebat malas q̃litates. et h° patet
qm̃ galline fugiebant ſputuz eius. Nutrit̃
cõpus humanũ ex ueneno ſicut famelicus
nutriretur ex medicina. ¶ Et iuxta h° in
telligendum ꝙ medicine liberantes a ue
nenis ſm Auic. et Auer. li° ſuo de tyri
aca. ſunt medie int̃ medicinas et venena.
& ꝓpter hoc valet tyriaca in qua labora
uit andromachus. Tyriaca tamen nõ com
petit corporibus temperatis ſed lapſis. nec
quibuſcunq; lapſis. ſed in magnis. et nõ in
quibuſcunq; magnis. ſed in magnis lapſi
bus materialibus. et nõ in quibuſcũq;. ſed
in illis que ꝑueniunt ex fl'ate et melanco
lia. In ſanguine et colera nõ niſi uehemen
ter exirent terminũ naturalem. in iſtis eti
am omnibus cuz magna cautela. In febri
bus etiam non competit. Iſta ſunt uerba
Auer. in ſuo de tyriaca

### ¶ De morſu venenoſoꝝ.

MOrſus eſt ſolutio continuitat̃ fa
cta ab aliquo venenoſo animali
ſicut ſunt ſerpentes aranee veſpe
canis ſymia et alia venenoſa aput nos in
habitantia. ¶ Intelligendũ ꝙ hoĩes mor
dentur a ſerpentibus gratia loci vel gratia
tempoꝝ. aut ꝙ excitantur et tunc ſerpẽtes
ruinoſe ruunt in homines et mordent &
vulnerant. Aduertendũ tamen ꝙ ſerpen
tes ſunt diuerſaꝝ ſpecierum et modoꝝ ſe
cundum diuerſitatẽ regionum ſicut patet
habitantibus yeĩes et in climatibus calidis
quoniam quidam uocantur tyri. quidam

dracones·quidam aſpides·quidam baſili-
ſcus· & hoc genus eſt peius inter omnia.
alia quia viſu et tactu interficit etiaꝫ aues
volantes & plãtas que ꝓpe ſunt. Nos au-
tem non habemus tales diuerſitates. Di-
uerficantur autem ſerpentes ſecundum ali
um modum·quidam ſunt maſculi· qui-
dam femine· maſculi ſunt deteriores· Et
quidam ſunt de locis ſiccis· et iſti ſunt de
teriores q̄ de locis humidis·& quidã ſunt
iuuenes·et iſti ſunt deteriores q̄ ſenes· &
quidam ſunt famelici et hi ſunt deterio-
res q̄ ſaturi· Et quidam ſunt in eſtate· et
iſti ſunt deteriores q̄ in aliis temporibus·
Et quidam ſunt cõmoti et ſtimulati· et
iſti ſunt peiores q̄ quieti· Aliquo igr̃ acci
dente ſuperueniente mordent homines et
venenant. ¶ Signa. Signa aũt ſunt
ſatis manifeſta· patent enim ſenſibiliter·
Eſt igitur in loco dolor mordicatio et in
flatio·Et modo in albedinẽ quando capi
tur reuertitur ad interiora·modo in liuo-
rem viriditatem et nigredineꝫ quãdo ad
exteriora mouetur·& eſt calor uehemens
et arſura· quia ſerpentes ſunt calidi vt di
cit Auic· vomitus ſtrangwĩnea et tortio
uentris·Cum apparet ſudõ frigidus et fri
giditas extremitatum et ſtupor ſpaſmus·
et ſincopis·et color corporis mutatur in li
uorem viriditatem aut nigredinem tunc
iam mors ſedet ſupra pedes·quia mõs in
cipit a pedibus ſecundũ Ga· in pronoſtic
¶ Curatio In primis ligentur extrema
ligationibus fortibus et doloroſis·Secun-
do accipiatur gallina et deplumet̃· et ap-
ponatur ſupra locum morſure· Et ſi galli
na moritur bonum ſignum eſt·quia uene
num eſt attractum ad locum morſure·et
ideo multociens applicent̃ galline· Secun
do accipiatur ſpongia vel lana·vel aliq̄d
aliud ſimile·et ponatur ſupra locum mor
ſure· et hoc fiat multis vicibus· Tercio ſi
ex his non repellatur ponatur ventoſa ſu
pra locum morſure ſine ſcarificatione vel
cum ſcarificatione ſi neceſſarium fuerit·
Quarto emplaſtretur locus cum tyriaca·
Quinto emplaſtretur cum tali catapl̃ato
¶ ℞·ſerapinum·mirram·aſaferi· opopo·
piper·ſulfur puluerizata· miſceantur cum
vino·vi° accipiãtur frondes maligranati
et piſtentur cum ficubus·& deſuper appo
natur·Septimo utatur iſta potiõe· ℞·ma
ligranati et ſummitates eius· mirtum &
ſummitates eius·coriandruꝫ et folia eius·
et cribentur et decoquantur in aqua·et ſu
matur·Octauo habeatur perſona vilis et
ſugat fortiter locuꝫ morſure et caueat ſibi
tamen ꝙ ſtomachus ſit repletus·uino·alle
is·et ruta et nucibus ⁊ ficubus·et abluat ſi
bi os frequenter cum uino vel oleo·Vlti
mo vero ſi non habeatur aliud ingenium
abſcindatur membrum ſi illud ſit paruuꝫ
¶ Notandũ eſt hic ꝙ licet ſerpentes ſint
calidi et venenum ſit calidum· poteſt ta-
men inducere ſudorẽ frigidũ et congelar̃
ſanguinem cordis mortificando calorem
naturalem et corrumpendo virutem cor
dis et membrorum principalium· & pro
pter hoc ualet tyriaca·quia calefacit et ſub
tiliat·et calorem naturalem confortat· &
maliciam ueneni cõpeſcit· et ipſum vene
num exterius ſubſtantialr̃ expellit· ¶ Se
cundo poſſet aliquis dubitare de ſerpenti
bus ꝙ non ſunt calidi ex eo ꝙ accũbũt in
yeme in antris ſine ſenſu et motu· quo-
modo igitur erit uenenum caliduꝫ poſtq̄
ſerpentes ſunt ſic·¶ Dico ꝙ ſerpẽtes ſunt
calidi q̄d declarat motus et furia· et ſunt
tante raritatis ꝙ frigiditas penetrat ad in
teriora·et ideo morãtur quaſi mortui·Et
poſito ꝙ ſerpentes eſſent frigidi·tamẽ ve
nenum poſſet eſſe calidum· ſicut patet in
aſpide qui eſt frigide nature·et ſanitate ca
ret· tamen eius venenum calidum eſt·Et
ſicut venenum ſerpentum eſt caliduꝫ· ita
venenum ſcorpionũ eſt frigidum· ſecun-
dum Ga· ¶ Tercio intelligẽdum ut ſupe
rius dictum eſt· q̄m tyriaca ualet contra

venenum contrahendo et expellẽdo. ſiue
ſumatur ante ſiue poſt. ſiue intus ſiue ex-
tra. ¶ Quarto aduertendū ꝙ aliquibus ui-
detur ꝙ tyriaca non operetur a tota ſub-
ſtantia. quia illaꝫ dat natura. et tyriaca cō-
ficitur ab arte. Dico ꝙ quedam ſunt quo-
rum natura dat materialia et preparat et
diſponit et vltimo natura complet vt in
vino et blado. et quedam ſunt quoruꝫ na-
tura dat materialia ſed ars preparat et diſ-
ponit et complet formam. ſicut patet in
mitridato et tyriaca. et rutus quinqꝫ ānos
ſue confectionis vel circiter habet formā
perfectam quaꝫ acquiſiuit et ſimſtare mi-
ſcibilia propter quam operatur et contra
venena calida et frigida. quatuor enī eta-
tes habet ſicut homines. ¶ Quinto no-
tandum ſicut dictum eſt ſuperius ꝙ licet
uenenum nutriat a parte materie ſue et cō-
uertatur ad naturā corporis nihilominus
in poroſitatibus membroꝝ remanet que-
dam mala qualitas que magis in corpus
agit q̃ agatur a corpore et per iſtaꝫ agit et
per iſtum modum alterant̃ ſirupi et me-
dicine. ¶ Mirabile uidetur đ baſiliſco ꝙ
ſolo uiſu venenat cum ſimus intus ſuſci-
pientes et non extra mittentes. Et mirabi-
lius eſt ꝙ ſi reſpiciat ſe in ſpeculo morit̃.
cum ſuum venenuꝫ ſit ſibi amicabile. Et
adhuc eſt mirabilius cum homo ſit tem-
peratus ac digeſtiua procedat ulterius ſpe-
cificando quō ſaliua hominis ieiuni cum
ſit ſuperfluitas tercie digeſtiōis poſſit eſſe
venenum. Dicendum ꝙ ad receptionem
ſpecierum ſumus intus ſuſcipientes. nihil-
ominus multa poſſūt ab animalibus emit-
ti mala et corrupta. ſicut mulier menſtrua-
ta inficit ſpeculum. et lupus facit hominē
raucum. Alii ſunt qui inficiunt fixe intu-
endo aues pueros paruos et equos tanq̃ ſi
eſſent faſcinatores. Et ideo nō eſt mirabi-
le cum baſilicus ſit animal uenenoſum ꝙ
corrumpat aerem et interficiat ad maiorē
diſtantiam. Et ideo moriuntur aues uolā-
tes & miles qui cum lancea pungit. Infi-
ciuntur enim partes medie aeris donec ſit
in termino. & ex reflexiōe in ſpeculo mo-
ritur. qꝛ eſt alterius nature cuꝫ eſt reflexus
ſicut ſanguis cum eſt extra venas. ¶ Sali-
ua etiam poteſt acquirere aliquam uenoſi-
tatem nō ratione digeſtionis. ſed ratione
contrarietatis. Eſt igitur ſaliua venenum
quibuſdam animalibus. & propterea dicit
Ga. ꝙ homo et uipera perimunt ſe ſe ad
inuicem ratione cōtrarietatis. poſt cibum
autem non interficit ꝓpter mixtionē eius
cum cibo.

¶ De morſu ſcorpionis.

Scorpiones ſunt quedam anima-
lia ad modum ſcarabeoꝝ preter
qđ habent caudas. quidam tamē
non eleuant caudas. et illi non ſunt ita ve-
nenoſi. & quidam uolant. et ſic mutant ſe
de regione ad regionem. et inueniūtur iu-
xta locum vbi Alexander incluſit got et
magot. et inueniuntur ꝓpe nos in auinio-
ne. et in multiſ aliis regionibus. Et dicunt
indigene ꝙ ſcorpiones diligunt multum
pannos albos. et ideo cū aliquis habet mū-
da femoralia et camiſias cōponunt ſe iux-
ta carnem et lambunt cum lingua ꝙ ſi cō-
primantur pungunt cum cauda foramen
puncture eſt tā paruum quaſi inſenſibilit̃
Et licet quantitas veneni ſit paruiſſima.
effectus tamen eſt ualde magnus. qꝛ uene-
num eſt frigidiſſimum ſecundū. G. ideo
in loco puncture ſentitur magna frigidi-
tas. & in extremitatibus dolor et punctu-
ra tremor et inflatio. et quandoqꝫ eſt calō
in toto. Et dicit. Ga. ꝙ ſi punctura eſt in
arteria ſentitur ſincopis. ¶ Curatio.

¶ Curatur cum tyriaca ſiue interius acce-
pta ſiue ſuperpoſita. qꝛ calefacit et exiccat
attrahit et expellit et confortat et qualita-
tem ueneni deſtruit. et contraria poteſt fa-
cere per ſe cum adiutorio caloris naturalis
Hoc idem facit mitridatū. tyriaca. dyace

ſeron.et carigione. et eſt confectio facta de bacis lauri.et ariſtol' rotũde.piretro.pipere.et maiorana.et genciana in equali ꝓportione.et agarico in maiori.et pulpa colloquin.in minori conficiantur cum butyro et mell'.et ſumatur interius uſqꝫ ad.ʒ.i etiam empl'etur deſuper.et allia etiaꝫ ſumpta cum uino puro in parua quantitate ualet.Et qđ plus ualet omnibus eſt ꝙ ſumãtur ſcorpiones et bulliant̄ in oleo et vngatur particula paciens.ſtatim curat.Et ualet hoc in dolore auriũ ſi inſtillatur in aurem.

### ¶De ape et veſpe.

APes et veſpe habent aculeum et pungunt et cauterizant et ſentit̄ in loco tumor dolor et arſura. veſpes uero nõ dimittũt aculeos.ſed apes fortiter adherent et dimittunt aculeuꝫ & poſt parum viuunt.Et licet ſint animalia carentia ſanguine venenum tamen habẽt calidum et vritiuum.natura enim prouida dedit aculeum loco armoꝝ.ſed tamen raro aut nunq̃ ledunt niſi ledant̄.et ideo faciunt exercitium cõtra illos qui eos impugnant.Sunt quidem animalia multum fructifera et venenũ uel aculeum non dimittunt niſi ſtimulata.Rex apum nõ habet aculeum.Ex ꝓprietate preter cõplexionem habent uenenum calidũ.Supra puncturam ponantur non ſimpliciter repercucientia.ſed partim reſoluẽtia.uidelicet ferrum deſuper appoſitum.aut plumbum infrigidatum in aceto.aut malue cõtrite. ordeum et coriandruꝫ piſtatum cũ aceto.

### ¶De ydroforbia.

YDroforbia dicitur paſſio melancolica illius videlicet qui abhorret aquam multam.et etiam ſonum eius. Intelligenduꝫ ꝙ multa animalia mordẽt homines que ſunt ſana.et que daꝫ ſunt corrupta.ſicut homo mordet hominem.et canis et lupus muſtela et ſimilia. Et ſi nõ ſunt rabioſa curãtur ſicut vulnera.preſeruando ut locus non apoſtemetur. Abluatur igitur vulnus cum aqua et ſale. & fabe fracte maſticate deſuper poſite multum ualent. et oleum de orobo.& cõfectio facta de cepis orobo et fabis fractis melle et uino dulci.¶Si autem fuerint rabioſa oportet aliter conſiderare.Et exemplificemus in cane in quo frequentius accidit.Canes ſunt frigide et ſicce complexionis cum icurrũt rabioſitateꝫ in fine eſtatis et principio autumni ꝓpter maximam caliditatem adurentem.et in yeme propter nimiam frigiditatem.et in uere propter malos cibos. vt quia cõmedũt cadauera mortuorum et aquas potant corruptas. ¶Signa. Signoꝝ quedam ſignificant canem rabioſum.quedam ſignificant leſionem factam in morſu a cane rabioſo.Si non ſit canis rabioſus fiat ut dictum eſt. Si autem ſit rabioſus ad hoc vt cognoſcatur.Primum ſignum eſt ꝙ non cognoſcit domum ſuam et incedit ſolitarius capite inclinato et aures ſunt pendentes.et oculi rubent.et ſaliua exit ab ore & latrat vmbre ſue.et habet latratũ raucum et portat caudam plicatam ⁊ alii canes fugiunt ab eo et latrant ei. Et ſi buccella panis intingatur a ſanguine exeunte a loco morſure et detur aliis canibus et cõmedãt non erit rabioſus.Signa que ſignificant leſionem venenoſitatis factam in corpore ſunt.quoniam habet ſomnia timoroſa et terribilia.et eſt ſtupidus et ſentit puncturas ⁊ mordicationem in corpore.et habet ſingultũ ſitim et ſiccitatem oris et ꝑmixtionem rationis et abhorret aquã et moritur. ¶Pronoſticatio. Morſus a cane rabioſo dato ꝙ nihil ſentiret non reputet ſe curatum.aliquando enim occultant̄ iſta ſigna per.xv.dies.aliqñ per ſex menſes.aliqñ per unum annum.aliqñ ꝑ ſepteꝫ

annos. Et diuerſi ſunt termini ſm̄ diuer-
ſitatem corporis ſuſcipient;. & ſm̄ naturā
veneni et regionis. et alioꝝ. ¶ Peſſimum
igitur ſignum et mortale eſt ꝑmixtio ra-
tionis et formidatio aque munde. ita ꝙ
vix aut nunq̄ euadit aliquis poſtq̄ incipit
aquaꝫ abhorrere. ¶ Cura. Recta uia
curationis eſt ꝙ trahat̄ materia uenenoſa
ad exteriora ꝑ locum morſum qꝛ ſanum
conſiliū eſt ꝙ non fiat fl̄omia. nec farma
cia. nec criſtere nec balneum anteq̄ tranſe
ant ad minus tres dies. qꝛ traherent vene
num ad interiora. In primis igit̄ ponatur
ventoſa ſuper locum morſure cum ſcarifi
catione. Et ſanguiſuge ſunt utiles. & non
permittat̄ morſura claudi. Et empl̄etur
cum his. ſ. oppo. temperato cum aceto &
eruca et cepe et alleis et ruta et butiro &
etiam fiat cauteriū ſupra locuꝫ. Poſt uero
tres dies fiat fl̄omia et nō reſpiciat ſangui
nem ſuum. et detur ſibi yeraruſi. acuta cū
pulpa coloquindite. Et fiat balneū et utat̄
cepis et alleis et ruta et aqua vbi ferruꝫ ſit
extinctum. Et utatur tyriaca. & deſuper
empl̄entur cancri fluuiales. Cōpetit etiaꝫ
pullus deſuper appoſitus. Vtatur ꝑ annū
integrum de iſta confectione uſq; ad. ʒ. i.
in mane. ℞. radicū ariſto. rotunde gencia
ne cancroꝝ fluuialium aduſtoꝝ origani ca
lamenti rute baccaꝝ lauri. an̄. ʒ. i. piretri.
oppo. boli armenici. an̄. ℈. ſ. caricaꝝ. ℈. ii.
bulliant in uino cocto. et cuꝫ melle et bu
tyro cōdiant̄. Si aūt omnia iſta neglecta
fuerint cadent iu maniam demoniacā &
in mortem. Si aūt uenerint ad diſpoſitio
nem ꝙ abhorreant aquā videt̄ egritudo
confirmata. ¶ Tunc ingeniandū eſt ꝙ oc
culte per canalem e longinquo detur ſibi
aqua cum magna cautela ꝙ nō poſſit vi-
dere aquam nec audire ſonitū eius nec vi
dere picturas nec ſpeculū nec vitrum. Et
breuiter regatur cura maniaci. ¶ Mirabi
le igitur eſt ꝙ canis rabioſus ꝛ hō morſus
a cane rabioſo cum confirmatur egritudo

abhoīatur aquam cum magis deberet ap-
petere ratione contrarietat;. Dico de facili
fit impreſſio i hu°. & ideo ſicut uidemus
ad ſenſum. & G. vult in de motibus liq
dis ꝙ cuꝫ aliquis uideat obſcitare obſcitat
Et cum uideat alitare alitet qꝛ iſta fiunt i
humido ſicut uidemus ad ſenſum. cuꝫ ali
quis magis q̄ alter vult mingere cum ab-
luitur anus vel tangere in humido. igitur
de facili fit impreſſio. Cum igitur rabio-
ſus ſit intus imundiſſimus et melancolia
ſit aduſta ita ꝙ manēte uita iam ulterius
corrumpi nō poteſt cum uidet aquaꝫ ſta
tim mouetur imaginatiua in qđ habet et
aliquo modo ratio uiget. Et tunc ſi petat̄
ab eo ſicut dicit raſis quar̄ abhorreat aquā
Reſpondet et dicit ꝙ in aqua ſunt ſterco
ra et inteſtina et uiſcera canum. Et qꝛ iſta
naturaliter abhorrent̄. ideo ꝓpter paruum
lumen rationis abhorret iſta putans ibi eſ
ſe illa ꝓpter corruptam imaginatiuā. Secū
do modo poſſumus dicere ꝙ hoc eſt a ꝓ
prietate. Tercio dico ſi hec egritudo eſt cō
firmata et mala cōplexio eſt equata ſicut
in ethica nō odit contrariū ut curans imo
obedit tanq̄ contrariū corrumpens. ſimile
quidem apparet in eo ꝙ uolunt uoluptari
in terra coitu in locis ſiccis. Gaudent etiā
puluere ratione ſimilitudinis. cōtrariuꝫ au
tem nihil appetunt qꝛ totum eſt eis natu
rale vel quaſi naturale. ¶ Secūdo cadit ali
ud mirabile vnde canes habent uelocita-
tem in motu et audaciā poſtq̄ ſunt aīalia
frigida et ſicca. et tn̄ audacia uenit a calor̄
et calidum eſt bonū naturale. Dico ꝙ au-
daciam habent ex eo ꝙ camerulas cordis
habēt anguſtas. et ideo ebullit ibi ſanguis
et calefit et iraſcitur et conquerit̄. Et ſic ꝑ
accidens habent audaciam qꝛ ratione ſtri
cture cameruląꝝ inflāmantur et mouent̄
cum furore. Lepores uero habent cameru
las cordis amplas. et ideo de facili exit ille
modicus calor cuꝫ ſint cōplexionis frigide
et ideo ſunt multum timentes. Iſta tamē

duo aīalia cōueniunt in vnum ꝙ uelociſ
ſime currunt. & hoc nō eſt a parte cōple-
xionis. ſed ex habitudine corporis qm̄ ha
bent neruos ſiccos. nerui aūt quanto ſiccio
res tanto meliores ad motū. niſi eſſet tan
ta ſiccitas ꝙ rumperētur. ſicut teſtaṫ. Ga.
vi°. de accidēti et morbo. ¶ Tercio intel
ligendū ꝙ in vrinis talium apparent fru-
ſtra carnium et eſt ſanguis coagulatus. Vl
timo notandū vt dicaṫ in ſumma ꝙ bal
neum nō cōpetit donec corpus fuerit mū
dificatum. ꝙ hu. permiſcerentur. nec fflo
mia nec farmacia niſi poſt tres dies. aliter
magis traheret intrinſecus. Poſt uero tres
dies venenū per totum corpus eſt expan
ſum. et tunc bene poſſunt cōpeter. In pn
cipio igitur cum attractiuis et cum ſcari
ficationibus inſiſtere debemus. Sed poſt
tres dies amplius ꝑ illum modū non mo
leſtemus. Illud aūt quod fortiter attrahit
eſt cauterium.

¶ DE DOLORE.

Dolor eſt ſenſus rei cōtrarie. aut
dolor eſt mutatio cum corrupte
la qn̄ ſenſus apprehendit rem cōtrariam.
tunc eſt dolō. ¶ Cauſa aūt doloris eſt du
plex. ſ. mala cōplexio diuerſa et ſolutio cō
tinuitatꝫ. Iſta enim qn̄ ueniunt fortiter z
ſubito ſunt cauſa dolorꝫ. Si aūt paulatine.
non ſentitur. Et ſi ita fortiter ueniant ꝙ
ſtupefaciant menbrū non ſentiuntur. Et
ſi ſunt adequata nō ſentiuntur. Calidū igi
tur et frigidum ſunt cauſa dolorꝫ ꝙ ſunt
actiua et fortiter imprimūt. Siccum autē
non inducit dolorē niſi ꝑ accidens inquā
tum ſoluit continuū. humidum aūt nec
per ſe nec ꝑ accidens ſed gratia materie re
ducitur ad faciendū ſolutionem cōtinuita
tis. Calidum uero et frigidū qn̄ multum
excedunt ſoluunt continuū. et ideo anto
nomaſice loquendo dolores non ſunt niſi
vlcera ſint. Solutio aūt totius nō inducit
dolorez niſi dum eſt in fieri. ſm qd̄ vult
G. de morbo. Et ſi dolor ſit ī vulnere po
teſt eſſe hoc ꝓpter humores qui currunt.
aut ratioue male cōplexionis diuerſe. Do
lores igitur aut proueniūt ex cauſis extrin
ſecis. ſicut eſt exercitiū flagellum caſus et
obuiatio et durus decubitus et cum aliqs
dormit diſcopertus. et multa alia conſiſia
Aut dolor ꝓuenit ab intus. et tunc ſunt
diuerſe ſpecies doloris ſm diuerſitatez hu
morum et particule pacientis. et ſm natu
ram multitudinis et paucitatꝫ. Et ſm hoc
dolor in menbro ſenſibili eſt multuz acu
tus. In menbro uero obtuſi ſenſus eſt pau
cus et eſt dolor agrauatiuus. Et ſi eſt ma-
teria acuta facit dolorē acutum pungitiuū
et frigida obtuſa facit dolorem grauatiuū
ſi eſt uentoſa extenſiuum. ¶ Species autē
dolorꝫ ſm Auicꝫ. ſunt multe. Sed ſm. G.
poſſunt reduci ad tres ſpecies. ſicut dicit ī
illo affō. labores ſpontanei. et in li° de re
gimine ſa. Eſt enim quidez dolor acutus
pūgitiuus ulceratiuus. Alter eſt dolor gra
uatiuus ſiue apoſtemoſus. alter eſt inflati-
uus. et ſi ſunt alie ſpecies ad iſtas poſſunt
reduci. ¶ Signa particularia ſunt iſta. Si
alicui ueniat quaſſatio et agrauetur. ſicut
ſi cum acubus pungereṫ aut cum urtica. z
ſentit motum deambulatiuū inter cutem
et carnem pruritum pungitiuū et ꝑforati
uum. ſignum eſt ꝙ ſunt hu. colerici z acu
ti aut ſalſi aduſti dominantes in corpore.
qui diſſoluti in uapores cum uadunt ad
menbra ſenſibilia inducūt dolores acutos
Si aūt ſentiāt extenſionē in menbro tāq̄
ſi eſſent rigida et tenſa ſicut corda tunc
ſunt hu. melancolici quos natura non pōt
reſoluere aut ſunt ventoſi. Et ſi dolor ſit
affixus humores ſunt. et ſi deābulant uen
tus eſt. ¶ Si dolor fuerit grauatiuus ſicut
ſi ſentiret magnū pondus ita etiam ꝙ nō
audet ſe expandidare. tunc eſt ſignum ꝙ
hu. ſit melancolicus et male qualitatꝫ. per
prius aūt dolor ſignificat hu. malos. ſecun
do multos. tercio utrunqꝫ. ¶ Quarta aūt
ſpecies doloris pōt uocari dolō inflatiuus

videtur enim ꝙ homo ſit in quadá flam
ma caloris qui tranſeat ꝑ ſpatulas ut in pa
ratis ad fe. putridas et maxime de ſangui
ne. In tali dolore ſit grauatio ſit cófractó
ſit inflámatio. Et tunc cópetit ſtatim ffo
mia ꝙ ſi non fiat ffomia et incurrat fe.
magnum infortuniū habebit. aut forte ñ
euadet. Et ſi cótingat ꝙ euadat cum terri
bilibus accidentibus euadet. ſicut dicit. G.
de re. ſa. ¶ Pronoſticatio. Magna ps
pronoſticationis dicta eſt ꝙ oés iſte con/
quaſſationes et dolores ꝓnoſticant mor/
bos futuros. Et ideo ps iſta ualet in regíe
preſeruato. Pronoſticemus igiẗ cum .Y.
labores ſpo. narrāt mōbos. i. ſine cauſa ma
nifeſta. vel poſſumus dicere ꝙ hic agitur
de dolore ꝓut dolor eſt mōbus vel tenet
locum morbi ꝓ tanto ꝙ querimus cauſá
ſignum et curá. Et ſm hoc poſſumus pro
noſticari ꝙ oés dolores ſunt mali. ꝙ' dolo
res ꝯſternunt virtutez. & ſunt cauſa apo
ſtematū et ſincopis. nam oís dolor qui in
ducit ſincopiz eſt peſſimus ꝙ deſtruit na
turalia. Et ubicūꝗ permiſcetur eſt ſimiliẗ
malus. ſed dolor oés operationes deſtruit
ꝙ nihil uel q̄ſi nihil pót fieri dolore ma/
nente. qd̄ ſatis declarauimus in tabula no
ſtra ingenioꝝ. Cura. ¶ Dolores curanẗ
tribus modis ſm doctriná. G. de ſimpli.
medicina. Primo ꝑ euacuátia ſi fuerint cū
hu. uicioſis iuxta qualitaté hu. et plenitu/
dinem. Secundo cum anodinis calefacto
riis et euapatoriis cum corpus ñ eſt plecto
ricum. Tercio cum narcoticis qñ dolor é
vehemens. ut qñ alia nó proficiunt. & qñ
adeſt deſperatio ut in forti dolore oculoꝝ
aut in colica. aut in fortibus doloribus iun
ctarum. et ſiſibus. Et tñ ſit cautela in nar
coticis ꝙ nó ſtet ibi longo tépore. ſed mó
ſint et modo nó. & ꝙ fuerit bene repreſ/
ſum. ſicut opiū cuz croco et caſſiaẗ. Quar
to debemus cóſiderare ſi corpus eſt plecto
ricum uel nó. et aliqua euacuatio cóſueta.
ſicut méſtrua et emōroyd̄. et modo non

ſit ꝙ tales indigent forti euacuatióe. Qui
to conſiderandū eſt naturas doloꝝ ſi fue/
rit vlceratiuus et expectauerit. ſufficit ab
ſtinentia et fricatio. Et ſi multuz oportet
ut mundificeẗ ab hu. acutis ut plurimum
tunc fiant fricationes fortes abſtinetia &
balneū. Si aūt fuerit plenitudo magna fi/
at ffomia. ¶ Si autez dolor fuerit grauati
uus tunc cópetit ffomia. et fricatio et bal.
et mundificatio. Et ſi fuerit inflatiuus ſta
tim fiat ffomia magna. ꝙ iſte dolor eſt
ualde periculoſus. Eſt materia iſta multū
in uia preſeruatiua. & oportet ſic fundare
multū in iſtis radicibus ſicut manifeſtabi
tur. G. cum de re. ſa. ſcribemus cū auxilio
dei. ¶ Sexto ſciendū ꝙ qñ alicui fortiẗ z
ſubito et ſine cauſa manifeſta uenit dolor
nimius. tunc melior medicina q̄ poſſit eſ
ſe eſt ffomia. ſicut eſt dictuz ſuper illum
affō. que egerunẗ multotiens ſi fuerit de
ſanguine. aut corpus eſt plectoricū et vir/
tus poſſit tollerare. tunc directe et ꝑ ſe có
petit. Si aūt fuerit de aliis cauſis et uirtus
poſſit tollerare adhuc pót cópetere ffomia
per accidens. qm̄ fortiſſimus dolor eſt cau
ſa trahédi materiá ad locū. dato ꝙ corpus
non ſit plectoricū. ſicut dr̄. 13°. d̄ inge. ſa.
¶ Septimo intelligendum ꝙ tria ſunt in
ſtrumenta cū quibus medicus operaẗ. que
ſi applicentur debite et ſicut oportet uideẗ
mirabilia facere in fortibus doloribus et
egritudinibus ſubitis. Primū eſt ffomia.
ſtatim eniz facit ceſſare morbū ſicut in ſi
nocha patet. Secundū inſtrumentū eſt cri
ſtere. ſtatim eniz facit ceſſare morbū. ſicut
in colica. Tercium eſt calefactoriū qm̄ ſta
tim curat fortes dolores. ſi corpus non eſt
plectoricū. aut ſaltim docet quid ſit agen
dum. In doloribus igiẗ et quaſſationibus
et fuſtigatióibus vtamur calefactoriis té
peratis. Accipiaẗ igitur ſpongia et ponaẗ
in aq̄ calida et exprimatur et ꝑticule paci
enti applicétur. aut fiat de furfure appoſito
in ſaculo. Et ſi cá eſt frigida ponaẗ i vino

calido puro. & ſi cã eſt ca. ponaẽ in aq̃ ca. vel fiãt ſacculi de camomilla melilot. vł de ſale et milio vel de auena uel de teguł et conſiſibus q̃ non hñt fortem uirtutem in attrahendo. Sed ſi cõfidimus ꝙ corpus nõ ſit plectoricũ poſſumus accedere ad calefactoria facta de aniſo feni. ruta. canopo ał cimio. fenugreco. et ſiſibus. Et poſt vniuerſalẽ purgationeʒ in iſtis doloribus mirabiliẽ extinguiẽ dolor ex balneo aque dulcis calide. Si aũt dolor ꝛ cõfractio fuerit a cauſis extrinſecis vt a flagello et ſiſibus. tunc ualet ut in primis fiat flſomia et poſtea bal. et ungaẽ cum melle et dyaltea ¶ Et ꝯ liuores fiat hoc. ℞. ſuci abſinth. aniſii mirtillorum baccaꝝ lauri. ex his fiat oleum. unguentũ. Item auſungia porcina recens bulliat in uino. et ibidẽ ſtupe intincte loco appliceẽ. ¶ Clarificatio. Intelligendũ ſicut dicit Auic̃. ꝙ dolor eſt aliqñ cauſa morbi. ſicut fortis dolõ eſt cauſa ſincopis et apoſtematꝗ. Aliqñ dolor eſt morbus. ſicut dolor antiquus capitꝗ galleatus. Aliqñ eſt accidens morbi. ſicut dolõ capitis qui ſequiẽ ſe. Et ideo intelligendũ hic ꝙ Auic̃. large accipit dolorẽ. nam exquiſite loquendo dolor nõ põt eſſe morbus ꝑ ſe. ſemꝑ enĩ eſt accidens morbi. et accidẽs eſt qualitas morbi. Semꝑ enĩ ſequiẽ ad id qđ imediate et per ſe ledit operationeʒ ſicut ẽ mala cõplexio diuerſa aut ſolutio cõtinuitatis. Materia aũt iſta dilucidata eſt nobis ſupra q̃rtum de morbo. et in multꝗ aliis locis. et ideo breuiẽ ꝑtranſeo. ¶ Secũdo notandũ de doloribus et deliciis. ꝙ ꝓprie loquẽdo ſolũ ſunt in ſenſu tactus. ꝗꝛ hic ſenſus cõis eſt oĩbus ſenſibus. iõ conſequenẽ pñt eſſe in q̃libet ſenſu. qm̃ delectatur oĩa in obiecto ꝓporcionato ſenſui. ꝛ triſtaẽ in obiecto incõueniẽti. ¶ Si dicat aliquis ꝙ calefactoria ñ cõpetunt ꝓ eo ꝙ trahunt materiã ad locũ ꝛ ſoluũt continuum. Dico ꝙ ñ trahunt niſi cõpus eſſet plenum. et ñ cõpetũt niſi poſt uniuerſalẽ purgationẽ. nec ſoluunt cõtinuũ de q̃ ſit curãdum. hoc. n. fit dilatando ꝛ poros ratificãdo. Et de ſomniferis debemus intelligere ꝙ cõpetunt ĩ doloribus uehemẽtiſſimis. & ſi genereẽ dolor ĩ capite. ñ tñ in eadẽ ꝑte ſpiritus ingroſſando generãt dolorẽ aliũ. cum dolorẽ curent ad tẽpus. aliqñ tñ ſoluitur ſpũs ingroſſando. hoc. n. minus calefactũ eſt. niſi ſomnifera excederẽt ꝗꝛ dolores proſternunt uirtutem.

## ¶ DE APOSTEMATIBVS.

Apoſtema eſt inflatio ſeu tumor ꝓpreẽ naturã. diuiſiones apoſtematum ſunt multiplices. ꝗꝛ q̃dã ſunt de materia calida. q̃dã de frigida et de ſanguine uocaẽ flſon. Si de coľa eriſipila. ſi de flſate zimia. ſi de meľia cancer et ſclirrus. q̃dam de aq̃ſitate. et cauſant ydropiſim. & q̃daʒ de uentoſitate. et cauſant cacociã et tumorem mollẽ. ¶ Apoſtematũ q̃daʒ cauſanẽ per viã cõgeſtionis. ſicut illa q̃ generantur ex ſupfluitate nutrimẽti et debilitate mẽbri. & q̃dã generanẽ ꝑ viã deriuatiõis ex reumatica materia ad locũ. hoc aũt fit ꝓpter debilitatẽ mẽbri pacientꝗ uel recipientꝗ et ꝓpter fortitudinẽ menbri ĩpellentꝗ vel tranſmittentꝗ. et hꝰ ex multitudine materie et eius mala q̃litate vel utraq; etiã ꝓpẽ largitatẽ viaꝝ. Iteʒ apoſtematũ q̃dã ſunt exterius apparentia. et q̃dã interius latent. ſicut pleureſis pypꝰnia et ſiſia. Apoſtematum q̃dã ſunt ſimplicia. et q̃dã ſunt cõpoſita. Itẽ quedã ſunt ĩ menbro nobili. q̃dã ignobili. Itẽ q̃dã ſunt in oſſibus. quedã ĩ ſubſtãtia cerebri medul'ari. et q̃dã in aliis partibus. hoc dr̃ ꝗꝛ quidaʒ negarunt hoc. Itẽ apoſtematũ quedã ſunt in diuitibus. et iſta tardius curanẽ ex eoꝝ inobediẽtia. ſm. G. ꝗꝛ nolũt facere flſomiã nec alia vt oportet. & q̃dã in pauperibus. ꝛ tale forte ex obedientia citius curareẽ. ſed vbi eſt in

digentia ñ oportet laborar̃. ¶ Apoſtema
tum q̃dam ſunt de materia aduſta cõrup
ta alterãte ꝛ corrodẽte carnẽ et oſſa ꝛ alia
& iſta ſunt multiplicia ſicut eſt ignis pſi/
cus ſeu ignis infernalis ſeu ignis ſci Anto
nii qd̃ idẽ eſt & carbunculus et antrax et
nolimetangere. et lupus et herpeshestio/
menus impetigo ſerpigo. formica miliaris
formica deãbulatiua. cancrema fiſtula can
cer. Iſta aũt generant̃ ſm duos modos. ali
qñ ex ſanguine ſubtili. aliqñ ex groſſo. ali
qñ ex colera ſubtili. aliqñ ex groſſa. aliqñ
ſanguis eſt in plus. et aliqñ colera citrina.
et aliqñ melã. ſiue ſit natural' aduſta ſiue
innaturalis. Et ſm diuerſitatẽ cõmeſtiõis
et uite diuerſe ſpecies generant̃ ad q̃ nar/
randũ non ſufficit pſens dies. Apoſtema
tum q̃dã ſunt cum fe. quedã ſine. & q̃ cũ
fe. q̃dã eſt cum fe. abſolute. et q̃dã cũ fe.
peſtilentiali. Et ita apoſtematũ q̃daꝫ ſunt
morbus p ſe. et q̃dã per accidens. ut qñ ali
quos morbos ſequit̃ p ſe. ut qñ primo et
inmediate ledit opationes. & ita diuiſiões
apoſtematũ ſunt. xiii. quantũ eſt d̃ pſenti
¶ Intelligendũ ſm intentionẽ Auic. ꝙ
oĩs puſtula ulcerãs ꝛ corrodẽs et denigrãs
et cauterizans faciẽ ſicut cauteriũ põt uoca
ri ignis pſicus ſeu carbo ſeu carbunculus.
ꝙ ſi bene pſcrutetur ſub iſtis cõprehendit̃
formica et q̃dã alia. ¶ Nolimetanger eſt
vlcus corroſiuũ calidũ ſequẽs apoſtema et
puſtulas de colera intenſa corrodens et ca
uernam faciens. & põt dici nolimetangẽ
ꝙ inficit tangentẽ. & accidit vtplurimuꝫ
circa oculos et nares. ¶ Antrax et carbun
culus ſunt apoſtemata pua ſeu puſtule ue/
nenoſe. ita ꝙ in carbũculo eſt maior adu/
ſtio. et iõ locus eſt niger ſicut carbo. In an
trace colera magis decernitur dñari. Et di
ſcernũtur iſta ꝙ in circuitu apparẽt puſtu
le multi coloris. quidã citrinus qdã liuidus
quidã rubeus qdã niger i circuitu ad mo
dum circuli. Cauſantur. n. ex ſanguine et

colera aduſtis tranſmutatꝫ in naturã uene
ni et melãam aduſtã. et ideo corrodũt et
vlcerant. Et pro tanto dr̃ antrax ꝙ facit
antrum. et carbũculus. ꝙ cõburit ſicut car
bo ignitus qui poſtea denigrãtur. ¶ Herpeſ
eſtiomenus eſt vlcus corroſiuuꝫ de colera
groſſa aduſta. ſed ñ ignita ut eriſipila. ſed
plus mẽbrum mortificãs q̃ cancer. ſicut di
cetur inferius. et albeſcit. al's accidit plus i
partibus inferioribus. et uocatur alio noĩe
lupus. Interptat̃ quidẽ herpeſeſtiomenus
id eſt p ſe vlcus cõmedens et corrodens.
¶ Cancrena ſunt diſpoſitiões male de co
lera et melã aduſtis cum colore mortifi/
cato. et cum quadã inſenſibilitate menbri
veniẽt utplurimũ in ptibus inferioribus.
vt dicetur inferius et melius. ¶ Eriſipila
eſt apoſtema de colera groſſa ignita. et cũ
ulceratur corrodit. et corroſa denigrat. et
eſtaraꝫ facit. et tunc põt uocari ſacer ignis
aut ignis pſicus. ¶ Cancer eſt vlcus corro
ſiuum de melã aduſta et cõrupta. ¶ Im
petigo ſerpigo formica miliaris et formi/
ca deambulatiua ſunt parue puſtule corrũ
pentes et inficientes cutem de colera adu/
ſta magis ſubtili. Et pro tanto ſm princi
piuꝫ prurit mouetur et ulcerat et deambu
lat p cutem. & quia aliquãdo uidetur uo
litare. aliquando quiſcere in uno loco. et
aliquando occupat parum de cute. et ali/
quando multuꝫ. et uocatur vulgariter ale
nedebers. aliquando eſt ignis uolatilis cuꝫ
rubore et ſqualore et dolore et infectione
et aliquando ulcerant et corrodunt. ¶ Et
inter infectiones et corroſiones cutis poſ
ſunt reponi. Iſta enim apoſtemata et reli
qua aut proueniũt ab exterioribus aut ab
interioribus. ab extra. ſicut a caſu pcuſſio/
ne obuiatiõe. et ſimilibus. Si ab intus aut
proueniunt a multitudine et malicia eius
aut ex bonitate nature mũdificantꝫ cõpus
et talia ſimiliter ſunt facilioris curationis.
¶ De apoſtematibus aũt frigidis tracta/

bimus infra magꝭ ſm intentionē. cum lo
quemur de glandulis ꝛ nodis. ¶ Signa
apoſtematis ſanguinei ſunt rubedo molli
tus dolor et pulſatio. Si ḋ colera,ſignū eſt
citrinitas duricies dolor punctura mordi
catio. Et ſi de fl̄ate eſt ibi albedo mollici
es et paruitas dolorꝭ. Et ſi apoſtemata cō/
ponanẗ erit ſignoꝝ cōpoſitio ſm diuerſita
tem cōponentiū. Si uero apoſtemata fue/
rint de hu. aduſtis corruptꝭ tranſmutatꝭ in
naturam ueneni. tunc eſt ibi fetor. dolor.
pruritus deābulatio vlceratio liuor deni/
gratio cauterizatio mōtificatio. Et ſi in cō
poſitione dn̄etur magꝭ colera corrupta,uer
git magis ad rubedinē clarā. & ſi ſanguis
ad rubedineꝫ non claram. & ſi fl̄a ſalſum
ad albedinē cū quadā citrinitate. & ſi me
lancolia ad nigredinē. et quāto mel̄ia ma
ior tanto magꝭ denigrat cauterizat et eſta
ram generat. ¶ Pronoſticatio. Apo/
ſtematū quedā terminanẗ ꝑ inſenſibilem
reſolutionē. & hoc ē ualde bonū. Et q̄dā
per ſtiroſitatē et duriciē et hoc eſt malū.
¶ Apoſtematū quedā ſunt de materia ca
lida. et terminātur in die. xx. & quedā ḋ
materia frigida. et t̄minātur in. xl. et que
dam de materia media et terminantur in
xxxi. ¶ Apoſtematū quedā ſunt cuꝫ fe.
continuis in quibus ſi expuat̄ ſanies an̄ ſe
ptimū diem impoſſibile ē ꝙ euadat. nam
ꝙ ita cito poſſit natura generare ſaniē nō
inuenio uiam. et uirtus eſt debilis et ſic ci
to oportet mori. Et ſi multa bona ſigna
apparent dicit. Y. uitā ſunt pollicētia. ſꝫ. i.
tardantia ſunt ad mortē ſicut eligiẗ ex di
ctis. G. .°. ꝓnoſticoꝝ. et eſt uerbū notabi
le. Oē apoſtema de materia aduſta. ſicut
antrax et carbunculus. formica. et ſie ḋ ali
is ſunt peſſima et mortalia. ꝙ ſi erunt cū
fe. raro aliquis euadit. Qꝫ ſi fuerint in lo/
cis ex directo cordis aut ꝓpe mortale. Si
reuertatur materia ad interiora. iam mōs
ſupra pedes quieſcit. ¶ De apoſtematibus
aūt in particulari loquemur inferius ſm

qḋ ſunt indiuerſis mēbris. et tunc ꝓnoſti
catio erit ſm naturaꝫ apoſtematū et mem
broꝝ. ¶ Cura apoſtematū in generali.
¶ Curatio apoſtematū in generali hec eſt
In primis apponātur repcuſſiua. niſi aliud
impediat. Illud autē qḋ impedit eſt cum
materia eſt uenenoſa. ſicut in antrace. et ſi
milibus. Secūdo qn̄ corpus eſt plectoricū
Tercio qn̄ apoſtema eſt in mēbro nobili.
Quarto qn̄ apoſtema eſt creticū. Quinto
qn̄ apoſtema eſt cauſatū per uiā cōieſtiōis.
Sexto qn̄ materia eſt frigida groſſa. ¶ In
his eni et conſiſibus nō cōpetunt repcuſſi/
ua. aliquando uero ponuntur repercuſſiua
ſed diuerſimode. qm̄ frigida cōpetunt in
apoſtematibus calidis. et calida in frigidis
¶ Exemplū eni repercuſſiuoꝝ pōt eſſe aq̄
frigida. acetū. aqua roſ. ſuci frigidorum.
olea frigida vt roſ uiol. cerotum de cera
infrigidata in aqua roſ. oleum roſ. ſucus
portulace. ſucus ſolatri coriandri. et ſil̄ia.
¶ Repercuſſiua aūt in materiis poſſunt eſ
ſe ſpica nar. abſinth. folia cauliū. nux cipſ
ſi. cum quibuſdā frigidis ſicut eſt corian/
drum portulacꝭ. ꝛ ſil̄ia. ¶ In augm̄to aūt
ponanẗ repcuſſiua cum maturatis. In ſta/
tu uero maturatiua. Exemplū maturatiuo
rum eſt malua biſmalua coriandrū. auſun
gia porcina rece. auſungia galline. oleū oli
uaꝝ. farina tritici. ordeum ſtrameticatū. et
h° in materiis calidis. In materiis aūt fri
gidis ſunt iſta. ſ. apium. fenugēū. iuiube.
carice. vue paſſe. liquiꝛ. et ſil̄ia. In declina
tione ponanẗ diſſolutiua. et pōt eſſe camo
milla. melilotū. cocta in aqua ſalſa cuꝫ ace
to. vinū albū calidū. ¶ Et ſic intelligendū
in iſta materia ſecundū intentionem. Ga.
v°. de ſimplici medicia. ꝙ illud qḋ matu
rat taliter naturaſ eſt. qḋ aūt reſoluit aut
mortificat. nō mortificat inq̄tū huiuſmōi
Applicatio igiẗ tēperatoꝝ ſup apoſtemata
maturat. Sed qꝛ hoc eſſet difficile applicē
tur,ea q̄ calorē ꝯſeruant. Iſta aūt ſunt fari
na tritici aq̄ et oleuꝫ ſimul cōfecta. in apo

ſtematibus igitur calidis coquaẽ farina tri
tici in aqua et oleo ad ſpiſſitudinẽ conde
centem et fiat emplaſtrũ. & ſi eſſet mate/
ria frigida addatur ſinẽʒ et ſal. & ita cum
diuerſis ꝓportionibus apoſtemata omnia
poterunt maturari. ¶ Notandũ ꝙ in om
ni apoſtemate poſtq̃ uenit ad ſanieẽ ſi ꝑ ſe
natura nõ rumpat. artificialiter aperiatur.
aut cum ſtomo. aut cum ruptorio qđ fit
de calce viua et ſapone. ¶ Intelligendum
etiam ꝙ in apoſtematibus cauſatꝭ ex cau/
ſis exterioribus niſi corpus fuerit plectori
cum ſufficiunt ſola repcuſſiua. In apoſte/
matibus autẽ que ueniunt ꝓpter cauſas in
trinſecas non eſt poſſibile quin ſit repletõ
uniuerſalis vel particularꝭ ¶ Intelligendũ
igitur ꝙ tunc eſt principiũ apoſtematꝭ cuʒ
iam apparet. & augmentum cuʒ iam ma
nifeſte magnificatur et dilatatur. Status
aũt quando amplius non magnificaẽ. De
clinatio quando manifeſte incipit minui.
¶ Intelligendũ ꝙ in apoſtematibus mẽ/
brorum interioꝝ non debent apponi ma
turatiua. ſed debet fieri ſtomia purgatõ et
reſolutio. Intelligendũ etiam ꝙ poſtq̃ in
principio applicamus repcuſſiua ꝙ poſtea
debemus trahere materiã ad oppoſitũ. In
telligendum ꝙ in ſimplicibus apoſtemati
bus ſimplicia debent apponi. & in cõpoſi
tis cõpoſita etꝭ altera pars cõpoſitionis licet
ita notabilis nõ ſit ſicut et altera tñ non ẽ
negligenda. ¶ Cura apoſtematum in ſpe
ciali. Dicto de curationibus apoſtematuʒ
in generali. veniamus ad particularia. Si
fuerit de ſanguine virtus ſit fortis et alia
particularia cõueniant. fiat ſtomia de pte
oppoſita. deinde ſi neceſſe fuerit de eadeʒ.
Et ſi uirtus nõ eſt fortꝭ fiat ventoſatio de
parte oppoſita cum ſcarificatione et ponã/
tur repcuſſiua deſuper. niſi aliud impediat
Materia aũt calida purgatur cum manna
caſſiafi. prunis viol. et ſimi ibus. Poſtea
ponantur iſta repcuſſiua. ℞. ſuci morell.
lactuce. portulacꝭ. uirge paſtorꝭ lentiginis.

aque mucillaginis pſilliũ añ. et panni intin
cti deſuper apponãtur. et tam diu cõtinue
tur donec locus albeſcat. Si autẽ ex nimia
appoſitione frigidoꝝ locus fuerit mortifi/
catus aut denigratus. tunc fomenteẽ locus
cum aqua calida aut cum aqua ſalſa pauca
¶ In augmento aũt fiat tale empl̄m. ℞.
ordeum et coriandrũ et bulliat in oleo et
cera ibidem malaxetur et deſuper appona
tur. Deinde apponãtur maturantia vide
licet malua et farina tritici ordeum et ole
um. ¶ Et ſi uolumus reſoluere materiam
ſanguinis addamus cum illis mel ſucum
apii coriandrũ. Curam apoſtematũ frigi/
doruʒ tangemus inferius. ¶ Sanctus An
tonius corpus ſanctũ. In iſta eniʒ oĩa apo
ſtemata ſeu puſtule ſeu infectiones cõue/
niunt in multꝭ ex eo ꝙ oĩm talium mate
ria eſt calida pungitiua aduſta dolorẽ in/
ducens. et ulcerans iam tranſit in naturaʒ
ueneni. Ideo in his oĩbus a principio ante
q̃ ſit facta ulceratio ſi uideatur plus de ge
nere colere inſiſtamus cum refrigeratiuis
& ſi de genere ſanguinis cum euacuatiuis
In materia ſanguinea fiat ſtomia ex par
te magꝭ proxima ut materia uenenoſa tra
hatur ad ipſam partem. fiat etiam ſtomia
in materia colerica ſi uidetur expedire. &
purgetur cuʒ caſſiafi. magna. ʒc. aut aqua
caſei et ſcamonea. In principio aũt anteq̃
cutis ulceretur cum in loco appareat mag
nus dolor punctura et rubedo ſiue citrini
tas. infrigideẽ locus cuʒ ſpongia infuſa in
aqua frigida et aceto. aut cum ſuco portu
lace et nenufar. aut ex ſuco cãpoloꝝ uitis.
et plantaginis. teraẽ vnũ ex illis aut plura
et deſup apponaẽ. Et ſi timeaẽ ꝙ locus ul
cereẽ bulliat ſtercus uaccinũ in aceto cum
melle teraẽ et deſup apponaẽ. Et ſi ulcera
tio iam facta eſt et ñ eſt fe. admiſtreẽ ty
riaca vel mitridatum oĩbus modis admi
niſtrationis. & tunc nihil actu frigidum
deſuper apponatur. quia frigidũ vlceribus
mordax ergo ſit tepidum ſindatuʒ igitur

malum granatum per medium z bulliat
in aceto et poſtea deſup̄ tepidum appona
tur. Et locus cum aceto circūcirca inroret̄
nihil humidum vlceri applicetur ꝙ vul-
nera nō curantur niſi prius exiccētur. Ap
ponātur igitur ſupra ſtiptica cum quibuſ
dam reſolutiuis et aperientibus. ¶ Mate
rialia uero ſunt iſta. ſ. plantago. portulaca.
virga paſtor̄. coriandrum ceruſa bolus ar.
opium. nitrum. ruta. ſal. ſulfur. nux. aut
quecunq̄ uentoſa. oleum roſ. cucum ē aſi
ninum. fel yrci. piper. panis cū multo fur
fure. ſicla galle lentes alumen grana aceto
ſa vua paſſa ficus vinuȝ camphora cera al
ba vinum ponticū. ¶ Medicus igitur di
ligens et ſollicitus accipiat a'iqua ex iſtis.
aut omnia & bulliant in aceto et terantur
et deſuper apponantur Et renouetur em-
plaſtrum ter inter diem et noctem. & ꝙ
iſta poſtq̄ perueniunt ad nigrediné et aſta
tam curantur potius diuina q̄ humana. iō
experimentis utendum eſt. Accipe igitur
vitellum oui crudum et ſal tritum miſce
antur fortiter et deſuper apponātur. Et ſe
cundum eſt ꝙ accipiatur ſcabioſa et terat̄
et deſuper apponatur. & ualet ante et poſt
hoc idem facit conſolida maiō et omnes
eius ſpecies. Tormentilla potata multum
ualet. ſimilit̄ herba tuniſii. Cum igitur ad
iutorio magni z ſancti Antonii igneitas
euolauerit iam inſiſtamus cum regenerā
tibus carné qd̄ fit cum maſtic̨ thure. aloe
litargire et ariſtoſo. ¶ Digeratur igit̄ ma
teria in primis cum oximelle et ſirupo d̄
fumoterre et vtat̄ rubea trociſcata. poſtea
fiat flōmia. deinde remoueatur cruſtula.
cum dialtea et populeon. ¶ Et poſtea tal̄
puluis apponatur. ℞. licium litargiruȝ. ca
thie lote. eris vſti. aloes aluminis. cortic̨
maligranati. ceruſe lote. an̄. ℥. iii. atramēti
tartari. calcis uiue. ſalis gēme. an̄. ʒ. i. fiat
puluis et in ulcere ponatur. vel de eis cuȝ
cera et oleo roſ. fiat vnguentum. hoc enī
vnguentum mortificat et curat apoſtema

ta antiqua ſanioſa que ſunt difficile cura-
bilia. & ideo ipſoꝝ curam cirugie relinq̄-
mus. Qꝛ cum ferro et realgar curabitur ſi
deus uoluerit. ¶ Intelligendum tamen ꝙ
aliquando corrumpitur cōplexio membri
vt uirtus animalis ſenſibilis deinde corrū
pitur et putrefit locus et profundatur. Et
tunc in principio quando apparet feditas
dolor et quedaȝ inſenſibilitas tunc iſta ac
cidentia uocantur nomine cancrema. Et
quando illa accidentia iam ueniunt ad pu
trefactionem et cutis vlcerationeȝ et ma
iorem inſenſibilitatem et humectationeȝ
et virulentiā tunc talia accidentia poſſunt
appellari herpes eſtiomenus. ¶ In primis
igitur rectificet̄ dieta et utet calida adu-
rentia et frigida mortificantia et ſic in re
gimine medio temperetur. ¶ Euacuetur
corpus cum flōmia farmacia ſicut debet
fieri in humoribus corruptis poſtea ſcarifi
cetur locus et ponātur ſanguiſuge et inun
gatur locus cum tali vnguento. ℞. orobi
farine fabarum ſalis cōmunis ariſtoſo. ro.
melſ. an̄. ʒ. i. puluerizentur et bulliant in
ſirupo acetoſo donec ueniant ad ſpiſſitudi
nem mellis. et liniatur locus. ¶ Vel iſtud
probatum et laudatum multum in cancre
mis et in omnibus diſpoſitionibus cum
membri cōplexio incipit corrumpi et de
ſtrui et mutari in citrinitatem et liuoreȝ.
et uiriditatem et in quandā fuſcedinem
mortificatam ſicut apparet frequenter de
tibiis et apoſtematibus male curatis. ℞.
olei recent̨ cere albe an̄. ℥. vi. ſuci fructus
vue lupine. ℥. iiii. ceruſe. ℥. i. plumbi uſti.
lompoſiculos. i. illius fumi qui habetur in
fornacibus fabrorum vbi funduntur me
talla omnium. an̄. ℥. i. ¶ Modus confici
endi eſt iſte. liquefiat cera et oleum et de
ponantur ab igne. et alia ſubtilit̄ pulueri-
ȝata et cribata ſimul omnia in mortario.
diutius cōmiſceas. et ita deinde ſucum in
fundas. & cū ſine intmiſſione agitatū fue
rit pmitte coagulari et p̄dictū ſucū ꝓice.

Et reſultat quedam confectio ſi bene con
ficiatur·ſicut ſi eſſet dyaquilon de quo ex
tendatur ſupra allutaꝫ et apponatᷣ ſupra lo
cum Et eſt mirabile ualde in omnibus ul
ceribus calidis fraudulentiꝗ ſanioſis recenti
bus. quoniam in antiquatiꝗ oportet ad for
tiora conſurgeᷣ·Cum aūt cantrema cadit
in experientiam et iam locus incipit hu/
mectari et corrumpi·tūc melius eſt aufer
ri qđ humectatum eſt et putrefactū cum
medicinis putrefacientibus et carnem ca/
dere facientibus. cuꝫ cauterio et ſimilibus
melius q̃ cum inciſione·¶ Apponatur igi
tur tale unguentum.℞.radicum ariſtoſ.
aluminis floris eris uitrioli gallaꝝ eris uſti
ceruſe lote aloe ſuci cucumeris aſinini. an̄.
℥.ii.bulliant in aceto et melſ qđ ſufficit.
Et inungatur locus donec appareat caro ſa
na.Et ſi locus eſt uilis cauterizetur. Et ꝙ
talia cuꝫ ſunt antiquata ſunt difficilia aut
impoſſibilia ad curandū.ideo curaꝫ reſtau
ratori relinq̃mus.¶ Vnguentum ad ulce
ra putrida et plus ſanioſa difficilis eradica
tionis corpore mundificato.ita ꝙ deus uo
luit melius reuelaᷣ.℞.antimonii eris uſti
litargiri cathimie argēti marchaſite.ceruſe
lote balauſtie aluminis ſarcocolle thuriꝗ pa
nifuliginis. ideſt illius fumi qui adheret i
fornacibus vbi funduntᷣ metalla.an̄.℥.i.
pulverizentur et conficiantur cuꝫ fece olei
antiqui et cera. et fiat vnguentum. Iſtud
enim mirabiliter deſiccat ſine mordicatio
ne. & ꝓpter hoc eſt utile in membro ſen
ſibili et viro delicato. ¶ Vnguentū ad ci
catrizandum et ad decorandum loca ſordi
da plena quaſi humoribus ꝓpter ulcera cō
rumpentia coloreꝫ cutis. ℞.gallarum cor
ticum maligranati ſandali. an̄.ʒ.ii. ceruſe
aloes ſarcocolle.litargiri cathimie lote alu
minis eris uſti et abluti mirre corticis thu
ris panifuliginis.an̄.ʒ.iii.pulverizentur et
conficiantur cum cera et oleo ro.et fiat vn
guentum.Conſiderentur igitur medicina
lia que poſita ſunt in hoc capitulo.mirabi
lia ſunt in caſibus ſuis.

¶ De impetigine et ſerpigine.

IMpetigo et ſerpigo ſunt infectio/
nes cutis de colera ſubtili mixta cuꝫ
humore groſſo terreo. ita ꝙ colera
ſubtilis aliquando eſt in plus aliquādo eſt
groſſa plus.aliquādo equaliter. Quando
autem eſt ibi plus de colera de facili curatᷣ
quando autē eſt humor groſſus plus tar/
de curatur.Et quando equaliᷣ medio mo
do. ¶ Curatio. Mundificetur colera
iuxta naturam ſue cōplexionis.corpoᷣ au
tem mundificato et bono regimine obſer
uato fiat bal.quoniam balneum ſubtiliat.
et aperit et iuuat ad euacuandū humorem
¶ Impetigo recens in pueris curatur cum
ſaliua ieiuni ſi illiniatur vel fiat tale medi
camen . ℞.farine rizi farine ordei farine
fabarum farine lupinorum. an̄.℥.i.gallaꝝ
oſſium mirob.melſ an̄.℥.ſ. bulliant om
nia cum aceto.et ſuco blete uſqꝫ ad ſpiſſi/
tudinem et illiniatur locus.¶ Si autē fue
rit antiqua inungatur cum oleo de frumē
to.vel fiat tale vnguentum.℞.litargiri.
ſtercoris ſuricis.folioꝝ agni caſti.eris uſti.
an̄.ʒ.i.vitrioli.ſulfuris. omnium an̄.ʒ.iii
bulliant in aceto uſqꝫ ad ſpiſſitudinem et
illiniatur.¶Si auteꝫ adueniat pruritus ſqua
me et quaſi quedam excoriatio. illiniatur
locus cum iſto medicamine.℞.anacardi.
coſti.elſi nigri.atramenti.ariſtoſo.ꝯbuſta
rum an̄.ʒ.vi.terantur et cribellentur et cō
ficiantur cum aqua.& omnia iſta que di
cta ſunt conficiantur cum modica quan/
titate cere et olei.& melius adherebit.
¶ Vnguentum mirabile ad omnes rubo
res et infectiones cutis đ colera aut ſangui
ne aut vtriuſqꝫ inficientibus cutem vbicū
ꝙ fuerit. ℞. ſulfuris viui. auripigmenti
ru.an̄.℥.ii. pulverizentur et cribellētur vl
time. & conficiantur cuꝫ ſirupo de fumo
terre.& fiāt trociſci ⁊ deſiccentᷣ in umbra

cumq; vti uolueris miſceantur cum vng/
uento et vngatur locus. et cuz aqua calida
abluatur. & hoc totiens fiat donec curetur
⁋ Oleum de ſinapi. valet ad impetiginez
ſicut oleum de frumento. hoc idem facit
acetoſitas citri et ſinapi cũ aceto. et cortex
maligranati. ⁋ Vnguentum bonũ ad idẽ
℞. vnguenti citrini. vnguenti fuſci. litar
giri. añ. partes equales et miſceantur.

## ⁋ De formica.

FOrmica miliaris eſt puſtula par/
ua acuti capitis et calida. aliquan
do ſunt multe puſtule. et uidenẽ
ambulare et mutari. et aliqñ vlcerãt et ali
quando non. ⁋ Curantur enim ſicut eriſi
pila. q̄ʒ ante vlcerationem poſſunt apponi
humida. ſed poſtea non. in principio igĩẽ
ponantur magis frigida cum ſtipticis. &
in declinatione magᷓ reſolutiua. in medio
media. In principio igitur ponatur ſupra
locum lactuca trita cum portulaca et mu
tillagine pſillii. in medio ordeum et panis
furfureus et plantago et cortex maligrana
ti. et ſimilia. Quia igitur in omnibus iſtis
eſt materia uenenoſa. magnum ſtudiũ in
eis et magna cautela adhibeatur.

## ⁋ De fiſtula.

FIſtula eſt vlcus concauum ſordi
dum amplum interius z ſtrictũ
exterius qđ modo clauditur mo
do aperitur. ⁋ Curatõ. Digeratur igi
tur materia in primis cum mellicrato diu
retic̄. et ſirupo đ fumoterre. et poſtea pur
getur cum yerapig̃. et yeraruſi. et ſtuphẽ
et utatur tyriaca et bona dieta et bono re
gimine. Iſta paſſio eſt difficilis curationis
valde et potiſſime quando antiquaẽ. quo
niam oportet cum nouacula aut cum cau
terio per omnem ambitum remoueri. Sʒ
multi ſunt qui magis diligunt ſic eſſe q̃ ꝑ
inciſionem ſint curati. ⁋ Si autem fiſtula
eſt in carne ſanies eſt alba. ſi in oſſe eſt ſi/
cut lotura carnis. ſi in neruo ẽ color niger
Corpore igitur mundificato elargetur cuz
genciana aut medulla ſambuci et poſtea ĩ
genietur quomodo pulueres imittantur.
aut cum tẽpta aut cum vnguentis. ita ꝙ
profundius mortificetur. Et poſtea caute
la adhibenda eſt in carnis regeneratione.
Nam dato ꝙ ſit curatus. caro non genera
tur vniformiter. Et iterum in profundo
generabitur ſanies. Sed ſecundum totum
ambitum nõ adhibeantur medicamina.
⁋ Hoc igitur medicamen confert fiſtulis
℞. ſinciberi. ʒ. iii. uiridi eris. ʒ. i. aloes. ʒ. ii.
pulueriʒentur et buliant in aceto. et addaẽ
mellꝭ. ℥. ſ. conficiantur. et fiat vnguentuz
et fiſtule applicetur. ⁋ Alia mortificantia
fiſtulam ſunt iſta. ſ. ariſtolꝭ. mirra. aloes. ce
ruſe. litargiri. es vſtum uiride es vitriolũ
oua cõbuſta in furno figuli. nitrum ſpu/
ma maris. ſtercus humanum cõbuſtum.
argentum viuum extinctũ. limatura fer
ri. calx viua. ſulfur viuum. ſal armoniacũ
auripigmentum. alumen. realgar. repreſſuz
cantarides. ſapo gallicuz. centaurea. orobus
elleborus. opopo. plumbum uſtum. ſal cõ
mune. ſucus titimallus. hermodattulꝭ. affo
dilli. mel. aqua rute. aqua celidonie diſtil
lata per alẽbicuz. agrimonia. acetum. aſſun
gia porcina ad dexterã. Iſta ſunt materia
lia cum quibus omnia vlcera fraudulenta
curari poſſunt et mirabilia ſunt. ⁋ Intelli
gendum ꝙ nec in his. nec in multis aliis
pono metam nec eligo ex materialibus q̃
ſunt magis ꝓpria et q̃ minus. nec in mul
tis pono doſes. Cuius ratio eſt quia poniẽ
ars et doctrina. & multa relinquunẽ me
dico particulariter operanti. quoniam in
particularibus eſt magna diuerſitas. Nam
aliquando paſſio eſt noua. aliquando anti
qua. aliquando in ſuperficie. aliquando in
profundo. aliquando in mẽbro nobili uel
iuxta. aliqñ in membro ignobili. aliqñ in

carne. aliquãdo in oſſe. aliquãdo in neruo
Et ſecundū hō omnia oportet medicinas
diuerſificari. Preterea quedam ſunt medi-
camina debilis uirtutis. quedam fort; que
dam ſunt magni iuuamenti quedam pui
Et ſecundū his diuerſificantur doſes. Cō
perentur igitur vnū alteri et accipiantur
aliqua ex iſtis et conficiant̄ & ut dictum
eſt fiſtule applicent̄. ¶ Quando aūt fiſtu
la antiquata eſt in profundo fiat talis aq̄.
℞. ſal armo. uitrioli. auripigmenti. ru. et
citrini. uiride eris. an̄. puluerizent̄ et ſubli
mentur per alēbiccum bene lutatum. et ta
lis aqua ſublimata ſeruetur in uaſe uitreo
obdurato. aſr exalaret tante uirtutis eſt aq̄
iſta. Tante quidē uirtutis eſt ꝙ oſſa pene
trat et omnia metalla. et ideo in omni cō
cauo fiſtule ponatur vna modica gutta.
ſtatim cauterizat ſicut ignis. Et tunc remo
ueatur dolor et arſura cum albumine oui
aut butiro et adhibeatur cautela qꝫ in ulti
mo fortis eſt. ¶ Sed pro timidis ꝫ pueris
fiat iſta multum iuuatiua. ℞. fol' rute. celi
donie. fol' agrimonie an̄. ꝫ ponantur inte
gre in aqua uite. id eſt in uino albo diſtil
lato per alēbiccum. et una gutta in fiſtula
diſtilletur. ¶ Vel fiat talis potio que curat
omnem fiſtulam a principio. ℞. agrimo-
nie. fol' oliue. ceterac. an̄. ʒ. i. incidant̄ mi
nutim et ponantur in uino albo et colēt̄.
et in aurora potetur ciphus unus. et conti
nuetur donec curetur. Radix elſi poſita in
fiſtula curat eam. ¶ Intelligendū ꝙ expe
rimenta ſunt multa poſtq̄ lux rationis pre
ceſſerit. & qꝫ omnia materialia que dicta
ſunt ſunt abſterſiua et mundificatiua. Et
ex illis quedam fortiſſima. quedam debi-
lia. quedam mediocria. ideo experimenta
tor debet accipere aliqua ex fortiſſimis in
parua quātitate. et in magna de debilibus
et in media de mediocribus. Et cōponat
et vtatur eis modo per modum pulueris
uel unguenti. modo ꝑ uiam emplaſtri aq̄
diſtillante ſeu infuſe. Et quia nō proſunt
ſingula multa iuuant. ¶ Et inferius dice-
mus aliquid de fiſtula caº de egritudini-
bus in lacrimali. Et qꝫ hec paſſio eſt diffi
cilima ad curandum poſtq̄ antiquata eſt.
reſtauratoribus relinquamus.

¶ Capitulū de Cancro.

CAncer eſt apoſtema melancolicū
aduſtum. & eſt in principio pue
quantitat; ad modum fabe durū
rotundum ſtrictum cum paruo calore. et
aliquando cum magno dolore et aliquan
do cum paruo. & aliqñ vlcerat. et aliquā
do non. Et hoc eſt qñ cum melancolia ge
nerata eſt ex aduſtione ſanguinis aut cole
re pure ſolius. ¶ Et dicit̄ cancer ꝓpter tri
plicem ꝓprietatem. Primo qꝫ habet figu
ram rotundam ſicut cancer. Secundo qꝫ ſi
cut cancer tenet firmiter qđ tenet cum ci-
bum uenatur. ita iſta paſſio fortiter adhe
ret. Tercio qꝫ ſicut cancer habet multas ti
bias longas et tortuoſas. ita iſta paſſio ha-
bet multas venas et diuerſas repletas cir-
cumquaq; ſanguine nigro. ¶ Cancer autē
diſcernitur ſic. qꝫ corrodit circūquaq; ſicut
canis cum alboſitate et duricie cum rubor̄
et calor a principio. Sed cum inueteratur
liuet et viret et fuſcedit. A principio aūt
eſt difficilis cognitionis valde. ¶ Cancer
autē aut eſt recens. et ſic curabilis. aut an
tiquus et ſic non curabilis. Et ꝓpterea di-
xit. Y. in affo. Quibuſcunq; cancer. zc̄.
Et forte intellexit de cura per inciſionem
et incenſionem. ¶ Curatio. Ad cu-
ram igitur poſſem intendamus. In p̄mis
ſi videtur indigerere fiat ffomia. poſtea
purgetur cum thimo. epithiō. aqua caſei.
et yerā. Et ſi eſt fortis dietetur cum frigi
dis et humidis. ſicut eſt aqua ordei. piſces
ſquamoſi. vitella ouoꝝ mollia. atriplices.
borrago. Competit etiā lac vaccinū poſtq̄
extractū eſt butirū. Si igit̄ locus ſit talis
ꝙ poſſit abſcindi ſicut i mamill' et ſilibus

incidatur circũcirca locus canceratus. & ꝑ
mittatur exire multum de ſanguine. hoc
tamen fiat cum magna cautela qꝛ pericu/
loſum eſt. Qꝫ ſi iſto modo nõ poteſt fieri
propter timorem apponatur talis medici/
na ad refrenandum calorem. ℞. tuthie lo
te. ceruſe lote. plumbi uſti loti et abluti.
corticꝫ maloꝝ granatoꝝ. endi. aloe abluti.
boli armeniaci. añ. ʒ. i. conficiantur cum
oleo ro. et cera qđ ſufficit et fiat vnguen/
tum. ¶ Et ſi locus eſſet in ultimo calidus
cũ agreſta et coriandro et mucillagine pſil
lii infrigideť. Sucus celidonie et ſucus fol
oliue curant cancrum in principio inguis.
et in ſummitatibus mãmillaruꝫ. Ceterac
portatum ſine dubio curat oẽm cancrum
¶ Si aliqualiter magis particulariter uolu
mus procedere. digeratur materia ſic. ℞.
ſuci borra. ſuci fumiterre. ſuci ſcabioſe. añ
℥. ſ. ſuci endi. ſuci ſcarioľ. añ. ℥. ii. fiat ſiru/
pus. et condiatur cum parum piperis. Po/
ſtea dentur due ptes rubee trociſcatꝫ et ter
cia tyriace. ¶ Poſtea infrigideť locus cuꝫ
his. ℞. ſuci plantaginis. ſuci coriãdri. ſuci
portuľ. ſuci uermicularis. añ. ʒ. iii. aceti al/
bi. aque roſ. olei roſ. ſeri caprini. añ. ʒ. iii.
miſceantur et bulliant vna inundatione.
et panni intincti deſuꝑ ponantur. ¶ De
ſuper uero apponatur talis puluis. ℞. ema
thitis coralli cathie argenti et auri lote fu
liginis tele aranee plũbi uſti ſpodii loti. oſ
ſium mirobalľ. citri. fiat puluis iſtoꝝ vel
vnguentũ cum cera et oleo roſ. ¶ Et ab
luatur locus continue cum ſero caprino et
aceto albo et aqua roſ. tepedis. vel fiat ſic.
℞. filtri plaui. ſtercorꝫ columbi. corticꝫ ma
lorum granatoꝝ. gallarum. adurantur ſu/
pra teſtam. et pulueriẑentur. et talis puluis
ſupra locũ canceratum apponatur. ¶ Poſ/
ſunt etiam addi cum ſuperiori medicine
vel cũ iſto ſed in parua quantitate de iſto
℞. radicum ariſtol̄e ro. aloe. mirre. nitri.
vitrioli. tartari. attramenti. utriuſꝗ auripi
gmenti. ¶ Abluatur locus cum decoctio
ne iſtarum herbaꝝ. ℞. borra. ſcabioſ. lupu
li fumiterre. lãpatii acuti. centauree. bulli/
ant in ſero caprino in plus et aceto albo ꝛ
vino in minus. & ſemp abſtergatur locus
cum panno lini antiquo et mundo. ¶ Sꝫ
quia iſta paſſio eſt difficilis curationis aut
impoſſibilis poſtꝗ eſt in interioribus. aut
poſtꝗ antiquatur. ideo deinceps deo et re
ſtauratoribus relinquatur.

¶ Sermo epilogatiuus de apoſtematibus
et de verruca acrocodinibus et lippia.

NOtandum ꝙ in omni apoſtema
te eſt triplex morbus. ſ. conſimi
lis. officialis. et cois. conſimilis ra
tione male cõplexionis. officialis ratione
tumoris. cois ratione ſolutionis continui.
¶ At tamen intelligendũ ꝙ morbus con
ſimilis eſt ibi morbus per ſe. et officialis
et cois eſt morbus per accidens. qꝛ prius le
ditur membrum ratione male cõplexiõis
ꝗ ex aliis. ſicut declarauimus in de morbo
et accñti. ¶ Secundo intelligendũ ꝙ nul
lum apoſtema fit cõmune ex humore et
ſpiritu. Et ſi aliquis diceret. dico ꝙ per ſpi
ritum intellexit ventum et timpanitateꝫ
¶ Tercio notandũ ꝙ nulluꝫ apoſtema fit
ſine materia cum ſit ibi tumor. qꝛ aut eſt
ibi humor aut uentoſitas aut aquoſitas.
¶ Quarto notandũ ꝙ cuꝫ interius fuerit
apoſtema. digerimus et alteramus modo
cum frigidis modo cum humidis modo
cum calidis modo cuꝫ ſiccis. Quando au
tem apoſtema eſt exterius. tñ digerimus
et maturamus. ex teſtimonio. Ga. v°. de
ſimplici medicina. Dico ꝙ cum interius
digerimus aut facimus vt reſoluať ſemp
fit cum contrario. extra enim ſemp inten
dimus maturare. Et illud fit cum his que
conſeruant calorem naturalẽ. et talia ſunt
calida et humida tempate. ¶ Quinto no
tandum circa impetigines qm̃ licet balne
um aque dulcis non cõpetat in lepra. ſicut

dícemus infra. tamen cópetit ímpetígíní.
et ſerpigini. q: materia magis eſt in exte
rioribus. inde eſt ſemiaduſta & pro táto
per balneum aque dulcis bene poteſt eua/
porari. ¶ Sexto intelligendú quoniaz ut
dictum eſt impetigo et ſerpigo ſunt de
materia ſubtili mixta cum groſſa. Et quá
do plus habundat ſubtilis calíditas dr̃ im
petigo quaſi ſcabies impetuoſa. et q: uelo
citer mouetur et occupat maioré locum.
Sí autem plus habundat materia groſſa.
tunc dicitur ſerpigo miliaris vel ſerpigo
granoſa. Aliquádo iſta ſunt cum calidíta
te et ardore vulnere et ſanie. & aliqñ non
ita q impetigo magis uergit ad ruborem
et ſerpigo ad nigredinem. et ita medicina
aliquo modo eſt diuerſa. ¶ Septimo no/
tandú q frumentum debet poni int̃ du
as laminas ferreas candentes. et extrahat̃
oleum. Et licet illud oleum ſit calidum ta
men habet mirabilem ꝓprietaté cótra im
petiginem et ſerpíginé. et ſimiles infectó
nes q: ſatis uelociter delet. ¶ Octauo no
tandú q impetigo et ſerpigo poſſunt cau
ſari a colera et melancolia inquantú ex na
turali cauſata ꝑ uiam aduſtionis colere uł
ſanguinis. & talis aduſtio non eſt cópleta
ſed modica. & q: materia eſt in parte ſub
tilis ideo expandit̃ ad cutem. & q: partiz
groſſa ideo remanet iuxta cutem. ¶ No
no intelligendú. q cómedétes pané tarrac
impetiginem incurrunt ratione infectio/
nis cremſus. habet enim aliquam naturalé
venenoſitatez. & ideo pauperibus talis pa
nis non eſt dandus. ¶ Decimo intelligé
dum. q licet ſerpigo et impetigo ſint ex
tra venas. nihilominus bene pót cópetere
fl̃omia ꝓpter materiam exiſtentez in ve
nis. ¶ XI. intelligendú q contra carbun
culum aliqui ponunt in curatione frumé
tum maſticatum et fermentuz et ſal et ſi
milia calida. et tamen carbunculus eſt de
materia calida. Dico q carbúculus eſt apo
ſtema de ſanguine aduſto et colera incéſa

ita q plus dñatur ſanguis. et dr̃ carbuncu
culus a carbone uiuo. ſicut dictum eſt. q:
ſicut carbo calet et rubet. ita illud apoſte/
ma. & ideo in ꝑncipio fiat fl̃omia ex ea
dem parte. Et in circuitu apoſtemat; rep
cutiatur cum frigidis. et deſuꝑ apponatur
frumentum maſticatuz. q: maturat et at
trahit temperate. Et ratione temperatióis
apponatur frumentum q: habet duplicez
naturam. ſ. calidam et frigidaz. Et ſal q:
calefacit attrahit et reſoluit et confortat.
ratione ſtipticitat;. Poſtq̃ aút uenit ad rup
turam tunc apponant̃ reſoluentia vt non
conuertat̃ in ſacrum ignem. ut in antracé
¶ Duodecimo notandú circa carbunculú
ſicut frequenter dictú eſt q nec in carbun
culo nec in aliq̃ apoſtemate uenenoſo có/
petunt repercuſſiua. et tñ auctores iubent
apponere frigida. Dico q uerum eſt quia
materia uenenoſa iret ad cor z uiſcera. Q:
autem ponant̃ frigida hoc non ſupra ſed
in circuitu. Preterea ſi apponátur frigida.
non eſt ut repcutiant ſed ut ardorem re
frenent. preterea illa frigida poſt ulceratio
nem non ſint humida ſed ſicca ut múdi
ficent. ¶ Et iuxta h° intelligendú q nec
maturantia nec calida cum exceſſu nec fri
gida ꝯpetunt in carbunculo. ſed magis re
ſoluentia et maturantia. et ideo nó debét
eſſe ita calida q adurant. ¶ Vltimo dicé
dum de cancro. q in ſui nouitate poteſt
curari. ſed cum antiquat̃ non poteſt. et po
tiſſime i interioribus. Et ideo dicebat. Y.
quibuſcunq; cancri abſconditi ſunt verru
ca. Iſta aút ſunt officialia in numero addi
to. ¶ Verruca autem eſt caro dura et ſpiſ
ſa per totum corpus nata. maxime tñ in
pedibus et manibus de materia fl̃atica et
melácolica. ¶ Idem ſunt porri niſi q por
ri ſunt uerruca minutatim fixa ad modú
porri habenti multas barbas. et hoc eſt ꝓp
ter maius dominium meſie ſicce terree.
¶ Acrocordines ſunt quedã excreſcentie
ad modũ capitis uberú molles de materia

flegmatica. ¶ Lippie ſunt quedam excre/
ſcentie que maxime generant̃ in palpebris
et etiam in aliis partibus corporis de ma
teria flegmatica. ¶ Et differunt a ſcrofuł
et porris et glanduł et ſcrofule ſunt magl
intus.ſ. inter cutem et carnem circumuo
lute folliculo. alia autem magis extra.

¶ Curatio verrucarum et porrorum.

¶ Curario verrucarũ eſt abſtinere ab om
nibus melancolicis. deinde incidantur vel
cum ungue excarnentur vel cum filo ligẽ
tur ut extirpentur. et poſtea de lacte ficus
frequenter apponatur quia proculdubio cu
rat. Lac titimalli aut ficcid̃ cum caſſula ap
poſita valet. ¶ Vel fiat hoc. ℞. viridi eris
a ripigm̃ti pulpe colloquintide ſal ar. añ.
ʒ. i. et paſtentur cum lacte titimalli et ce/
ra et fiat caſſula. vel ꝙ truncentur cuꝫ for
fice et dimittantur fortiter exanguinari.
et poſtea ꝓiciatur deſuper lac ficus ant lac
titimalli vel pulũis litargiri et auripigmẽ
ti diſtemperata cum forti aceto. ¶ Lippia
autem et accrocordines omnino abſcinda
tur. ſed lippia utplurimum eſt in palpebra
ſuperiori. cuius cura eſt abſciſio per ligatu
ram vel inciſioneꝫ. ¶ In excreſcentiis au
tem extrinſecis fiat hoc. terantur allia cuꝫ
ſale et deſuper apponãtur et ſepe ſepius in
ter diem et noctem reiterentur continuã
do vſqꝫ ad perfectam curam. Item nodi
et huius excreſcentie remouentur cum cõ
preſſione lamine plũbi. ¶ Clarificatio.
¶ Si quis dubitaret quomodo cõpetunt ĩ
talibus omnino ſicca. nõne talia indurant.
et materia eſt dura. Dico ꝙ ſicca ſtiptica.
et frigida indurant. ſed hec ponũtur ſicca
que reſoluunt ſicut acetuꝫ. aut ſicca que cõ
ſumunt et euaporant et eradicant et rum
punt et cauterizãt. ſicut auripigmentuꝫ. et
conſimilia. et iſta cõpetunt. ¶ Secũdo no
tandum. ꝙ huiuſmodi excreſcẽtie nõ poſ
ſunt cauſari de colera. quoniam colera eua
porat et euaneſcit. et nõ poteſt uenire ad
tantam conglobationem. ſicut cum fiunt
de flegmate uitreo et conglobato et caſea
to aut gipſeo et melancolia. ¶ Tercio ad
uertendum et conſideranduꝫ. vtrum una
magna ſcrofula poſſit generar̃ multas par
uas cum extra ſe nihil emittant in genera
to. ¶ Dico ꝙ magna verruca multum at
trahit de ſanguine melancolico quo attra/
cto multe alie parue inde generant̃. et ita
de ſcrofulis. ¶ Quarto intelligendũ ꝙ li/
cet ſanguis manuum et pedum ſit multũ
ſubtilis. nihilominus plures generãtur uer
ruce in eis q̃ in aliis partibus. nõ ꝙ ex iſto
ſanguine ſubtili generentur. ſed quia vir/
tus fortis mundificans emittit ſuperflua
ad extrema. ¶ Quinto notanduꝫ ꝙ licet
inquantũ huiuſmodi non cõpetat. tamen
inquantũ ex uniuerſali purgatione poteſt
cõpetere.

## ¶ CAPITVLVM DE APO ¶ STEMATIBVS FRIGIDIS.

POſtq̃ determinatuꝫ eſt ſuperius.
de apoſtematibus calidis ſecun/
dum omnem ambitum. hic agi
mus de apoſtematibus frigidis. Frigido
rum autem apoſtematum quedam ſunt
de flegmate. quedam de melancolia. que
dam de uentoſitate. quedam de aquoſita
te. ¶ Illa autem que ſunt de flegmate di
cta ſunt mollia tractabilia ſine calore. Et
quedam ſunt ſolida dura et quãto durio
ra tanto frigidiora. ¶ Curatio. ¶ Sup
poſito ꝙ uniuerſalia preceſſerint ſi cuꝫ bo
na dieta et bonum regimẽ. materia ſit di
geſta et euacuata. et ita de aliis. ſicut decet
per ordinem ad regimen particuł̃e venia
mus. ¶ Repercutiatur igitur materia in ꝑ
mis cum ſiccis et reſolutoriis. Accipe lixi
uium et reſoluatur ibi mirra et acetum ꝛ
cum ſpõgia ibi intincta et calida loco ap
poſita repercutiatur. Aut ſit pãnus lineus
aut lana ſucida aut filtrum et ſibi ſimile.
cum talibus fomentetur locus deſuper ap
ponendo et fiat cotidie. poſtea fiat fortis

in loco. Quando autem videmus ꝙ apo
ſtema non refrenatur ſed augmentando
procedit. tunc adiuuemus ſic naturam in
maturando. ℞. radicum lilii. fenugreci.
ſeminis lilii. an̄. ℥. i. bulliant in aqua. dein
de fortiter conterantur et miſceantur cū
fermento. conficiatur emplaſtrum. ¶ In
declinatione autem apponantur olea cali/
da reſolutiua ſicut eſt oleuꝫ nardinum. lau
rinum. et ſimilia. vel in predicta decocti
one lixiuii addatur ſulfur extinctum et
oleum roſ. et ſal. et cum ſpongia vel cum
aliquo alio fiat fomētatio. ¶ Si autem cō
queratur de magno dolore pro tanto quia
apoſtema erat in neruo aut corda. tunc ac
cipe lanam ſucidam et vinum coctum.
et appellatur ſapa. et modicum de ſpica
nar. et camomilla. et uiole. et fiat fomen/
tatio cum lana deſup apposita. ¶ Iſta apo
ſtemata cauſantur de flegmate caſeato du
ro coagulato. quorum cura triplex eſt. Pri
ma ut comprimatur fortit̄ et fricetur. vel
accipiatur tabula et ligetur deſuper. & ſit
totum ſtudium in fortiter comprimēdo.
¶ Secundo poteſt curari cum medicinis
cauterizantibus. ℞. elſi. ni. auripigmenti
rubei. viride eris. calcis viue. atramēti. ſul
furꝭ uiui. an̄. ʒ. i. litargiri. eris uſti. an̄. ʒ. iii.
ex his fiat vnguentum cum oleo et cera.
Aut fiat emplaſtrum. ex bdellio galbano
an̄. mollificatis in uino. ¶ Tercio curatur
ſic. extendatur cutis ex utroqꝫ latere et fin
datur et diſcarnetur vndiqꝫ et extrahatur
tota burſicula vbi continetur. deinde cure
tur ſicut vulnera. ¶ Item conſideretur ſi
iſta fuerit ꝓpe neruos et uenas magnas ꝙ
non ledantur.

## ¶ DE SCROFVLIS.

SCrofule generantur ex flegmate
vitreo et melācolia. et aſſimilan
tur crudis. ¶ Et generant̄ utplu
rimum in carne molli. & ideo multiplicā
tur in collo et aſtellis. Raro inuenitur ſola
ſed ſunt multe. aliquando eſt vna groſſa.
et magna. aliquando coadunantur nodi.
verum ſaluiores ſunt in pueris grauiores i
iuuenibus. ¶ Curatio. In primis ſub
tiliemus regimen. vitet repletionem cibi
et potus et potiſſime nauſeatiuam. et om
nino illa uitet que replēt caput uaporibus.
ſicut ſunt allia cepe uinum forte vociferа
tionem. iram ſollicitudinem. et tenere ca
put inclinatuꝫ. et multa conſimilia. ¶ In
primis fiat flomia ſi particularia cōueniāt
digeſta materia cum oximelle diuretico.
euacuetur cuꝫ dyaturbit. ¶ Q. ℞. turbit
ʒ. x. ſinciberꝭ. ʒ. v. zuccari ad condiendum
ꝙ ſufficit. Et vtat̄ eo donec materia groſ
ſa flegmatica an̄s fuerit ſufficienter euacu
ata. ¶ Poſtea reſoluamus. quoniam reper
cuſſiua non competunt hic nec in magnis
ſcrufulis competunt frigida. vt dicit Aui
cenna. Id auteꝫ ꝙ ſufficienter reſoluit eſt
applicatio cum dyaquilon. ¶ Materialia
autem medicaminum reſoluentium ſcru
fulas ſunt iſta ſcilicꝫ ſimplicia. ſcilet radix
lilii. ſtercus caprarum. cucumer aſininus. fi
cus que ceciderunt ante maturitatem. fari
ne fabarum. amigdale amare. radix colo/
quintide. alumē ſinap̄. ſeminis vrtice. ſul
fur. ſpuma maris. ariſtol. ſquilia. fenugre
cum. calx. naſturcium. ſtercus columbinuꝫ
orobus. nitrum. mel. Et alique gūme ſcili
cet bdellium armoniacum galbanum pix
naualis reſina alkytran. tamen medicus
unum ex illis vel plura. aut omnia confi/
ciat cum aceto et oleo antiquo. Et poteſt
fieri vnguentum aut emplaſtrum d̄ gum
bis in maiori ꝓportione. Vel ꝙ ſerpēs po
natur in olla z lutetur cum fimo decoqua
tur et caro cum aceto et melle fortiter mi
ſceatur et illiniatur. ¶ Si autem cum illis
magis calor fuerit ſcrofulis addatur ma/
gna quantitas coriandri cuꝫ predictis me

dicaminibus. finaliter oportet recurrere ad
manum cirugicam. ¶ Sed caueat ſibi re/
ſtauratoꝝ a uenis arteriis et neruis. Et ſi nõ
vadant ad reges. quia reges conſueuerunt
curare ſolo tactu. & potiſſime excellentiſ
ſimus Rex francorum. Aliqui ſunt timi
di quia timent inciſionem et longitudi/
nem viaruꝫ. vnde rumpatur locus ſcrofu
le cum cantaridibus et ſepo hircino et ace
to. Sed quia iſta cura eſt turpis et diſſimi
lis totalitẽ reſtauratoribus dimitto. ¶ Eſt
etiam curatio quedã alia ad ſcrofulas. illa
videlicet. ℞. ciclamen fixum et ſub cine
ribus calidis coctum. deinde ſuper ſcrofu
lam poſitum calidum quantum ſufficere
poterit curat. ꝓbatum eſt. ¶ Dyaturbit.
uel targea ponitur hic. et ponitur a Dama
ſceno. capitulo de turbit. ¶ Limacie bulli
te cum capitello trite et ſuperpoſite ſcrofu
las molliunt et diſſoluunt. theſaurus pau/
perum.

## CAPITVLVM DE APOSTEMATIBVS DVRIS.

Iſta apoſtemata cauſantur ex ma
teria flegmatica aut melãcolica.
aut vtriſqꝫ flegma ſcilicet et me
lancolia. & pro tanto uergit ad fuſcitateꝫ.
ſi eſt de melancolia. et ad coloreꝫ cutis na
turalem ſi eſt de flegmate. et medio mo/
do ſi compoſitio eſt media et caliditas &
duricies. et ſimilia. ¶ Et conſueuerunt ge
nerari in iuncturꝭ et potiſſime in pedibus
ita ꝙ frequenter impediunt egreſſum. &
ideo talia ſunt attendenda et curãda. quia
frequenter cadunt in cancrum. ¶ In apo
ſtematibus igitur duris cauendum eſt vt
non ponantur fortiter reſoluẽtia quia ma
ior fieret induratio. ponantur igitur leniẽ
tia cum reſoluentibus. Caue ne apponatur
ſal. etiam in auſungiis nec in aliis. & caue
atur acetum. et ſi debet apponi apponatur
in modica quantitate et maxime cum lo
cus eſt neruoſus. In carnoſo auteꝫ plus po
teſt apponi. et in principio magꝭ debemus
uitare acetum q̃ in fine. ¶ Curatio.
¶ In p̃mis igitur ſuppoſito bono regimi
ne in ſex rebus non naturalibus. et in illis
que reducuntur ad illa. ſicut eſt balneum.
fricatio et conſimilia. Accipe lapideꝫ mo
larem candentem aut marchaſitam. aſper
gatur aceto et fumigetur locus donec ſu/
det. ¶ Materialia auteꝫ vnguentorum et
emplaſtrorum que reſoluunt huiuſmodi
materias duras ⁊ ipſas mollificãt ſunt iſta
videlicet auſungia porci et anatis et vulpi
na. et lupi. leonis. uulturis. et aquile et me
dulla uituli et cerui. et talium conſimiliuꝫ
ſine ſale. ¶ Item fenugrecum ſemen lini.
Item iſte gumbe. ſcilicet opoponacuꝫ. gal
banum. ſerapinum. bdellium. ſtoꝛ caꝉ. mã
na laudanum. pix nauaꝉ. Et de omnibus
iſtis quanto recentiora tanto meliora. gun
be temperenẽ in aceto aut fece eius. Quã
do uero fuerit in loco neruoſo fiat compo
ſitio ex uno aut multis. ſm qđ uidetur ex
pedire vel per modum olei vel ungnenti
uel emplaſtri. tue induſtrie derelinquo.
¶ Clarificatio. Intelligendum ꝙ ſcro/
fule non multiplicantur in neruis aut car
ne dura. licet habeant maiorem conueniẽ
tiam cum eis pro tanto quia non generan
tur per uiaꝫ congeſtionis. ſed per uiam de
riuationis. et cum hᵒ illa menbra nõ ſunt
parata ad receptionem materie ꝓpter con
ſoliditateꝫ. ſed caro mollis eſt et ſpongio
ſa. et ideo de facili recipit ſuperfluitates ⁊
pro tanto multiplicatur plus in collo &
aſcellis. et quia caro mollis et quia emun/
ctoria. ¶ Secundo notandum ꝙ licet ſe/
nes habundent magis in materia flegma
tica accidentaliter et melancolia naturalitẽ
et cum hoc licet ſint debiles magis natura
liter q̃ pueri. tamen magis multiplicantur
ſcrofule in pueris. quia ſunt magis guloſi

et peioris regiminis cõmuniter et menbra
ſunt ſolida et non ita cito recipiunt ſuper
fluitates quare ſcrofule multiplicãtur ma
gis in pueris q̄ in ſenibus.. ¶ Terco conſi
derandum ꝙ ſcrofule ſunt plures q̄ verru
ce z glandule ꝙ materia eſt peior & ideo
plus multiplicat ſibi ſimile. vel poſſumus
dicere ꝙ nihil aliud eſt ſcrofula q̄ glandu
la multiplicata. Vnde quando videmus
vnam ſolam glandulam appellamus. quã
do autem multas ſcrofulas. ¶ Quarto in
telligendum ꝙ repercuſſiua nõ competũt
in ſcrofulis. nec in conſimilibus apoſtema
tibus duris. Cuius ratio eſt. quia materia
eſt ita groſſa compacta ꝙ nõ poſſet intra
retrocedere. nec competit ſcarificatio quia
ratione doloris magis traheretur materia
ad locum. Sed vomitus bene competit. z
licet non euacuet materiam coniunctã an
tecedentem tamen euacuat. Vltimo poſ/
ſumus hic addere ꝙ poſſet aliquis dubita
re de ordine noſtrarum receptarum quia
aliquando ponimus materialia et non po
nimus doſes. ¶ Dico ꝙ hic traditur do/
ctrina operandi vtplurimuz ſecundũ mo
dum vniuerſalem. Sed modum particula
rem operandi ꝓpter conuenientiam et diſ
conuenientiam particularium oprtet fre/
quenter addere minuere mutare. ſicut di/
ctum eſt ſuperius. cum loquebamur de fi
ſtula. ¶ Et ideo hic ponimus canonez he
bel meſue. ſcilicet quando aliqua ſimplex
materia eſt fortis uirtutis tunc debemus
apponere in minori quantitate. quia time
mus effectum eius nimium. ſicut in ſca/
monea. elſo. et pulpa coloquintide. & ita
poſſumus intelligere de alterantibus. ¶ Si
autem ſit debilis virtutis debemus ponerẽ
in magna quantitate. quia aliter non habe
ret effectum. ſicut caſſiafi. et ſimilia. ¶ Si
autem res fuerit magni iuuamenti debe/
mus multum apponere. ſicut eſt pyonia.
ruta et yſopus. in epydimia. ¶ Si autem
eſt debilis iuuamenti debemus ponere in
parua quantitate. ſicut eſt endiuia in febre
colerica. Componamus igitur ſic. Si eniz
res magni iuuamenti et paruę uirtutis cõ/
ueniant debemus apponere ualde in quan
titate. quia utrunq; conuenit. Si autem eſ
ſet iuuamentum magnum et virtutis for
tis apponamus in quãtitate mediocri quia
vnum precipit alterum negat. Si autem
fuerit magne uirtutis et parui iuuamenti
ponamus in modiciſſima quantitate quia
vtrunq; negat. Si autem eſſet parui iuua/
menti et uirtutis debilis. ponamus medio
criter. quia parum debemus apponere rati
one iuuamẽti. Sed quia virtus eſt debilis
non haberet effectuz ſi quantitas eſſet par
ua. ſit igitur mediocris. Et ita diligẽs me
dicus poterit ſe in doſibus informare.
¶ Nõ bonum ad inueniẽdum doſes ſim
plicium ponendorum in quacunq; recep/
ta ſiue ſirupi. ſiue emplaſtri. ſiue aliorum.

## CAPITVLVM DE LEPRA.

LEpra eſt morbus conſimilis cor
rumpens figuram et formam et
compoſitionem menbrorum. et
finaliter ſoluens continuum ꝓueniens de
materia melancolica ſparſa ad totum cor
pus. ¶ Intelligenduz ꝙ materia melanco
lica aut ſpargitur ad totum corpus. ad par
tem. Si ad totum. aut putrefit aut non. Si
putrefit tunc generatur febris melancolica
Si non putrefit tunc aut mittitur ad car/
nem aut ad cutem. Si ad carnem generat
lepram. Si ad cutem morpheam. ¶ Si au
tem mittatur ad partem cutis. tunc ſi coa

dunatur quaſi extra cutem et non aduratꝰ
generat verrucas et nodos. Si autem ſub/
tus carnem et non aduratur. tunc generat
ſcliroſim. id eſt duriciem. ¶ Si autem ad
uratur. aut materia eſt groſſa aut ſubtilis.
Si groſſa. ſic generat cancrum. Si ſubtilis.
generat herpetemheſtiomenū. & ita plu/
ra poſſunt generari ex melancolia aduſta.
et ex aduſtione humorum calidorum. vt
ſuperius dictum eſt. ¶ Patet ergo ex his
ꝙ lepra eſt morbus conſimilis. quia utrun
ꝙ poteſt dici ſuo modo loquēdi. ſicut ma
nifeſtabitur infra. ¶ Et ita lepra eſt tri/
plex morbus. ſcilicet conſimilis. officialis.
et cōmunis. Conſimilis ꝓpter malam cō/
plexionem ſui. Communis ꝓpter cauſam
que eſt immediata et per ſe. quia errat uir
tus aſſimilatiua. Vnde dicebat Galienus.
Qꝫ lepra eſt morbus virtutis aſſimilatiue
in carne. Et ideo dicebat Galienus de uir
tutibus naturalibus. Qđ virtus digeſtiua
quando errat ad apponendum tunc cauſa
tur ethica. et quando errat in aſſimilando
tunc cauſatur ydropis. ¶ Mala igitur cō
plexio frigida et ſicca exiſtens in carne
propter materiam melancolicam non po/
terat hanc materiam corruptam et inep/
tam aſſimilarꝰ carni. ita ꝙ ſit rubea et caro
uera. Sed generat carnem flegmaticaꝫ qua
ſi ſeparatam granuloſam. & ita generatur
lepra. ¶ Patet igitur ꝙ lepra eſt morbus
conſimilis. & eſt etiam morbus officialis
propter corruptionem figure. quoniaꝫ tan
ta eſt malicia complexionis ꝙ et figuram
corrumpit. & ideo corruptio forme et fi/
gure eſt ſua differentia conſtitutiua. ſicut
patebit infra. ¶ Eſt etiam morbus cōmu
nis. quia finaliter ſoluitur continuuꝫ. niſi
preueniat mors. ¶ Bene igitur proponeba
tur in notificatione. ꝙ lepra eſt morbus cō
ſimilis corrumpens formam et figuram.

et compoſitionem menbrorum. et finalitꝰ
ſoluens continuum. proueniēs de materia
melancolica ſparſa ad totum corpus. Le/
pra igitur eſt error nimius uirtutis aſſimi
latiue in carne. ¶ CAVSA. Lepra
enim aut introducitur ab utero. aut poſt.
Si ab utero illud eſt quia generatur tem/
pore menſtruorū. aut quia eſt filius leproſi
aut quia leproſus concubuit cum muliere
pregnante. et ita baccalarius erit leproſus.
aut ex his corruptionibus emergētibus ge
neratur lepra. ¶ Qđ ſi generatur poſt vte
rum. hoc poteſt eſſe quia aer eſt malus. pe
ſtilentialis. aut quia multum continuauit
cibaria melācolica. ſicut lentes et alia legu
mina. etiam carnes melācolicas. ſicut ſunt
vulpes vrſi capre lepores. et quadrupedia.
ſicut aſini et ſimilia. quia in quibuſdaꝫ re
gionibus omnia talia feralia comeduntur
Prouenit etiam ex multa confabulatione
cum leproſis. et ex coitu cum leproſa. &
quia coit cum muliere cum qua iacuit le/
proſus. ſemine adhuc exiſtente in matri
ce neceſſario erit epr oſus. quia pori ſunt
rari in maſculo. et ſic infectio ſtatim tran
ſit ad totum corpus. quare mirabiliter eſt
cauendum. ¶ Et ſi aliqua importunitas.
aut melancolia cogeretur. ingenietur ꝙ ſe
men exeat de matrice ſaltando ſternutan
do. balneando. ꝛ matricem cum aliquibus
mundificatiuis abſtergendo. Et ꝙ tunc ꝓ
cedat longum tempus quantum erit poſſi
bile. Et multi alii modi ſunt quos non
oportet recitare in expellendo ſemen in/
mundum receptum. Caueat igitur quili/
bet coire cum muliere leproſa. Recitabo
modo quid accidit quadam vice. ¶ Que
dam comitiſſa uenit leproſa ad montem
peſulanum. et fuit finaliter in cura mea.
Et quidam baccalarius in medicina mini
ſtrauit ei. & iacuit cuꝫ ea et impregnauit

eaꝫ. perfectiſſime factus eſt leproſus. Igi
tur felix quem faciunt aliena pericula cau
tum. ¶ Cōmedere etiam in eadem men
ſa lac et piſces inducit lepraꝫ. Repletio nau
ſeatiua cibi calidi ſanguineꝫ adurentis aut
frigidi et melancolici vt dictum eſt gene
rat lepram. Homines igitur colerici in ex
tremitate habentes multum colere aduſte
et habentes epar calidū cau eant ſibi quia
ipſi ſunt medcia. Et licet cauſa immedia
ta lepre ſit materia mala colerica et mala
complexio frigida et ſicca. et ſic uon ſit ni
ſi vna ſpecies. tamen conſiderando cauſas
antecedentes ſunt quatuor. quoniam ali
quando aduritur colera et tranſit in melā
coliam et generatur lepra que vocatur leo
nina. que citiſſime uenit ad augmentū. Et
quādo aduritur ſanguis ſuccedit allopicia
et eſt ſaluior inter omnes. nihilominus co
lerica a principio citius curatur. Item adu
ritur ipſa melancolia et cauſat lepram &
tardius uenit ad augmētum. et tardius cu
ratur. ¶ Iteꝫ aduritur flegma et cauſat ty
riam. & in cura habet ſe medio modo in
ter iſtas. ¶ SIGNA. ¶ Signa infal
libilia ſunt iſta. ſcilicet depilatio ſupercilio
rum et groſſicies eorum. et rotunditas ocu
lorum. et dilatatio narium exterius et eo
rum coartatio interius cum difficultate an
helitus. ut quaſi cum naribus loquatur. Co
lor faciei liuidus vergens ad fuſcedinem
mortificanteꝫ. terribilis ſeu diſplicius aſpe
ctus faciei. cum fixo intuitu et cum gracil
litate et contractione pulparum aurium.
¶ Verum tamen per vnum ſignum non
debemus abſolute ſignificare et iudicare.
quia frequenter ſunt equiuoca ſed per duo
vel tria vel plura. tamen que dicta ſunt.
ſunt certiora. ¶ Iteꝫ multa alia ſigna ſunt
ſicut ſunt puſtule et excreſcentie et cōſum
ptio muſculorum. et potiſſime illius qui ē
inter pollicem et indicem. Inſenſibilitas
extremitatum et fixure et infectio cutis.
¶ Item ſanguis cum eſt ablutus ſicut de
cet habet grana magna terrea aſpera areno
ſa. et multa alia valde que ponunt autores
mihi tamen ſufficiunt illa que in facie po
ſita ſunt. ſicut manifeſtabitur in declarati
one dictorum. ¶ Quedam uero alia ſunt
ſigna detecta ꝫ maxima quibus apparenti
bus eſt paciens ſequeſtrandus. ¶ Signa oc
culta que ſignificant lepram in principio.
ſunt iſta. ſcilicet color. Iſta autem ſunt ſi
gna detecta manifeſta quibus apparētibus
paciens a populo ē ſequeſtrādus. ¶ Signa
autem occulta que ſignificāt lepram in ꝑn
cipio ſunt iſta. ſcilicet color faciei rubeus.
uergens in nigredinem. et incipit anheli
tus mutari. et vox aliquo modo rauceſcit
et capilli incipiunt gracillari et paruificari.
& eſt ſudō eius et anhelitus decliuis ad fe
torem. et apparent mores melancolici &
mali ꝫ doloſi. et multiplicantur in ſomno
ſomnia melancolica terribilia. et ſentit in
ſomno grauedinem maximam ſupra cor
pus ſuum. et in quibuſdam apparent ſcabi
es et puſtule et morphea per totuꝫ corpus.
et incipit fieri feda corporis diſpoſitio. Et
cum tamen non corrumpatur forma vel
figura nōdum eſt iudicandus ad ſeparatio
nem, ſed eſt fortiſſime iudicandus. ¶ Sig
na autem que ſignificant naufragium &
approximationem ad terminuꝫ ſunt iſta.
corroſio cartillaginum que eſt inter fora
mina narium et caſus eiuſdem. fixura ma
nuum et pedum ꝫ caſus eorundem. groſ
ſicies labiorum. et diſpoſitio corporis glan
duloſa diſma et difficultas āhelitus. ꝫ uox
raucoſa catulina. et terribil' aſpectus faciei
et color niger ꝫ pulſus occultus paruus.
¶ Signa humoris peccātis ſunt iſta. Si fu
erit lepra ex ſanguine colō uergit ad rube

dinem obſcuram faciem habet ſubtumi/
dam cum tuberis multis vlceroſis et cum
uirulentia. oculi ſunt rubei. et palpebre in
uerſantur. z ex qualibet leui cauſa exit ſan
guis ex naribus odor grauis et fetidus in
toto corpore. vrina uergit ad rubedinem.
et ſpiſſitudinem. ¶ Si autem fuerit ex co
lera vergit ad citrinitatẽ nigram. punctu
ra et mordicatio eſt in facie & palpebris
naſcitur uelociter z eſt tyrannus moribus
vrina uergit ad citrinitatem et tenuitatẽ.
¶ Aliquando eſt ibi impetigo et ſerpigo
et citiſſime uenit ad augmentum. Si autẽ
fuerit ex flegmate color erit albus vergẽs
ad nigredinem. faciem habet ſubtumidã
& extremitatem cum reſolutionibus fur/
fureis et ſquamis albis. Vrina eſt alba uer
gens ad ſpiſſitudinem cum quadam glo/
boſitate ſanioſa. ¶ Si autem fuerit de me
lancolia. facies vergit ad nigredinem tur/
batam. Ita ꝙ ſi aer fuerit nimis calidus.
aut moueatur aut iraſcitur color erit rube
us turbatus vergens ad nigredinem. & ſi
aer infrigidetur aut timet color erit liui/
dus et turbatus vergens ad nigredinem.
nodoſitates multe in toto corpore. mores
ſunt melancolici. ſtupor et inſenſibilitas.
vrina tenuis et remiſſa. ¶ Si fuerit de ſan
guine uocatur allopicia. Si de colera leoni
na. & ſi de flegmate tyria. Si de melanco
lia allopicia. ¶ PRONOSTICA/
TIO. Pronoſticare pro certo poſſumus
quia in ſempiternuȝ lepra poſtq̄ uenit ad
manifeſtam corruptioneȝ figure et forme
non curabitur. Sed vitam prolongare poſ
ſumus et impedire cum medicaminibus.
ne materia venenoſa melancolica incinera
ta non uadat ad cor et membra principa/
lia. quia intelligendum eſt ꝙ lepra incipit
primo ab interioribus z poſtea maturatur
in facie et extremitatibus. et iterato reuer
titur ad interiora. & tunc ideo eſt mors.
quia membra debilia tantam ruinam ſub
ſtinere non poſſunt. tum ꝓpter horribili/
tatem materie. tum ꝓpter malam comple
xionem frigidam et ſiccam contrariam
principiis uite. et ꝓpter hoc innuebat Aui
cenna. quomodo curatur lepra qđ eſt can
cer vniuerſalis. iam non poteſt curari can/
cer particularis. ¶ Allopicia autem minus
periculoſa eſt et facilioris curationis a prin
cipio. Leonina autem facilius uenit ad au
gmentum. Elefancia tardius uenit ad au/
gmentum. ut dictum eſt et tardius curat
Tyria medio modo ſe habet.
¶ CVRATIO. In primis incipia/
mus a ffomia. Intelligenduȝ eſt igitur ꝙ
poſtq̄ egritudo eſt confirmata qđ cogno/
ſcitur per corruptionem figure non mul/
tum prodeſt ffomia nec fortis medicina
cõmouent enim et non euacuant et infri/
gidant et deſiccant. et de materia morbi
aut modicum aut nihil euacuant. quoniaȝ
iam non eſt in uenis ſed in membris. Si
autem competat ffomia in lepra cõfirma
ta hoc eſt quia eſt de ſanguine & quia ſan
guis multum habundat. aut fuerit in mu
liere propter retentionem menſtruorum.
aut ꝓpter retentionem emorroydarum in
ſolitam. aut ſi ueniret paciens ad magnã
difficultatem anhelitus. ita ꝙ timemus de
ſuffocatione. Aliter non uidetur compete
re ſcilicet ffomia et farmacia. Et eſſet mi
nus malum ꝙ fieret de paruis venis q̄ de
magnis. vel ꝙ fieret uentoſa cum ſcarifica
tione inter ſpatulas. aut ſcarificationes in
tibiis. a principio autem melius et directi
us poteſt competere ffomia quoniam ma
teria eſt in venis. Fiat ergo ut oportet &
ſicut oportet. Et tamen uideo cõmuniter
errare operantes. quoniam indifferenter
faciunt multas valde. vigilemus igitur.

¶SECVNDO. oportet conſiderare de
farmaciis et digeſtione materie. In princi
pio tamen dum eſt curabilis. quia de con
firmata non debemus nos intromittere.
quantum ad curam niſi ad prolongandū
et qd̄ predicatur ſi medicus fortiter fuerit
rogatus. ¶ In primis igitur digeratur ma
teria per hunc moduꝫ. ℞. ſuci borraginis.
ſuci fumiterre. ſuci ſcabioſe. ſuci lapacii acu
ti. an̄. ℥. iii. floꝝ borraginis viol̄. follicul̄.
ſene. epithi. cuſtute polipodii liquiri aniſii
an̄. ℥. i. mell̄. roſ̄. et panis zuccari. an̄. ꝙ ſuf
ficit fiat ſirupus. ¶ Si autem humores me
lancolici calidi dominentur. addatur ſuci
endiuie. ſcariol̄. lactuce. et acetum. Si au-
tem materie frigide dominentur addan-
tur iſta origanum. calamētum. anthos. ſti
cados. aniſum. martrum. Et ſi fuerit mu
lier cum retentione mēſtruorum addatur
arthemiſia. et ſauina. & ſerpillus. et ſecun-
dum diuerſitatem temporum anni. et ali
orum particularium oportet aliquid adde
re vel diminuere. quoniaꝫ ſi pauper fuerit
et materia calida. digeratur cuꝫ oxizaccara
et ſirupo de fumoterre. & ſi cauſa eſt frigi
da. cum oximell̄. diur̄. et ſquill̄. et ſirupo
de fumoterre. ¶ Si auteꝫ fuerit delicatus
et diues digeratur cum electuariis iſtis. ℞.
dyambre. dyacamerō. dyarodon. iuliī. dia
margariton. Si autem fuerit pauper. cum
dyanthos. dyaniſon. & ſi cauſa ſit calida.
addatur zuccaruꝫ roſ̄. et ſandal̄ ſeu triaſan
dal̄. Materia digeſta opōtet venir̄ ad me
dicinas. ¶ Medicine fortes elſ̄ice. nō den
tur niſi in medio ueris ſemel. et in medio
autumni ſemel. faciles enim dentur mul
tis et multis uicibus non vna. imo forte.
et cotidie vſq; ad unam bonam aſſellam
vel duas vel parum plus. iuxta cōuenienti
am particularium. ℞. florum borra. viol̄
roſ̄. ſene. epithi. polipodii. an̄. vuaꝝ paſſaꝝ

mundaꝝ abariſ̄. liqr̄ mū. an̄. ℥. i. fiat deco
ctio cum ſero caprino. et in decoctione
temperentur cortices mirrobal̄. indorum
bellircoꝝ. et enblicorum bene gūboſoruꝫ.
an̄. ℥. ſ. fricentur lento igne et colentur &
dentur uſq; ad mediam lib. in aurora. Iſta
decoctio multum eſt utilis. ideo ſeruetur
diligenter. ¶ Si autem in materia domi-
netur humor calidus. addantur mirobalſ̄i
citri. vel dyagdium. cum maſticꝗ. bulliti
in ſacculo. Et ſi materia eſſet flegmatica.
addantur mirobalſ̄i. kebuli vel turbit. cuꝫ
eſula zinziber. ꝛ maſticꝗ. bullitis in ſacculo
et in decoctione. ¶ Medicine autem for
tes ſunt. yeraſi. yeralogꝗ. theodoriton. em-
periſton. acuat̄ cum pulpa coloquintide in
parua quantitate. Et ſi dominatur colera.
addatur electuarium de ſuco roſ̄. Et ſi fle
gma addatur yer̄. ¶ In materia calida de
tur talis medicina. ℞. electuariuꝫ de ſuco
roſ̄. oxilati. yeraſi. an̄. ʒ. ii. interioris colo-
quin. bdellii. an̄. ʒ. ſ. fiant pillule. ¶ Si au-
tem flegmatica ſit materia. ℞. yer̄p̄. ℥. ſ.
yeraſi. ʒ. iii. eſule maſticꝗ. an̄. ʒ. ſ. fiāt pill̄e.
¶ Si autem melancolia dominetur. ℞.
dyaſene. dyaborraginati. yeraſi. an̄. ʒ. iii.
pulpe coloquin. bdellii. an̄. ʒ. ſ. fiant pill̄e.
Iſte tamen doſes uariantur iuxta cōuenien
tiam particulariuꝫ. quia aliqui ſunt fortes
aliqui debiles. aliqui morantur in climate
calido. aliqui in frigido. Iſta igitur indu-
ſtrie medici derelinquo. qꝛ periculoſe ſunt
omnes medicine elſ̄ice. et omnis coloquin
tida. quia inter fortes iſte ſole conueniunt
Vt igitur ex his periculum aduenire non
poſſit. Eatis ad ortum vbi ſit multitudo
rafani. feniculi. petroſilſ̄i. et extrahant̄ ra-
dices ſed non omnino. et perforētur cum
ſubula. et lardetur cuꝫ elſ̄o. nigro. et coope
riatur ſicut decet. et ſtet ad minus ſub ter
ra. xl. diebus. et cuꝫ uti uoluerꝫ remoueant̄
omnes lardones. et de reſiduo fiat oximel

et erit mirabile digeſtiuū z euacuatiuum
¶ Vel euacuetur ſic per totum annum &
forte ſufficeret. ℞. pulueris epithimi. &
quolibet die ſumatur coclear vnum cum
ſero caprino. & eſt tante uirtutis ꝙ nullus
paratus ad lepram incurret ipſam. ſi iſto
medicamine aſſueſcat. De modo autem
laxatiuo tractabimus cum de ſerpentibus
loquemur. de laxatiuis autē ſufficiat quā
tum eſt de pſenti. ¶ QVARTO loque
mur de caputpurgiis et cauteriis. Corpore
igitur mundificato purgetur caput ſic. ℞.
celidonie. tapſie. naſturcii. agnicaſti. pule/
gii. origani. an̄. aꝺ. ʒ. matropiperꝫ. nuc. mu
ſcate. an̄. ʒ. iii. conquaſſentur. et bulliant in
vino albo. et addatur olei ſiſamini. ℥. ii. et
bulliant ſimul et colentur. et tunc intinga
tur lana ſucida. aut bonbix aut ſtupe cāno
pine. et paciens ſit reſupinus et comprima
tur in naribus vna gutta uel due. & hoc
fiat ante cibum de mane. et hoc faciet euꝫ
ſternutare aut mingere z purgabit cerebri
ſuperfluitates et aquoſitates. et ſimilia. et
iniciatur ſucus maiorane vel mediane cor
ticis ſambuci. Vel fiat ſternutatorium cuꝫ
puluere caſtorei et piperis et elſi. ¶ Vel fi
at maſticatorium ſic. ℞. euforbii. piretri.
piperis. caſtorei. ſinapis. an̄. ʒ. i. miſceantur
cum oximelle ſquillitico et modico cere.
et fiat cerotum et inter dentes ſuauiter cō
quaſſetur pars huius ceroti vſꝗ ad quanti
tatem fabe. Purgetur igitur caput aliquo
iſtorum modorum. ¶ Deinde fiant caute
ria in utriſꝗ tibiis ſubtus genu in concaui
tate que eſt ſupra muſtulum. eodem mo/
do fiat in brachiis. z fiant ſetones in collo
et uentoſe inter ſpatulas cum ſcarificatiōe.
et fiant cauteria in capite in quatuor parti
bus ſupra cōmiſſuras ſi paciens poſſet tol/
lerare. teneātur iſta ad minus quadraginta
diebus. ¶ QVINTO veniamus ad bal

nis eſt corruptio eſtimatiue ꝓpter for/
mam et figuram affixam. vnde cum ali
quis eſt philocaptus amore alicuius muli
eris ita fortiter concipit formam figurã
et modum quam credit et opinatur hãc
eſſe mulierem pulchriorem magis caſtaꝫ
magis venerabilem ſpecioſam et melius
doctam in naturalibus et moralibus q̃
aliquã aliarum. et ideo ardenter concupi
ſcit eam et ſine modo et menſura opi/
nans ſi poſſet finem attingere ꝙ hoc eſ/
ſet ſua felicitas et beatitudo et intantuꝫ
corruptum eſt iudicium rõnis ꝙ conti/
nue cogitat de ea. et dimittit omnes ſu
as operatiões ita ꝙ ſi aliquis loquatur cuꝫ
eo vix intendit verba illa. et quia eſt in
cõtinua meditatiõe ideo ſollicitudo me/
lancolica appellatur. hereos dicitur quia
hereos et nobiles ꝓpter affluentiam deli
ciarum iſtam paſſionem conſueuerũt in
currere. quoniam ſicut dicit viaticus. Si
cut felicitas eſt ultimum delicationis ita
hereos eſt vltimum deliciis. et ideo intã
tũ cõcupiſcũt ꝙ inſani efficiũtur iux̃ illḋ
ouidii. a trabe ſublimi triſte depẽdꝫ onꝰ

Iudiciũ etiam ipſoꝝ eſt corruptũ.et ideo
dicebat verſificator.om̃is amor cecus nõ
eſt amor arbiter equus.nam deforme pe
cus iudicat eſſe decus.et alibi. Quiſquis
amat ranam ranam putat eſſe dianam.
Virtus igitur eſtimatiua q̃ eſt altior in/
ter ſenſibiles ꝑcipit imaginatiue et ima/
ginatiua ꝑcipit cõcupiſcibili et cõcupiſci/
bilis iraſcibili et iraſcibilis virtuti motiu/
ue lacertoꝝ.et tunc mouet̃ totum corpꝰ
ſpreto ordine rõnis et mouetur et circu
it de nocte et de die pluia et imꝑluia ſper
nendo calorem et frigus et om̃ia ꝑicula
cuiuſcunq; cõditionis fuerint. cum iam
non poteſt amplius q̇eſcere corpus. Sed
cõcupiſcentia non q̇eſcit intantũ ꝙ tri/
ſtabilia ſunt ſine cõparatõe maiora q̃ eſ/
ſent delectabilia dato ꝙ haberet ꝯtentũ
q̃uis naturalr̃ fugiantur terribilia et tri/
ſtabilia. Hic aũt ita mente ꝯcaptus eſt ꝙ
ꝓpter vnam modicam delectatiõem et
miſerrimã omne triſtabile ſeu terribile
uidetur ſibi delectabile.ita.n.faciunt ri/
baldi q ꝓpter delectatõem ludi et taber
ne in hieme incedunt nudi et in terra
decũbũt et tñ vident bñ illud qđ eſt ma
gis delectabile uel triſtabile et nõ eſt du
bium ꝙ triſtabile et tñ eligunt maxime
triſtabilia ꝓpter delectatõem modicam.
et ita faciunt iſti miſeri philocapti. SI/
GNA. Signa ſunt quoniã amittũt ſo/
mnũ cibum et potũ et maceratur totum
corpus ꝑterq̃ oculi.et habẽt cogitationes
occultas et ꝓfundas cum ſuſpiriis luctu
oſis.et ſi audiant cantilenas deſperatiõe
amoꝝ ſtatim incipiũt flere et triſtari. et
ſi audiant de cõiunctiõe amoꝝ ſtatiꝫ in/
cipiunt ridere et cantare.Pulſus.n.eoruꝫ
eſt diuerſus et inordinatus.ſed eſt uelox
frequens et altus.ſi mulier quam diligit
nomietur aut tranſeat coram ipõ. et per
hunc modum cognouit.G.paſſioneꝫ cu
iuſdã iuuenis patiens.n.erat in lecto tri
ſtis et meſticus et macilentus et pulſus e
rat occultus et inordinatus et nolebat
G.reuelare.et tunc accidit a fortuna ꝙ
illa mulier quam diligebat tranſiuit co/
ram eo ⁊ tunc pulſus fuit fortiter et ſub
ito excitatus.et cum mulier tranſiuiſſet
tunc pulſus reuerſus eſt ad naturam pri
mam.et tunc cognouit G.ꝙ philocaptꝰ
erat et dixit patienti.tu es in tali paſſio
ne q̇a talem dilig̃ mulierem.et audiens
fuit ãmiratus ꝙ cognouit paſſionẽ ꝓpri
amq; ꝑſonã. Et ido ſi aliq̇s vult ſcire no
men mulieꝝ quam q̇s diligit nominet
ſibi multas et cum nominat̃ illa quam
diligit ſtatim excitatur pulſus cum illud
audit.illa igitur eſt et fugiat; ab ea.
PRONOSTICATIO. Pronoſticaꝰ
eſt talis ꝙ niſi hereoſ ſuccurat̃ in maniã
cadunt aut moriũtur. CVRA. Patiens
iſte aut eſt obediens rõni.aut nõ. ſi ẽ ob
ediens remoueatur ab illa falſa imagina
tione ab aliquo prudẽte viro queꝫ time/
at et de quo verecũdetur cum uerbis et
cum monitõibus oñdendo pericula ſecu
li et diem iudicii et gaudia paradiſi. Et
ſi rõni non eſſꝫ obediẽs et eſt iuuenis q
eſſꝫ ſub ferula tunc frequẽter ⁊ fortiter
flagelletur donec incipiat terrẽ. Deinde
nunciẽtur ſibi triſtabilia vt maior triſti
cia minorẽ habeat obſcurare.aut ꝙ nun
cientur alta delectabilia vt q̇a factus eſt
ſeneſcalcus vl̃ comeſtabulus vt officium
grande ẽ ſibi collatum.⁊ ita reuocabitur
q̇a honores mutant mores.deinde tol/
latur ocium.de quo Ouidius.Ocia ſi tol
las periere cupidinis actus Deinde occu/
petur in aliqua actõe neceſſaria.de q̃ di/
cit Ouidius.Da vacue menti quo tenea
tur opus.Deide diſtrahatur ad longinq̃s
regiones vt videat varia et diuerſa. Et
de hoc Ouidius.Vade ꝑ urbane ſplendi
da caſtra troye.Pixides inuenies et rerũ
mille colores. Deinde hortetur ad dili/
gendũ multas vt diſtrahatur amor vni
us ꝓpt̃ amorẽ alterius.⁊ de hoc Ouidius

Hortor vt et parit̃ binas habeatis amicas.
Fortius et plures ſi quis haber̃ poteſt. Vti
le igitur eſt mutare regionez. & eſſe inter
amicos et notos. & ꝙ uadat per loca vbi
ſint prata. fontes. montes. nemora. odores
boni. pulcer aſpectus. cantus auium. inſtru
menta muſicalia. Et ſi aliqua materia fue
rit ibi aggregata mundificetur ſicut dictũ
eſt in capitulo de mania et melẽia. quia ue
re una ſpẽs eſt melẽie. ¶ Finaliter aũt cuz
aliud conſilium nõ habemus imploremus
conſilium vetularum vt ipſaz dehoneſtet
et diffamet quantũ poterit ipſam et illum
ipſe enim habẽt artem ſagacẽ ad hoc plus
q̃ viri. Vnde dicit Auic̃. Q. aliqui ſunt
qui gaudent audiendo fetida et illicita. ali
qui econuerſo. Queratur igitur vetula tur
piſſima in aſpectu cum magnis dentibus
et barba. & cuz turpi et vili habitu. et por
tet ſubtus gremiũ pannum menſtruatũ. &
aduenſens philocapto incipiat dehoneſtar̃
amaſiã ſuam dicẽdo ꝙ eſt tineoſa et ebri
oſa. et ꝙ mingit i lecto et ꝙ eſt epilentica
et impudica & ꝙ in corpore ſuo ſint excre
ſcentie enormes cum fetore anhelitus. &
aliis enormibus in quibus vetule ſunt edo
cte. ¶ Si uero ex his perſuaſionibus nolit
dimittere ſubito extrahat pannũ mẽſtrua
tum coram facie apportãdo et dicendo et
clamando talis eſt amaſia tua. Et ſi ex his
non dimiſerit eam iam nõ eſt homo. ſed
dyabolus incarnatus. Fatuitas igit̃ ſua ul
terius ſit ſecum in perditionẽ. ¶ CLA-
RIFICATIO. ¶ Intelligendũ ꝙ coi-
tus ſuperfluus deſiccat ut dicit Io. et ta-
lis non competit hereoſis. nec triſtibus nec
melancolicis. ſed quibus ꝑmiſſum eſt cõpe
tit ſm̃ temperamentum. fiat autem ſm̃ tẽ
peramentum. ſicut dicit. G. quando ſit tan
tis interuallis vt corpus ſentiat ſe alleuiatũ
et melius cõmedentez et dormientẽ. Coy
tus igitur quia letificat et calefacit et bonã
digeſtionez inducit. ideo cõpetit quibus ꝑ
miſſum eſt. dum tamen fiat ſm̃ tempera
mentum. ¶ Secundo notandũ ꝙ vinum
quia letificat et humectat ſi cum tempera
mento ſumat̃. quia digeſtionẽ confortat.
ideo bene cõpetit. Oportet igitur ꝙ vinuz
non ſumat̃ in parua quantitate. nec in tan
ta ꝙ inebriet. ſed in tali ꝙ letifice et cu-
ras tollat. Vnde Ouidius. Ebrietas nulla
vel tanta ſit vt tibi curas. eripiat. Si qua
eſt int̃ utrunqꝫ nocet. Et ideo dicebat via
ticus. Qui primo uinũ de uite ducere mo
litus eſt inter ſapientiſſimos eſt cõputãdus
¶ Tercio notanduz ꝙ in hac cura cõpetit
balneum quia humectat et letificat dum
tamen eoꝝ corpus ſit mollificatũ. ¶ Quar
to ſciendum ꝙ hereos ꝓprie loquendo ꝓ
pria paſſio eſt cerebri ꝓpter corruptionem
ymaginatiue. teſticuli autem poſſunt eſſe
ſubiectũ quo ad cauſam cõiunctaz. ſed
epar quo ad cauſam antecedentẽ. ¶ Quin
to notandum ꝙ iſta paſſio frequẽtius ad
uenit viris q̃ mulieribus ꝓ tanto. ꝙ viri
ſunt calidiores. & vniuerſalit̃ femine ſunt
frigidiores. & hoc patet in maſculis bruto
rum qui cum furia et impetu mouent̃ ad
coitum implendũ. ideo viri intenſius dele
ctatnur in coitu. mulieres autez extenſiue
plus. ꝙ in ſemine viri et proprio. ¶ Vlti
mo notandũ ꝙ hec paſſio pulchriori mo
do poteſt deſcribi ſic. Amor eſt mentꝭ in
ſania qua animus vagatur ꝑ innauia vite
crebris doloribus ꝑmiſcens gaudia.

## ¶ De ebrietate.

EBrietas eſt paſſio cerebri cuz ner-
uorum mollificatione ꝓpter fu-
mos groſſos a uino reſolutos pro
ueniens. ¶ CAVSA. ¶ Cũ eniz accipit̃
in magna q̃ntitate tunc virtus digiua ſto
machi et epatis nõ poſſunt ſuperare et di-
gerere. & tunc reſoluunt̃ fumi groſſi cere
brum aſcendentes qui mollificant neruos
et turbant inſtrumẽta ſenſuum in toto cor
pore & turbant omnes virtutes. ſicut eſt

ymaginatiua. cogitatiua. et memoratiua.
quoniã fumus iſte eſt caligo et tenebra ipi
anime. ſicut nubes ipſi ſoli. aſſimilatur igi
tur deſipientie in furore. ¶ SIGNA.
¶ Primum mẽbrum in quo ebrietas appa
ret eſt lingua ꝓpter multitudinez neruorũ
qui ibi ſunt. & ideo incipit loqui balbuciẽ
do. aut verba precipitando. deinde incipi
unt alia mẽbra tremere. aut deficere. & ita
de aliis. ¶ PRONOSTICATIO. Si
enim cõtinuauerit aliquis non poteſt eſſe
quin moriatur. aut apopleticus. aut epilẽti
cus. aut paraliticus aut tremuloſus. aut gut
toſus. quoniã licet vinum ſit calidũ nimis
tamẽ bibitum cauſa eſt frigidaꝝ paſſionũ
ſecundũ. Ga. ii°. de morbo. ¶ CVRA.
Curatio eſt ꝙ ſi eſt ca. cõplexionis ꝙ frigi
da capiti applicentur. ſicut oleum ro. et ace
tum nenufar. et ſimilia. Si aũt fuerit frigi
de cõplexionis. applicentur aliqua tempera
mento vicina. ſicut eſt camomill̄. mellilo.
et ſimilia capiti applicẽtur. ¶ Fiant criſte
ria et fricationes extremitatũ. et ſumat ſti
ptica. ſicut ſi fuerit frigide cõplexionis ſu
mat ſucum mente et abſinthii. ſi calide ſu
mat ſucum caulium et citonioꝝ. & qꝫ cu
ra poſita eſt ſuperius capitulo de dolore ca
pitis. ideo curam vlterius non pertracto.
¶ CLARIFICATIO. Intelligen
dum ꝙ ebrii et accidentia ebrietatũ fiunt
aliter et aliter ſm diuerſitatem cõplexiõis
et vinoꝝ. Qui enim habent ſtomachũ ca
lidum citius inebriant̄ et citius curantur.
Ecõuerſo eſt de ſtomacho frigido. Idẽ de
cõplexione cerebri ca. et frigida. vinuz au
tem groſſuz tardius inebriat et tardius cu
ratur. Si autem apponatur aqua citius ine
briat. quoniã quodãmodo ſubtiliat eum.
Ideo dicebat Auic. ꝙ vinũ limphatum
citius inebriat. vinuz uero ſubtile citius in
ebriat et citius curatur. Accidentia enim
ſunt diuerſa ſm diuerſitatẽ cõplexionum
qm̄ Sanguinei inebriati rident. et inde in
currũt quaſi ſtoliditatẽ infantilẽ. Colerici

efficiunt̄ loquaces et mobiles et quaſi quã
dam furiã incurrunt. Sed fl̄atici efficiunt̄
ſomniculoſi et ſtupidi cum ſomno graui
et moleſto. Melancolici aũt efficiunt̄ tri
ſtes et incipiunt flere peccata ſua. Sed qui
habent ſtomachũ frigidũ incurrunt dolo
rem capitꝭ uehementẽ. Sed qui tẽperatum
dormiunt magis ſomno naturali. Vinuz
purum citius inebriat et album uelociter.
ſed cito ſoluit̄. Sed qui habent ſtomachũ
calidũ et cerebrum cito inebriant̄. ¶ Secũ
do intelligendũ ꝙ multa ſunt que indu
cunt actiõnẽ ſimilẽ ebrietati. ſicut ſunt ce
reuiſia et medones z nigella cum eſt in pa
ne que reddit ipſum ſomniculoſuz et ſtu
pidum quaſi ebrium ꝓpter multitudinez
vaporum. ſed ptiſana nunq̄ ꝓpter bonita
tem ſue decoctiõis. ¶ Tercio intelligendũ
ꝙ ebrii ſeu oĩbus ebrioſis habẽtibus caput
plenum uaporibus groſſis et indigeſtis vi
detur ꝙ circa lumen candele ſit rota ma
gna diuerſis coloribus plena. & hoc eſt qꝫ
ſpiritus luminoſi ꝓpter uapores ſunt turba
ti. ¶ Quarto ſciendũ ſm intẽtiõnẽ Aui
cen. ꝙ bonũ eſt inebriari ſemel in menſe.
non ꝓpter ebrietatẽ ſed qꝫ ad ebrietatem
ſequit̄ vomitus ſudor et ſeceſſus. que cor
pus habent mundificare. et talis paſſio per
relationẽ ad finem nõ eſt morbus. & cuz
multi ſint modi purgationis. et hoc ſit ig
nominioſum. et etiã non eſt oĩno tutum
quia añ vomitũ bene poſſet incurrere apo
plexiam. ideo ab aula noſtre ſpeculationis
inebriari totaliter ſit remotũ. Vnde notã
dum ꝙ ſm G. in de cõplexionibus inter
omnia que citius cõuertunt̄ in calorem et
ſpiritum eſt vinũ. ipſum enim curat ſinco
pim. ſm. Ga. xii. thera. et multa alia iu
uamenta facit. ſ. vinũ. et hoc verum eſt
qñ ſumitur cum temperamẽto. qñ autẽ ex
cedit naturã corporis tunc facit multa no
cumẽta. vt dicit. Ga. ii°. de cõplexionibus
qꝫ primo replet caput uaporibus. et ita per
turbat aĩam et oẽs operationes eius. Scđo

quia ratione indigeſtionis cõuertit̃ in ace/
tum. & ita ꝑutit neruos. et eſt cauſa para
liſis. Tercio qꝛ materias crudas facit pene
trare ad membra. & ita eſt cauſa arthetice
cum ſit fortiſſimus penetrator. vt Auic̃.
de pulſibus. et de re. eius ꝙ cõmedit & de
re. aque et vini. Sicut igit̃ vinum eſt altiſ
ſima tyriaca cum ſumitur ſicut opõtet. ita
eſt letale venenũ cuꝫ ſumit̃ ſicut nõ opor
tet. ⸿ Vltimo intelligenduꝫ ꝙ coytus in
declinatiõe corpore mũdificato quibus da
ta eſt licentia poteſt cõpetere. dum tñ fiat
ſecundũ temperamentum.

⸿ De freneſi.

[F]Reneſis ẽ apoſtema calidũ in pã
niculis cerebri generatũ. CAV
SA. ⸿ Cauſa eſt coľa rubea pu/
ra. Aut eſt ebullitio ſanguinis ĩ corde. aut
epate. Cauſe aũt coadiuuãtes ſunt. vt quia
iuuenis colericus tempus eſtiuum. & qꝛ la
borauit in diebus canicularibus & ſtetit in
ſole calido capite diſcooperto et ieiunauit
et cõmedit et varia caľa. et alia conſimilia
que corpus calefaciunt et deſiccant. Frene
ſis aũt quedam uera. quedã non uera. Ve
ra auteꝫ fit qñ colera pura aut colera rubea
adusta. aut uapor ſanguis ebullientꝗ in epa
te et in corde coadunant̃ in panniculis ce
rebri aut ſubſtãtia medullari. et ibi faciũt
apoſtema ad qđ ſequitur fe. cõtinua et ar/
dentiſſima. tum ꝓpter menbri nobilitaté
et materie diſpoſitioné. Non uera cauſat̃
ex colera citrina. aut qꝛ ſequit̃ fe. ſicut ſunt
terciane cauſon apoſtema pulmonis laterꝗ
dyaffe matricis ſtomachi epatis. et ita de
aliis. ⸿ SIGNA Signa ſunt fe. cõtinua
alienatio vigilie ſitis. nigredo lingue mo/
tus inordinatus pedũ et manuũ et agitatõ
totius corporis. loquela continua et accidẽ
tia terribilia. In nõ uera aũt ſunt oĩa remiſ
ſa. et aliqñ quieſcunt. ⸿ PRONOSTI/
catio Ga. in ꝓnoſticis ſuꝑ illam partem

manuũ mobilitas dicit ꝙ freneſis ꝑnicioſa
eſt i oĩ generi ſuo. Freneſis que eſt in ſub
ſtantia medullari deterior eſt inter oẽs. de
inde illa que eſt ĩ pia matre. deinde illa q̃
eſt in dura. freneſis que eſt ex colera rubea
pura aduſta eſt peſſima. deinde que eſt ex
non aduſta. deinde q̃ eſt ex ſanguine. dein
de que eſt ex colera citrina. & ita de aliis.
⸿ Signa aũt mortalia ſunt iſta. Cum vri
na ꝓceſſit colorata et modo eſt alba et te/
nuis et alienatio cõtinua et vigilie cõtinue
ſimiliter ſi retineat̃ vrina et eḡo et ſi ſpaſ
metur. et ſi tibie ſint extenſe ꝫ nõ poſſit cõ
duplicare & ſi duplicatas nõ poſſit extẽde
re et ſi veſtica apparet ĩ police. et ſi accidat
ſincopis. Iſtis ſignis apparentibus iã mors
ſedet in pedibus. Medicus igit̃ confeſtim
fugere debet. ⸿ CVRA. Iſtis ſignis
mortalibus non apparẽtibus parato naufra
gio ſuccurrames. In primis igit̃ particula
ribus concurrẽtibus fiat fľomia de cephali
ca vſqꝫ ad ſincopim vel quaſi ſi virtus tol
lerare queat. deinde fiãt de uenis que ſunt
in ſumitate naris. deinde cum ſetis porci
nis ꝓuocetur fluxus ſanguinis nariũ ab in
tus. deinde fiat fľomia de uenis q̃ ſunt in
fronte. deinde fiãt fricationes et criſteria.
deinde frigida capiti applicent̃. ſicut oleuꝫ
roſ. acetũ et aqua roſ. infrigidatꝗ in ꝓfun
do putei. et ſi indigemus frigidioribus ex
trahat̃ ſucus de uno iſtoꝝ vel pluribus. ſ.
lactucꝗ. portulacꝗ. cuċ. maurella. ſemꝑuiua
papauer albũ. et ſimilibus. et bonbax intin
gatur. aut aliquid ſimile. et tepidũ fronti
et timporibus applicet̃. et. xxx. horis a ꝑn
cipio morbi cõtinuet̃. Vtatur iſto ſirupo.
℞. ſuci lactuce. ſuci cucurbide. ſuci portu/
lace. ſuci lentigis aque. añ. lib. ʒ. quatuor ſe
minum frigidoꝝ. ſemis papaueris albi. añ.
℥. i. vini maloꝝ granatoruꝫ. ℥. iii. oĩm ſan
daľ. ʒ. iii. zuccari. lib. i. fiat ſirupus clarifica
tus. Poſt vſum ſirupi purget̃ cum iſta de
coctione in prinº ante digeſtioneꝫ mate
rie. ℞. floꝝ bor. violſ. añ. ℥. i. prunoꝝ. xx.

fiat decoctio et in decoctione reſoluatur caſſiefi. magne. tamarindi. an̄. ℥. i. miſceantur et detur ante diem. cibus ſit nullus et ſi neceſſarium fuerit detur mica panis lota in aqua frigida dulci. aqua ordei colata. vel colatura quatuor ſeminū frigidoꝝ mūdatoruꝫ cum lacte amigdal. aut lac amigdolarum cum uino maligranati et pane d̄ zuccaro cum modica aqua roſ. vel ꝙ fiat talis confectio cum ſuco limonū et pane de zuccaro. & ſi aſcendamus uſq; ad ordeatum magnum quid erit. ꝙ egritudo eſt breuis et accidentia terribilia. Si aūt egritudo eſt confirmata ꝙ diſcernit quia alienatio non ceſſat & vigilie ſunt cōtinue. tūc nihil frigidum capiti applicetur. nec actu nec potentia. ⁋ Sed catuli viui ſcindant̄ per medium dorſi et ſubito applicent̄. & ſi tot non inueniantur. ponantur in aqua feruenti. hoc idem poteſt fieri de gallinis. hoc idem de pulmone ueruicis ꝙ per dorſum abſtrahat̄ animali viuēte. et iſta ſine intermiſſione applicentur. ꝙ hoc eſt ultimum remedium. ⁋ Domus auteꝫ ſit frigida et aſpergatur aqua frigida cum aceto et aqua roſ. et ponantur multe amphore ī domo. et herbe frigide. ſicut ſunt multitudo nenuphar̄. et folia uitis albe. et folia ſalicis et cānarum et roſ. et viol. & ſi non poteſt dormire vtatur dyapp̄. et fomentetur caput cum aqua decoctionis roſ. & papaueris piſtata cum lacte mulieris puellam nutrient̄. et abluatur os cum aqua frigida et aceto. et ponantur faſciculi de pſillio ſupra linguam madefacti in aqua frigida. Et mādibula inferior et gula ⁊ pectus inungātur cum iſto vnguento. ℞. dragaganti frigidi infuſi in aqua roſ. mucillaginis pſillii facte in uino maloꝝ granatoruꝫ coletur mucillago et addatur farina papaueris albi et oleum roſ. et modicum cere. & fiat vnguentum contra nigredinem et arſuram lingue. et ita inungatur ab extra

aut alia remedia que dicta ſunt ab intus. et teneat folia portulace ſupra linguaꝫ. aut fruſta pomi inciſi tenuiter ad modum lingue. Deinde cum erit in conualeſcentia regatur ſicut oportet conualeſcentes regi. Si autem fuerit parafreneſis. curetur ſicut illa a quibus prouenit debent regi. & ſi nō urinet ꝓpter defectum ſenſus. fricetur circa pectinem. et embrocetur cum aqua camomill. anthos. ſticados. mente. mentaſtri. Et ſi fuerit cuꝫ nimia inquietudine et furia. ligetur ne ledat ſe vel alios ꝓpter flebothomiam potiſſime. In conualeſcētia vtatur balneis et ſomniferiſ et rebus facilis digeſtionis. ⁋ Freneſis autem aliquando cōponitur cum mania lupina. et tunc ſunt accidentia terribilia. quoniaꝫ aſcendit per parietes et ſimilia. et compoſita uniuerſaliter curetur ſicut cōpoſita. et ſufficit dicere in generali. quia nimis eſſet longum omnia particularia pertractare. ⁋ CLARIFICATIO. Intelligendum ꝙ cerebrum et oſſa poſſunt apoſtemari. licet Damaſcenus teneat contrarium. cuius ratio ē quoniam quicquid ſuſcipit nutrimentum ſuſcipit ſuperfluitates nutrimēti. et poteſt per nutrimētum dilatari et extendi. et etiam ꝓpter eius ſuperfluitates et q̄cunq; membrum habet iſta in ſe poteſt apoſtemari. ſed cerebrum eſt huiuſmodi. ergo. ⁊c̄. Vnde licet cerebrū ſit humidum et aquoſum viſcoſum tamē eſt. et ideo extenſibile et quaſi apoſtemabile. oſſa etiaꝫ ſunt extenſibilia ſaltim in puericia. ⁊c̄. ⁋ Secundo notandum ꝙ apoſtemata cerebri ſunt curabilia repercutiendo euaporando materiam ad oppoſitum trahendo. et licet ibi eſſet ſanies. aut virulentia. tamen natura poſſet et poteſt purgare per nares. aut per aures. aut inſenſibilit̄. ⁋ Tercio notandū ꝙ in freneſi licet fiat de colera tn̄ cōpetit fl̄omia. q̄uis in materia colerica inquantū huiuſ. nō cōpetat fl̄omia. ħ tn̄ pōt cōpeter̄

aut ratione apoſtomatis aut ratóne fe. aut
ratione doloris et quia fortiter infrigidat
et qnia trahit ad oppoſitum et quia valet
contra putrediné. Attamen aduertendũ
ꝙ ſi plenitudo ẽ magna et uenerit propter
ebulitioné ſanguinis in epate bene pót cõ/
petere flebothomia de baſilica. flebothoía
tñ proprie et uere loquendo et regulariter
magis uidetur competere de cephalica in
q̃tũ freneſis ẽ qm̃ flóia debꝫ fieri de parte
illa que directius et citius euacuat plenitu/
dinem ex loco ſm̃ Galie. in regimento ſu
per illam partem quãdo dolor aſcendit ad
ſpatulas. ſed hoc facit in freneſi flebotho/
mia facta de cephalica cum illa uena pro/
cedat ex uenis que nutriunt partes capitis
intrinſecas et extrinſecas cuꝫ cephalica ori
atur a guides et cum hoc trahit ad oppoſi
tum ideo cephalica competit. Cum igitur
freneſis fit propter ebulitionem ſanguinis
in epate fiat de baſilica et nó de cephalica
et ita de aliis. ¶ Quarto notandũ ꝙ frigi
da in principio bene poſſunt applicari quia
materiã retropellunt et ꝙ confortãt mem
brum. et ió oleũ ro. bene pót competere li
cet oleũ de ſe uergat ad temperamentum
tamen cũ calidis ẽ calidũ et cũ frigidis eſt
frigidum nec in hoc caſu poteſt inflãmari
tum quia ponitur ab extra et quia frigidũ
ratione roſ. et aceti et ſimiliũ. ¶ Vltimo
notandũ ꝙ ca. in freneſi confirmata uni/
uerſalibus precedentibus nó calefaciunt. ſꝫ
magis infrigidant materiam euaporando
et ad exterius delegando quare ſucus apii
tepidus et ea q̃ dicta ſunt applicari poſſũt.

## ¶ De ſternutatione

STernutatio eſt motus naturalis ce/
rebri fortꝭ et ualidus propter expul
ſionem nociuorum. CAVSA
Cauſa autem huius aut eſt extrinſeca aut
intrinſeca. extrinſeca ſicut puluis fricatio
aut ſol. Intrinſeca aut eſt naturalis aut vi
olenta. naturalis eſt cuꝫ aliqua materia no
ciua eſt in cerebro tunc uirtus animalis ſen
ſibilis apprehendit illud et ſuſcitat uirtutẽ
animaleꝫ expulſiuam et illa cũ magno im
petu expellit ad extra et ideo talis expulſi
ua cerebri impetuoſa cum ſonitu appellat̃
ſternutatio de qua dicit Galie. v°. de mor
bo ꝙ non eſt motus morbi ſed nature.
Cauſa igitur naturalis eſt humores uaporo
ſi per modum reumatiſmi cerebrum ag
grauantes. aliquando aſcendunt ex pleure
ſi aliquãdo ex peripolmonia que aſcendẽ
tes ad cerebrum inducunt corrizam et tal̃
motus bene poſſet eſſe motus morbi. Sig
na iſta ita ſunt manifeſta ꝙ celari nó poſ
ſunt quoniam ibi ẽ ſonus magnus cũ trã
ſeat per loca anguſta. ¶ PRONOSTI
CATIO. Pronoſticatõnem ponit Ipo.
Sternutatio cũ reumate malũ. et idẽ ſter
nutató in omni egritudine coſte et pulmo
nis malum. Sciendũ ꝙ ſternutatio aut ẽ
in principiis morborum et cum reumate
aut in fine et ſine reumate. ſi cum reuma
te ſemper ẽ maluꝫ ubicunq; fuerit. ſi ſine
reumate. et in declinatione ſiue poſtq̃ pre
ceſſerit egritudo ſemper bonuꝫ etiã ſi egri
tudo fuerit pernicioſa ſm̃ Galie. in ꝓno
ſticis ſuper illam partem ſternutatio zc̃.
Valet etiam ad expulſioné ſecũdine et fe
tus mortui cuꝫ ſit motus ualidus concuſſi
uus inferiorũ. Si aũt in aliqua egritudine
applicentur ſternutoria et potiſſime fortia
et nó poſſit ſternutare expeditũ ẽ negociũ
ſuũ. CVRATIO. Si fuerit ex cauſis
primitiuis de facili curatur cã remota. et
ſi fuerit cũ calore inungãtur nares et tim
pora cũ oleo ro. uiola. et nenufa. et ſi fue/
rit cum frigiditate fiat cuꝫ oleo de camo
milla et nigella. Et ſi fuerit ex reumate ca
lido ſuffumigetur caput cũ roſ. et ſandaſ.
aqua ro. et aceto zc̃. Et ſi ex reumate fri
gido ſuffumigetur cuꝫ laudano et ambra.
Tamen intelligendũ ꝙ in omni reumate
melius ẽ ꝙ fiant odoramenta q̃ ſuffumi

gationes et omnia cibaria dentur actu ca
lida. Retentio hanelitus multum ualet in
ſternutatione et corriza et potiſſime in cā
frigida. ligatio extremitatū fortis et dolo
roſa ualet in ſternutatione. CLARIFI
CATIO. Intelligendum ꝙ baſilicon et
ſimilia aromatica calida reſolutiua bene
poſſunt competere in ſternutatione aut ꝙ
non ē cū reumate aut ꝙ ē mala cōplexio
frigida tm̄ aut quia ē in declinatōne et ex
cā frigida et tunc talia poſſunt ualere exa
lando confortando et calefaciendo. Inferi
us iterum pertractabitur iſta materia caº.
de egritudinibus narium gratia materie

## De incubo

INcubus eſt fantaſma in ſomnis cor
pus comprimens et aggrauans mo-
tum et loquelā perturbans. CAV
SA. Incubus eſt nomē demonis et ideo
uolunt aliqui ꝙ quando ille incubus ē di-
recte ſupra corpus humanū. et potiſſime
quando iacet et dormit ſupinus ratiōe cor
rupte influentie aggrauans corpus ita ꝙ ui
detur patienti ꝙ ſuffocetur. et ſi adueniat
incubus pueris lactantibus frequenter ſuf
focantur quia tantā corruptionem ſuſtine
re non poſſunt et ē opinio theologorum.
Vulgares tamen dicunt ꝙ eſt aliqua uetu
la calcans et comprimens corpora que di-
citur ſtrega uel iana et hoc nihil ē. ſed me
dici melius opinantur. Incubus ergo aut
prouenit a cauſa extrinſeca aut intrinſeca
Si extrinſeca ut quando dormit et uenit
ſubito frigiditas capiti comprimens et op
pilans. aut quando aliquis dormit ſupra
nimiam repletionem cibi et potus. Cauſa
intrinſeca eſt uapor corruptus ab humori
bus reſolutus oppilans et aggrauans cerebꝝ
et cor ita ꝙ ſpiritus non poſſunt plenarie
ſe diffundere ad totum corpus et ita quia
primo deficiunt in extremis iō uidet̄ pati
enti ꝙ illud fantaſma incipiat aſcendere a
pedibus et deinde paulatine occupat totū
corpus ſm̄ ꝙ uapores plus aggrauant et lo
quitur mugiendo petens auxilium ſi po-
teſt loqui et eſt totus perterritus propt̄ ſar
cinam grauantem et fumū corruptū oppi
lantem ſpiritū qui fumus aliquando a ſāg
uine. aliquando a colera groſſa. aliquando
a flegmate aliquando a melancolia oritur
SIGNA Signa huius paſſionis diſcer
nuntur per iudicia patientis. Signa autem
humorum frequenter dicta ſunt. PRO
NOSTICATIO. Cuicunqꝫ frequen-
ter iſta adueniunt niſi medicetur aliquod
iſtorum neceſſario icurret uidelicꝫ aut apo
plexiam aut epilenſiā aut mortem ſubita-
neam aut ſpaſmum aut paraliſim. et ſi iſta
ueniant in uigiliis tanto deterius eſt. et ſi
poſt excitationem ſudat ſudore frigido ꝛ
fit cum tremore cordis peſſimum ē. CV
RATIO. Imprimis iſte cui conſueuit e
uenire habeat ſocium dilectum qui ſtatiꝫ
cum audit ipſum ſic uociferantem et qua-
ſi lamentantem ꝙ excitet eum et fricet pe
des et manus et caput fortiter et aſpergat
faciem eius cuꝫ aqua roſata et ꝙ procuret
uomitum et ꝙ det ſibi dyanthos cū muſ
co aut dyambrā et in tali caſu bene poteſt
dici. Semper habe piradem aliquē qui cu
ret horeſtem. Si aūt fuerit ex nimia capi
tis frigiditate inungatur caput cū oleo lau
rino coſtino et rutaceo et ſiſia. Si nimia
repletione ſtomaci fiat uomitus et fiāt cri
ſteria et abſtinentia. et ſi ex ſanguine fiat
flebothomia. et ſi ex aliis humoribus pur
getur ſm̄ exigentiam humorum et ſemꝑ
addatur yeralogodiō uel yerapi. Dieta ſit
ſubtilis uiuat in gaudio et leticia uitet om
nia triſtibilia. vtatur medicinis cordiali-
bus ſicut eſt dyacameron dyarodon iulii
ꝛc̄. uel purgetur cū euforbio et pulpa colo
quintide paratis et repreſſis ſicut decet

## De epilenſia

EPilenſia ē morbus officialis auſe
rens ſenſum et erectionē toti cor
pori cū perturbatōne motus max
ime ꝓpter oppilationē factā in uentricul̄
cerebri non principalibus . ¶CAVSA.
Cauſa huius paſſionis eſt humor aut uēto
ſitas groſſa oppilans uentriculos cerebri nō
principales impediens tranſitū ſpirituum
ad membra . et ideo cogitur ſubito cadere
ad terram et penitus nihil ſentit nec aliq̄
modo poteſt ſtare erectus . ſed neceſſario
decūbit niſi epilenſia eſſet modica ualde ſi
cut dicetur . Motus autē manuum et pe
dum eſt agitatiuus et inordinatus . et mo
tus hanelitus ſemp̄ eſt in ore ſpuma . Nūc
autem ſi uentriculi principales et magni ꝗ
ſunt in cerebro eſſent oppilati . tunc eſſet
apoplexia quia eadem eſt materia utrobiq̄
et in eadem parte . niſi quia in apoplexia
oppilantur meatus magni et principales .
hic autem parui . ideo paroxiſmus epilen
ſie eſt breuis et non eſt mortalis de ſe . Pa
roxiſmus autem apoplexie eſt continuus
uſq̄ ad mortem que euenit primo perio
do et ſi contingat ꝙ euadat infra quattuor
dies liberabitur ſed per tranſitum in parali
ſim . Cum igitur materia epilenſie ſit in
meatibus cerebri non principalibus et uici
netur materia in capitibus neruorum . tūc
illa materia profundatur in neruis qui di
ſtenduntur ſecundum latum et curtantur
ſecundum longum et ita epilenſia eſt ſpaſ
mus uel eſt cum ſpaſmo repletionali toti
us corporis . Curtantur enim nerui et con
trahuntur uerſus originem ut melius poſ
ſint expellere nociua ſm̄ ꝙ dicit Auic̄ . at
tamen materia aliquādo eſt ita ſubtilis ꝙ
ſpaſmus non multum apparet . Iſta igitur
oppilatio fit ex flegmate et hoc ut pluri
mū et poſtea fit de melancolia et poſtea d̄
ſanguine licet raro fiat de puro ſanguīe et
poſtea minus fit de colera q̄ d̄ aliquo alio
hu . fit etiā de uentoſitate groſſa et uapori
bus ab humoribus reſolutis ſemper tn̄ eſt
materia ueñenoſa fetida horribilis . Cauſe
autem adiuuantes ſunt uentus meridiona
lis et ſeptemtrionalis . quando uenit poſt
meridionalem et omne illud quod ueloci
ter et ſubito calefacit caput ſicut eſt longa
mora in ſole aut in balneo aut iuxta ignē
aut frigiditas nimia . et multitudo cibi et
potus et crapula et ebrietas ꝛ multitudo ci
borum fumoſorum ſicut ſunt alea et cepe
fructus et ſimilia . et ſimiliter materialia
mali regiminis quoniam iſta egritudo nō
aduenit niſi ex malo regimine et ex mala
dieta ſicut ſcribit Galie . ſuper illum affo .
epilenticorum iuuenibus ꝛc̄ . Morbus
igitur tam horribilis non poteſt proue
nire niſi ex inordinatiſſima dieta niſi for
te in illis qui habent caput debile a natu
ra . hoc ē in prima generatione . quoniam
in talibus modica inordinatio ſufficit . In
aliis aūt oportet ꝙ ſit multa ualde . Epilē
ſia igit̄ aut ꝓuenit a cā primitia aut ab an
tecedēte et remota hoc ē dictū . qm̄ aliq̄n
prouenit a cerebro et aliquādo ab aliis par
tibus ut Galie . iii . de interioribus qm̄ fu
mus malicioſus uenenoſus aliq̄n aſcendit
a pulmone ad caput oppilans meatus ſpiri
tus animalis et ita inducit paroxiſmū epi
lenſie . aliquādo ꝓuenit a ſtomaco aliquan
do ab epate . aliquando a ſplene et a reni
bus et ab inteſtinis et a ueſica et a pedibus
et manibus et police . Epilēſia aliq̄n ſeruat
periodos aliq̄n nō ita ꝙ aliq̄n ſeq̄t̄ motuꝫ
ſol̄ et ſemel ueīt tūc de āno ī ānū . aliq̄n au
tē ſeqtur motū lune ita ꝙ aliq̄n uenit ī p̄
ma q̄dra q̄ ē multū huida et ī ſcd̄a q̄ ē hu
midior et ſi nō ſm̄ reꝫ tn̄ apparēter et ſm̄
rarificatōnē . aliq̄n ueīt ī aliis duabus q̄ ſūt
poſt plenilunium et tūc ſignificat̄ materia
frior aliq̄n trāſeūt due lunationes uel tres
ul̄ plures . aliq̄n ueīt ꝓpter uicia matric̄ ꝛ
corruptōnē ſpmatis et ſāguinis mēſtrui et
forte iſta cura nō ē rectificabil̄ . aliq̄n uenit
poſt uterū . aliq̄n paroxiſmus ē fort̄ ualde
et lōgus . aliquādo breuis et uidi frequēter

ſita breues ꝙ non oportebat niſi ꝙ appodia
ret ſe ad parietem et ꝙ fricaret ſibi faciez
et ceſſabat .aliquando autem non indige-
bat appodiatōne ſed ueniebat ſibi perturba
tio in capite et caligo in oculis et ipſe pati
ens dicebat aue maria et anteq̄ compliſſet
tranſiuerat paroxiſmus et expuebat ſemel
et totum tranſiuerat et ueniebat frequēter
in die .et aliqui ſunt qui poſt paroxiſmū
penitus non recordantur de caſu nec de af
flictione. Aliqui ſunt qui uerecundantur
et recordantur. et aliqui ſunt qui ſe defen
dunt in paroxiſmo .et aliqui euomunt et
aliqui aſſellant .et aliqui polluūt ſe et iſta
omnia proueniunt ſm̄ diuerſitatē materie
in q̄titate et qualitate et ſitu patientis .Et
aliquando uenit epilenſia propter uermes
et aliquando eſt morbus compoſitus quia
componitur cū ſincopi ſicut ī uiduis et ui-
ris cōtinentibus qn̄ vapor ſeminis corrup
ti et tranſeuntis in naturā ueneni uadit ad
cor et inducit ſincopim et tranſit ad caput
et inducit epilenſiā . Et prouenit etiā ꝓp
ter aſpectū terribilē ſicut ē aſpectus fulgu
ris aut ſoni maximi ſicut eſt tonitruū aut
campane aut timpani magni et ſimilium
Et ꝓuenit etiā ꝓpter ea q̄ inducunt epilē
ſiā a tota ſpetie et huiuſmodi ſunt multa
ſicut ſi excorietur capra et immediate ali-
quis nudus induat illam pellem erit epilē-
ticus et ſi ſuffumigetur cum unguibus eiꝰ
ſimiliter idem eſt de galbano .et idem de
mirra et idem de apio . Frequenter etiam
uenit epilenſia pueris aut propter inordina
tionem nutricis aut quando potant uinuz
infantes et ſunt in crapula .et aliquādo ue
nit ꝓpter reptilia uenenoſa. ¶SIGNA.
Signorum quedam ſunt que ſignant epi-
lenſiam et quedā que ſignant hu. peccātez
et quedā q̄ ſignant particulā patientē . Ea
aūt que predicunt epilenſiam futurā ſunt
citrinitas lingue uergens ad albedinē et cū
hoc ē uiriditas uenarū que ſunt ſub līgua
ſcotomia uertigo incubus predicunt epilē

ſiam futuram . Idem faciunt ſomnia gra
uia profunda cum falſis fantaſmatibus et
timoroſis . Signa autem humoris peccan
tis quedam ſumuntur ex paroxiſmo et q̄
dam ante et quedam poſt . In paroxiſmo
ſic quando ſpuma eſt multa groſſa uiſcoſa
alba et paroxiſmus ē prolixus cum agita-
tione multa tunc ſignificat ꝙ egritudo eſt
de flegmate. et poſt paroxiſmuz debemus
conſiderare ſi patiens eſt flegmaticus ſi ſit
in ocio ſi multiplicauit regimen flegmatꝭ
generatiuum .ſi eſt replete habitudinis .ſi
vrina eſt remiſſa ſpiſſa cum quadam reſi
dentia ad modum uitri liquefacti .et ſi h̄
aſſint et alia cōſimilia diſcurrendo ꝑ res na
turales non naturales et contra naturā tūc
certi eſſe poſſumus ꝙ materia cauſans epi
lenſiam ē flegmatica . Et ſi omnia ſūt re-
miſſa q̄ ſunt de flegmate falſo . Si autē in
paroxiſmo ſpuma uergat ad croceitatez et
facies ē rubea et poſt paroxiſmum apparēt
ſigna ſanguinis .aut rubedo uenarum que
ſunt in oculis et ꝙ ipſe ē ſanguineus et ꝙ
preceſſit regimen ſanguinis multiplicatiuū
et cum urina uergit ad luborē et quia tem
pus ē uernale .tunc uidetur ꝙ materia eſt
ſanguinea . Si autem paroxiſmus eſt leuis
et breuis et ſpuma uergit ad citrinitatem
et facies ſimiliter .et poſt paroxiſmum ap
paret colericus et calide complexionis iraſ
cibilis quaſi amens et furioſus et tempus ē
ēſtas et multiplicauit regimen generatiuū
colere et urina uergit ad citrinitatem et te
nuitatem tunc ſignificabit ꝙ ē de colera.
Si autē in paroxiſmo ſpuma fuerit modi
ca et liuens et facies uergit ad liuorez et ni
gredinem et humiditates ſunt pauce ī ocu
lis et in aliis et poſt paroxiſmum apparet
ꝙ ipſe ſit melancolicus et timidus et cum
quadam deſipientia et tempus ē autumna
le et preceſſit dieta multiplicatiua melāco
lie et quia urina ē remiſſa et tenuis tūc vi
detur de melancolia. Et ſi iſta melācolia
ſit cauſata ex aduſtione ſanguinis tūc poſt

paroxiſmum patiens eſt cum riſu quodā
qđ aſſimilatur ſtoliditati infantili. et ſi fu
erit ex colera aſſimilatur manie lupine. &
ſi ex fſate ſalſo. tunc eſt cum quadaꝫ quie
te. ¶ Et ſi meľia aduratur eſt cum quadā
triſticia et ſollicitudine ꝫ aſpectu terribili
Signa autem particule patientis ſunt iſta.
quoniam ſi ꝓuenerit a cerebro ꝑoxiſmus
adueniens non ꝑſentitur et ſemper eſt cū
dolore capitis et grauitate et cum quadaꝫ
ſenſuum perturbatione. ¶ Si autem fuerit
propter alia membra tunc ſentitur paroxi
ſmus in tantum ꝙ aliquādo abſcondunt
ſe et dolor preceſſit in loco vbi eſt mine
ra huius materie uenenoſe. Sed ſi eſt a ſto
macho cum nauſea et dolore ſtomachi et
ſi a mirach cum uentoſitate. et ſi ab epate
cuꝫ grauedine in parte dextra verſus ypo
condrium. et ita đ ſplene in parte ſiniſtra
Si materia eſt in renibus polluūt ſe in pa/
roxiſmo. et ſi in ueſica cōmingunt ſe. Et
ſi materia fuerit in inteſtinis defedat ſe to
tum in paraxiſmo. et ſi ex matrice men/
ſtrua ſunt retenta. & ſi ex corruptione ſe
minis. tunc eſt vidua continens que non
erat ante. Similiter maſculus eſt modo cō
tinens et non erat ante. et ſi in police vel
ſpatulis vel pedibus. et ita de aliis diſcerni
tur per dolores et grauedines in loco.

¶ PRONOSTICATIO. Si mulie
ri pregnanti euenerit epylenſia. fetu euacu
ato ſoluitur. Si auteꝫ paroxiſmus fuerit le
uis et breuis et poſt paroxiſmuꝫ recordaẗ
et verecundatur. Signum eſt ꝙ curari po
teſt. Si auteꝫ in capite ſuꝑueniat morphea
alba. ſignum eſt curationis. ¶ Si autē pa
roxiſmus fuerit longus et grauis et nō re
cordatur. Signum eſt difficilis curationis.
aut forte impoſſibilis. Si autē traxerit in
fans aliquid de epylentia ab utero et poſt
euomerit et ſe purgauerit. et ſuperfluitates
aquoſas multas expulerit. ſignū eſt delibe
rationis. et ſi non. nō. ¶ Qn̄ aliquis eſt ge
neratus in tempore menſtruoꝝ. aut ex in
mundis ſpermatibus. aut ꝑntes ſint epilen
tici. et deinde genitus incurrat epylentiaꝫ
talis nō uidetur curabilis. ꝙ poſtq̄ eſt ab
utero. et ex ita malis cauſis iam mala com
plexio eſt equata. Si in quarto ſeptenario
aliquis habet epylenſiam ex cauſa priuata
cerebri et ꝯtinuauerit ꝑ etates precedentes
nunq̄ curabitur. ꝙ etates que ſequūẗ ſunt
frigide. et egritudo uideẗ habituata. Si du
bitas vtruꝫ ſit curatus aliquis ab epylenſia
vel non. ſuffumiga ipſum cum cornibus
capraꝝ. et ſi nō cadat curatus eſt. Si paroxi
ſmi epylenſie frequenter et potiſſime in
ſene periculū eſt mortis. Vnde dico uobis
de epylenſia ꝙ ego habui in cura mea mľ
tos iuuenes et ſenes pauperes et diuites vi
ros et mulieres et fere de omni ſpecie epy
lenſie. et tn̄ nec per me nec per alium uidi
aliquē curatum. niſi eſſet puer. aut ꝙ ꝓue
niſſet ex malo regimine. et ꝙ non multū
duraſſet. & tn̄ fui diligentiſſimus in omi
bus et pacientes obediētiſſimi ego neſciui
tn̄ deus ſcit. Et ego dico ꝓpter hoc ꝙ cuꝫ
pacientes uenerint ad uos nolite dehone/
ſtare vos ipſos cum uanis et falſis ꝓmiſſi
onibus in curatiōe epylenſie. ꝙ forte oīs
epilenſia cum magna difficultate eradicaẗ
dato ꝙ eradicari poſſit. ¶ CVRATIO

¶ Cum aliquis eſt in paroxiſmo ſi aliquis
ponat os ſupra aures pacientꝫ. et dicat ter
iſtos verſus ſine dubio ſtatim ſurget.
¶ Caſpar fert mirram. Malchior thus.
Balthaſar aurum. Hec tria qui ſecum por
tauerit' homina regū ſoluitur a morbo do
mini pietate caduco. Qꝫ autem his ter di
ctis recte in foramine auris ꝓbatum eſt
frequenter ꝙ ſtatim ſurgit. Dicitur etiaꝫ
ꝙ ſi ſcribantur et portenẗ ad collū ꝙ ꝑfe/
cte curant. Diciẗ etiam ꝙ ſi pater et ma
ter vel paciens vel amici ieiunent tribus
diebus. ſcilicet quarta feria et ſexta feria et
ſeptima feria quatuor tempoꝝ. & poſtea

vadant ad eccleſiam et audiant miſſam. & poſtea ſacerdos fidelis dicat ſibi ſup̄ caput illud euangeliū qđ dicitur in ieiuniis quatuor tempoꝝ in vindemiis poſt feſtū ſancte crucis. ubi dicitur erat ſpuãns et ſtridens. et hoc genus demonii non eiicit̄ niſi cum ieiunio et oratione. et poſtea ꝙ ille ſacerdos poſtq̄ deuote per intentionez legerit ſupra caput ꝙ ſcribatur illud euangeliū et portet ad collū curat perfecte procul dubio. Multa etiam ſunt q̄ curant epydimiam. vnum eſt viſcus querquinū ſi portet̄ ad collum. aut quocunq; modo ſumatur. Pionia romana idem facit. Ruta frequenter et quaſi continue oderata multū valet. Corrigia facta de pelle lupi ſi portetur iuxta carnez. aut ꝙ fiat circum in carne ſiue in capite multum ualet. Si ſanguis muſtele miſceatur cum vrina et potetur multuz confert. et caro eius ſi cōmedatur idem facit. Piretrum temperatū in melle cōmixtum vel potatū uel portatum ad collum. Si cuculus ponatur in olla in furno et ꝙ olla cooperiatur et lutetur et ꝙ ſtet ibi tāto tempore ꝙ pulueriƷari poſſit non tñ ꝙ aduratur. ſed ꝙ puluerizetur et puluis epylentico exhibeat̄ curat. Coagulum leporis multum ualet. Piretrum conditū ſicut Ʒinziber multum valet. Scindatur igitur piretrum in parua fruſta ad modum fabe vel medie fabe humectet̄ in aqua multis uicibus et diebus ſicut fit de Ʒinzibere cōdito. et poſtea condiatur cum Ʒuccaro et utatur eo ꝗ multum eſt vtile. ¶ Cum igitur aliquis eſt in paroxiſmo fricentur extrema fortiter et ponatur lignum vel aliquid ſimile inter dentes. et ꝓpter anhelitum & ꝙ non deſtruātur dentes et ꝙ poſſit fricari lingua cum tyriaca. aut mitridato. aut cum ſuco rute. et ſucus rute proiciatur per nares et poſt paroxiſmū ꝙ euomat et fricetur caput ⁊ totum corpus fricatione que tendit verſus inferiora tantū et quieſcat et comedat poſtea parum et cibaria ſint facilis digeſtionis. ſicut ſunt perdices et galline. ¶ Vlterius autem materia eſt digerenda ſm̄ conditionem materie peccant; et ꝑticule pacientis. Incipiamus igitur a pueris et infantibus cuƷ eueniat frequētius ꝓpter crapulam vini potationē et ꝓpter corruptionem lactis et malum regimē nutricis. Ideo in primis rectificetur regimē nutricis & utatur dieta ſubtili et temperata et vitet omnino coitū. et puer abſtineat a uino omnino ſicut eſt poſſibile. vitetur igit̄ omnis crapula de uino. vt dicit. G. quoniam vinum eſt iuuatiuū ſenibus. ita pueris nocituum. Odoret yſopū quoniam ruta eſt nimis calida. et competit ꝑfectis magis. Si autem fuerit adulte etatis in qua poſſunt ſecure medicamina applicari. tunc ſi cauſa eſt ſanguinea aut corpus eſt plectoricum. quecunq; cauſa fuerit fiat in primis fl'omia de ſaphena. deinde de cephalica ſi indiguerit. deinde de uenis q̄ ſub lingua ſunt. deinde fiant uentoſe inter ſpatulas. deinde fiant cauteria et ſetones. ¶ In cauſis igitur calidis utatur iſto ſirupo. ℞. endiuie ſcariol. lactuce. coriandri. re. añ. ℥. iii. rute. pioie. yſopi. polii montani. abſinthii añ. ℥. i. ſuci fumiterre. lib. ſ. ſeminis rute. ſeminis pionie. ſiſel. aniſi. maratri. quatuo͞r ſeminum frigidoꝝ. añ. ℥. i. mell. Ʒuccari. añ. qr̄ iii. fiat ſirupus. ¶ Deinde purgetur cum iſto medicamie. ℞. agarici. Ʒ. iii. pulpe colloquintide. dyagridii. reubarbari. añ Ʒ. i. maſtic. bdellii. ſemis rute. ſiſel. gario. fol. abſinthii. fol. mēte. añ. Ʒ. i. yeri. Ʒ. iii. conficiantur cuƷ oximelle ſquillitico et miſceantur poſt. xv. dies ſue cōfectionis detur. ℥. ſ. et formētur pille vel plus uel minus ſecundum conuenientiam particularium. ¶ Et ſi corpus ſufficienter purgatum fuerit fiat ſtupha. et in ſtupha ponātur oīa que ī ſirupo dicta ſunt ꝑter mel et Ʒuccaꝝ & fiat ieiuno ſtomacho. et cōtinuetur. ix.

diebus ſemel in die ante cibum vel plus ſi
delectatur. Et qualibet vice exeunti a ſtu
pha vtatur iſta confectione opiata. ℞.ty
riace rubee.trociſ.añ.℈.i. exhibeatur cum
vino decoctionis abſinthii. ¶ Si aũt ma
teria fuerit flatica q̄d frequentius accidit.
digeratur ꝑ hunc moduꝫ. ℞.radicꝗ yreos
ariſtol.ro.ſquille.yſopi. pyonie romane.
viſci querquiquini.polii montani.origani
calamenti.vtriuſq; ſaluie.utriuſq; rute.añ.
ʒ.iii.ſeminis rute.ſiſel. ſeminis pionie ro
mane.aniſi.maratri.℥.ii. floꝝ ſticados ara
bicꝗ.℥.iiii.ſuci abſinthii.ſuci fumiterre.añ
lib.ſ.mel.lib.i.et.ſ.fiat ſirupus quaſi lib.
ii.¶ Si autem materia eſſet cõtenta in ſto
macho addatur menta. Et ſi in epate ſpica
nar.ſquinanti.calamus aro. Et ſi in matri
ce rubea maior. archeiſia.et ſauina. et ita
de aliis membris.addantur ea que habent
aſpectũ et ꝓprietateꝫ ad mẽbrum.¶ Ma
teria digeſta purgetur ſic.℞.agarici et tur
bit.aloe.añ.ʒ.iii. euforbii. et pulpe collo
quintide.eſule.añ.ʒ.i.yeraſo.℥.ſ.maſticꝗ.
bdellii.ſiſel.ſeminis rute.zinziberꝗ.fol.mẽ
te.fol.abſinthii.gariof. ſpice nar. añ.ʒ.i.
conficiant̃ cum oximel ſquillitico et mi
ſceantur. et poſt.xv.dies ſue confectiõis
exhibeantur. añ.ʒ.iii.uſq;.ad.iiii.¶ Dein
de ſtuphetur et in ſtupha ponãtur ea que
in ſirupo dicta ſunt. deinde vtatur quali
bet vice tyriace metridati.añ.℈.i.detur ſi
cut dictum eſt et per ordinẽ.¶ Si autem
materia fuerit melancolica. tũc digeratur
ſic. ℞. radicꝗ feni. petroſili. et ſpagi. et
bruſci.graminis.ariſtol.añ.℥.ii. yſopi.ru
te.pionie romane.polii montani.añ.℥.i.
ſuci ſcabioſ.ſuci fumiterre.añ.lib.ſ. ſemi
nis rute.iuſquiami.epithi. fol.ſene. poli
podii.aniſi.floꝝ ſticados arabici.añ.℥.iii.
mel roſ.lib.ii.fiat ſirupus.¶ Et materia
digeſta purgetur ſic.℞.agarici pulpe collo
quintide. añ.ʒ.ii.lapi. armen. nouies ab
luti.ʒ.iii.yeřã.ʒ.vi.bdellii. maſticꝗ.ſemi
nis rute.ſiſel.cinamomi.gariof.fol.mẽte

fol.abſinthii.añ.ʒ.ſ.conficiant̃ cum oxi
melle ſquillitico. et poſt.xv.dies ſue cõfe
ctionis dent̃.ʒ.iii.vel plus vel minus iux
ta conuenientiã particularium. deinde ſtu
phetur cum eis que ponunt̃ in ſirupo. &
accipiat tyriacã cum aurea allexandrina.et
ſeruetur ordo dictus. Deinde oẽs poſt mũ
dificationem vtant̃ caputpurgiis et ſternu
tationibus et fomẽtis et balneis.¶ Caput
purgia fiant cum ſuco mediane corticꝗ ſan
buci.aut cum ſuco maiorane.¶ Sternuta
tiones uero cuꝫ caſtoreo et elſo et pipere.
¶ Fomentationes cum anthos ſticados.
Et ſi cauſa eſt ca.frigideẽ caput temperate
& ſi frigida calefiat. Si ſicca humectetur.
& ſi eſt humida deſiccet̃. Et iſta oĩa fiant
per ordinẽ ter in tempore vernali.ſ.princi
pio medio et fine.et ter in autũnali. et ſel
in eſtate.et ſemel in yeme.¶ Et ſi ꝓueni
at a ſplene curetur ſicut ſplenetica paſſio.
& ita de ſtomacho epate.et aliis.Si proue
niat a police ſtringatur fortiſſime ante pa
roxiſmum.et fiat cauterium.et ita de aliis
menbris ſi eſt poſſibile.¶ Intelligendũ ꝙ
longus uſus metridati curat oẽm epidimi
am.Intelligendũ ꝙ longus vſus iſtius cõ
fectionis curat epidimiam.et potiſſime ſi
cauſa eſt frigida.℞.multas ſquillas mũda
tas et paratas ſicut oportet. terant̃ et ponã
tur in vaſe terreo vitreato et ponatur tm̃
de melle ꝙ ſquille cooperiant̃ et cooperia
tur olla cuꝫ corio groſſo.et ſtet in ſole uer
ſus meridiẽ in diebus canicularibus et con
tinue agitetur ad moduꝫ conſerue roſ.per
dies.xl.et poſtea decoquãtur in oximel.
diure.et exhibeatur ꝑ moduꝫ ſirupi. Hec
confectio primo debet dari per ſe uſq; ad
ʒ.ii.de mane cotidie.Si autem non poſſe
mus tanto tẽpore expectare.condiatur ſu
pra cineres calidos.Item fiant criſteria cũ
vtraq; centaurea.Item ꝓuocetur uomitus
cũ ſemine rafani et oximel diure.Itẽ in
cã fra vtat̃ iſto elſo ſi ẽ diues.℞.dyãbra
dyacamerõ. dyamãg. añ.℥.iiii.miſceant̃

¶ Si autem eſt pauper tūc vtatur iſto. ℞.
diamte. diatrion. pipeon. dyacitoiten. lib.
ſ. miſceātur. Si aūt cauſa fuerit calida. vta
tur iſto elīo. ℞. triaſandal. zuccari. ro. dya
rodon abbatis. an̄. ʒ. iii. & utatur coriādro
in ſalſamentis ſuis. Et ſi cauſa eſt frigida
utatur iſto puluere. ℞. trium geneꝝ piperꝗ
yſopi. mente deſiccatoꝝ. an̄. ℥. i. gariof. ci/
namomi. cubebe. nucꝗ muſ. cardamoi. ga
lange. zedoarie. ſeminis rute. pionie. ſiſel.
aniſi. maratri. cimini. an̄. ℥. ſ. puluerizent̄
et ponantur in ſacculo de aluta. & vtatur
cum omni eo qd̄ cōmedit. Item ſi cauſa ē
frigida corpore mundificato vtat̄ iſta con
fectione in qua inueni magnū iuuamen/
tum. ℞. ambre. griſee. ſtoracꝗ. calamite. an̄
℥. i. laudani puriſſimi. maſticꝗ. thurꝗ. gario.
ligal. an̄. ℥. ſ. muſci. ʒ. ii. conficiantur cum
aqua roſ. optima. Vtatur iſta confectiōe
tribus modis. Primo ꝙ fiant pilſe ad quā
titatem ciceris & ꝙ de mane tranſglutiat
eas integras. Secūdo ꝙ alias tres ponat ſu
per prunas et ꝙ recipiat fumuz. Tercio ꝙ
odoret die et nocte totam confectionez.
¶ Si autez cauſa fuerit ca. vtatur iſta con/
fectione. ℞. ambre griſee. ſemis pioie. yſo
pi piretri. blacce. biſancie. an̄. ʒ. iii. ſandal.
magacir. coriandri. an̄. ℥. i. conficiant̄ cum
aqua roſ. et aceto et modico laudani. et
vtatur modo ꝑdicto. ¶ Si aūt caſus ꝑſen
ciatur. ligentur extrema ligatione fortiſſi/
ma et doloroſa et fiant fricationes fortes ī
toto corpore. et potiſſime in extremis. et
modus fricandi ſit incipiendo a ſuperiori
bus et trahendo verſus inferiora. vitentur
omnes cauſe epydimie que dicte ſunt et
potiſſime vitet repletionē cibi ⁊ potus. vi
tet omnia fumoſa. ſicut ſunt allia cepe. et
omnia multuz calida. Et vitet omnes fru
ctus niſi fructus ſtipticos poſt cōmeſtio/
nem et parum. vitet omnia legumina et
omnia que ſunt dure digeſtiōis. vitet ſom
num diurnū. Et vitet iacere ſupra dorſuz
capite inclinato. vitet cum erit in arte na/
uium reſpicere verſus yma et ꝓfunda. vi
tet ſonum magne campane. et rugituz bo
um et leonum. et omnia terribilia. et uen
tum meridionalē. et uitet iram et omnia
accidentia anime. ſicut eſt timor et ſollici
tudo. Et vitet breuiter omnia illa que fa
ciunt ad ſubitaz reuerſionē ſpirituum uer
ſus interiora. aut ad ſubitam expanſionez
verſus exteriora. ¶ De aere. aer ſit mun/
dus clarus vergens ad ſiccitatez. et ideo cō
fert mutare ſe in regiones calidas et ſiccas
Sit autem domus et tota ſua habitatō lon
ge a lacubus et aquis inmundis. Camera
ſua ſuffumiget̄ cum yſopo et ruta et ſtor̄.
Camera et omnia eius foramina ſint clau
ſa. Et cum tota camera erit repleta illo fu
mo. aperiatur vna de feneſtris ut euentet̄
et poſtea intret camerā. et iaceat ibi capite
eleuato. et puluinar ſit plenuz de foliis yſo
pi et rute et pyoie romane. et polii mōta
ni. et cum mane ſurrexerit et ſuperfluita/
tes expulſe fuerint fricetur caput et totuz
corpus per modū dictum. et poſtea pecti
netur. et teneat pomū dictum in manu
vel confectionē. Deinde exercitetur exer
citio temperato per loca mūda et delecta
bilia. Sumat deinde cibum ſm̄ vltimum
temperamēti. et ſtudeat cibum ſuum ma
ſticare. et cibaria ſint pauca et in numero
et in quantitate. et nō abluat ſe. nec cum
aqua calida nec cuz frigida. niſi ut minus
poterit. ¶ De pane. Panis ſit de tritico na
to in terra leui de nouo culta alta nō infi/
ma non paludoſa. et panis ſit bene coctus
et bene fermentatus et cum tēpata quā
titate ſalis. et ſit de una die vel duabus ad
plus. omnē alium panē vitet. ¶ De vino
vinum ſit clarum mundū bene maturum
odoriferum. antiquū vitetur ꝓpter nimiā
caliditatem et recens ꝓpter turbiditatē. et
ſit in parua q̄ntitate et cum moderata quā
titate aque iuxta naturā ſumentium. et uī
norum et regionū et tempoꝝ anni. ¶ De
aqua. Aqua ſit fontana mūda clara. ab oī

ſapore remota et currat uerſus oriens ita
ꝙ ſol de mane percutiat hoſtiuꝫ fontis.
ꝛ currat ſupra loca mũda ꝛ accipiatur ali
quantulũ longe ab hoſtio fontis ut ſit mũ
da ex uirtutibus ſtellarũ. ¶ De carnibus.
Carnes ſint quantũ erit poſſibile uolati/
lia omnia uſualia et conſueta preter illa q̄
degunt in lacubus et aquis. et ſi nõ eſt poſ
ſibile euitare quadrupedalia vtatur car/
nibus agni annualis et uituli lactantis et
edi et caprarũ ꝛ cuniculis iuuenis. et capre
oli iuuenis. omnes alias carnes uitet. De
piſcibus. vitet omnes piſces vniuerſaliter
et ſi eſſet coactus utatur piſcibus ſ ꝗmoꝭ
de aquis mundis coctis in vino puro cũ
ſale et petroſillio. De ouis utatur ſorbili/
bus De herbis ſi cauſa eſſet calida utaẽ
lactucis. ſpinachiis. coriandro. endiuia. ſca
rioſ. atriplici. Et ſi cauſa eſſet frigida tũc
utatur borra. blitis. ortiſeñ petroſillio ſpa/
go omnia alia olera uitet ¶ De legumini
bus omnia uitet preter brodiũ cicerũ De
caſeo uitet omnem caſeũ preter butiroſuꝫ
et pinguẽ et parũ et poſt comeſtionẽ uta
tur de caſeo iſto De lacte uitet omne lac
De fructibus uitet omnes fructus niſi
ſtipticos et modicũ poſt comeſtionẽ De
coytu quibus permiſſuꝫ eſt poſſunt uti ſe
cundũ temperamentũ De exercitio. vni/
uerſaliter exercitet ſe de mane ante cibuꝫ
et fortiter et ante cenã ſed poſt cibũ parũ
De ſomno. nõ dormiat de die ut dictuꝫ
ẽ Somnus eñi profundus multũ nocet et
longus ſimiliter. multe uigilie multũ no/
cent De balneis poſt corporis mundifica
tionem poteſt uti ſed parũ De inanitione
ſicut nimia repletio eſt multũ nociua ita
nimia inanitio ꝛ potiſſime illis qui hñt
orificiũ ſtomachi multũ ſenſibile imo fa
mes nimia procurat paroxiſmũ ꝙ facit re
plere ſtomachũ malis humoribus Si autẽ
epilenſia uenerit propter cãs primitiuas.
remoueantur. et ſi propter fumos reſolu/
tos a partibus inferioribus curẽtur iuxta
ſi claudatur vnus oculus tunc latus nariú
aperti oculi poteſt uideri et ſi ambo ēent
aperti non uideretur Tercio patet in ca-
taractis cum uolumus probare utruz ſint
ſubicibiles acui uel non tunc claudimus
vnuz oculú et ſi ex hoc pupilla alterius di
latetur tunc ſubicibilis eſt ſicut dictuz é.
patet etiam quomodo ſpiritus tranſit de
vno oc̄lo ad aliú ¶ Secúdú aút diuerſita
tem ſpiritus contingit aliter et aliter uide
re uel de longe uel de prope ſicut eſt dic
tum ſupra ¶ Color autez uiridis ſumme
confortat uiſuz ¶ Qui autem paſſiones
oculorú ſcire uoluerit habeat expoſitiones
noſtras ſupra quartú de morbo ¶ Si igit̄

ſtraboſitas fuerit a natiuitate tunc a principio poteſt rectificari aliquo modo ꝫ nõ eſt alter modus niſi ꝙ candela ponatur ſibi ex oppoſito ipſius ſtraboſitatis. uel filũ rubeũ uel aliqua res pendens quam ituetur et ita ex continue uidere in oppoſitum rectificabitur et ad mediũ reuertitur. ꝫ ita quando parua feneſtra eſt in domo per quã intrat lux ſi paruus puer frequenter reſpiciat ipſã ex obliquo efficiet̃ ſtrabo. a talibus igitur cauendum eſt. nũc autem ſtraboſitas aliquando uenit in adultis propter ſpaſmũ de inanitione aut de repletione. aut propter mollificationẽ ꝫ paraliſim. aut epidimiã. ꝫ conſimiles capitis paſſiones. et tunc curabitur ſtraboſitas illis curatis.

¶ De eminentia oculorũ

SEcunda paſſio que debetur toti oculo eſt eminentia eius. ꝫ egreditur ad exteriora propter multa. ſ. propter repletionem nimiã cerebri. et ſimilia impellentia oculũ ad exteriora fit etiã propter mollificationem ꝫ paraliſim lacertorũ mouentium oculos quare cadit oculus uerſus exteriora ꝫ eminet fit etiã ꝓpẽ nimiũ capitꝭ dolorẽ ꝫ ꝓpẽ uomitũ ꝫ ꝓpter nimiũ dolorẽ ꝫ ꝓpter nimiũ conatũ in aſſelando ſicut in tenaſmone ꝫ in expulſione fetus ¶ Si autẽ eminentia fuerit magna fiat flebotomia cũ conuenientia particulariũ. deinde ſequatur farmacia. deinde fiat uentoſa in collo. deinde fomentetur oculus cũ aqua decoctionis gallarũ. ſumac. balauſtie. maſtic. thuris. ꝫ cum ſpongia frequenter oculus fomentetur. uel ꝙ fiat emplaſtrũ ex farina fabarũ. thure ꝫ albumine ouorũ. ꝫ nucleis dactilorũ aduſtorũ

¶ De profundatiotione oculorũ

OCulus enĩ profundatur propter maliciam fe. ꝫ propter uigilias nimias & anguſtiã ꝫ triſticiã ꝫ propter ſimilia cõſumentia hũiditates cõplexionales oculi remoueant̃ igit̃ illa ꝫ fiat curatio cũ cibis humectantibus ꝫ fementatione aque calide dulci ꝫ ſimilibus ¶ Clarificatio

¶ Intelligendum ꝙ oculus eminens minus uidet q̃ mediocriter profundatus. ꝙ ſpiritus diſgregantur ꝫ propter eandem rationẽ oculus magnus peius uidet. quia ſpiritus diſgregantur ¶ In paruo autem mediocriter congregantur quoniam uirtus vnita fortior ẽ ſeipſa diſperſa ꝫ ideo melius uident qui habent pupillã anguſtam naturaliter. Larga autem pupilla nocet uiſui. ſiue ſit naturaliter ſiue accidentaliter. ſicut ſcribit. G. quarto de morbo

¶ Intelligendum etiam ꝙ in obſcuritate uiſus ſicut eſt dictũ balſamus. ꝫ fella aniũ iuuentiũ de rapina faciunt celeberrimũ feſtũ ſuppoſito bono regimine ꝫ ꝙ corpus ſit bene mundificatum

¶ Capitulum ſeptimũ de paſſionibus palpebrarũ et ſunt i numero ſedecim. de ſcabie pruritu aſperitate ꝫ rubore palpebrarum.

QVando materia ſalſa nitroſa aut alia aduſta currit ad palpebras primo generat prurituũ. poſtea ſi continuetur generat ſcabiem. deinde aſperitatem. deinde ruborem. deinde ulcerationem. Primũ igitur conſiliũ eſt ꝙ mundificetur corpus iuxta naturam humoris peccantis poſtea diſtrahatur materia ad oppoſitum. deinde illiniantur palpebre cũ iſto medicamine. ℞. eris uſti. cathimie lote. ceruſe lote. añ. ʒ. alo. mirre. añ. ʒ. ſ. ſalis ar. floris eris. añ. ʒ. ſ. pulueriʒentur et conficiantur cũ melle. et ſi aliqua eminentia remanet manu cirugica abſcindatur

¶ De nodo ſeu lippa et petrificatione

CVretur igitur ſic. ℞. armoniaci
opoponaci. galbani. añ. ʒ. i. tem
perentur in aceto fortiſſimo per diem z
noctem malaxentur z fiat emplaſtrum.
hoc enim mollificat z reſoluit ¶ Si autē
ſic non curetur ad manum cirugicam re
curramus z interior palpebra inuerſetur.
z nodus ſeu lippa ſeu putrefactio alias pe
trificatio abſtrahatur z curetur vulnus ſi
cut vulnera debent curati

¶ De inuiſcatione ſeu glutinatione palpeba
rum

ABluatur oculus in primis cum
aqua decoctionis feñ. cimini. z
ſale. & imponatur medicamen
de fenugrec. z ſemine lini. aloe. ſarcocol.
z ſi ex his non ſeperentur ad manum
cirugicam recurramus. eleuetur palpebra
cum hamo quantuz erit poſſibile z ſcin/
datur quod coniunctū eſt et abluatur cū
aqua ſalis. z cimini. z pannus lineus in
medio imponatur et fiat emplaſtrum de
uitello oui. z oleo roſaruz. z deſuper ap/
ponatur z ligetur.

¶ De ſeperatione palpebraruz

SEperantur palpebre aliquando
a natiuitate. aliquando poſt. z ſi
poſt hoc accidit propter vulne/
ra male curata. aut propter carnis excreſ
centiam z ſimilia. aut fit propter inaniti
onem z ſpaſmuz z corrugationem. aut
fit propter mollificationem lacertorum
mouentiuz palpebras. aut propter ſpaſmū
de repletione in lacertis mouentibus pal/
pebras. z ſi fuerit a natiuitate non reci/
pit curationem. z ſi fuerit propter ulcera
z excreſcentias curentur illa prius. z ſi fu
erit propter inanitionem humectetur to
tum cum cibis et balneis et fomentetur
caput et oculus cum humidis ¶ Si autem
fuerit ex mollificatione purgetur caput.
deinde ponātur deſiccatia z curetur ſicut
paraliſis ¶ Si autem cauſentur propter
ſpaſmuz de repletione fiat ſicut dictum
eſt in ſpaſmo de repletione. ſ. ꝙ purgetur
corpus z reliqua

¶ De ordeolo

PVrgetur corpus. deinde illinia/
tur cum opoponaco reſoluto in
vino. deinde ſi non curetur cuz
dyaquilo. deinde cum iſto medicamine.
℞. fermenti muſcarum. capitibus ablatis
laudani. mirre. olibani. nitri. añ. conficiā
tur cum fece olei de lilio. z ordeolo appli
cetur

¶ De carnoſitate in palpebra interiori

COnſumatur cuz iſto medicami
ne. ℞. aloe. memithe. ſarcocolľ.
nutrite litargiri. añ. ʒ. ii. floris
eris. ℈. ʒ. conficiantur cum ſuco celidonie
¶ Si aūt ex his nō curetur ad manū ciru
gicā recurramus ¶ Abſcindatur igitur qc
quid eſt preter naturam. z poſtea appona
tur ſal. z ciminuz maſticatuz. deinde pan
nus ſubtilis. poſtea emplaſtreē totus ocu
lus cuz ſtuppis intinctis in albugine ouoꝝ

¶ De pruritu palpebraruz

IN primis fiat flebotomia z pur
getur corpus ſecunduz exigen/
tiam humoris. z fiant uentoſe
in collo ¶ Et ſi pruritus fuerit cū rubore
in principio apponatur iſtud medicamen
℞. ſumac. ſeminis portulace. lentiuz ex/
corticataruz. añ. ʒ. i. pulverizentur z confi
ciantur cuz oleo roſarū. z albumine ouoꝝ
z ſi antiquatur fiat ſicut dictū eſt ſuperi
us capitulo de ſcabie ¶ Et ſi pruritus fue
rit ſine rubore curetur cū ſarcocolľ nutri/
ta z ſuco celidonie

¶ De ulceribus palpebrarum ꝫ ſanie.

IN primis decoquantur lentes.
ꝫ cortices maloruꝫ granatorũ in
vino albo debili. ꝫ abluatur ul
cus. deinde apponatur colliriũ de uitello
oui.croco.ꝫ olibano et ſi eſt ibi ſanies ab
luatur cũ aqua ſalſa

De tumore palpebrarũ ꝫ inflatione

IN primis illiniantur palpebre
cũ medicamine facto de alo.aca
cia.croco.ꝫ aceto.ꝫ ſi ex his nõ
curetur ad manuꝫ cirugicam recurramus
Fiat ergo inciſio modica in palpebra ut
pinguedo aſ. putredo fluat ꝫ paulatine
hincinde comprimatur donec pinguedo
exiuerit ꝫ tunc pannus intinctus in ace
to et aqua ſalſa deſuper apponatur

¶ De apoſtemate indurato in palpebris

ALiquando accidit apoſtema du
rũ rubeũ in palpebra ꝫ poſtea de
nigratur ꝫ eſt turpis aſpectus.
mundificetur corpus cuꝫ flebotomia ꝫ
farmacia ꝫ repercutiatur materia cũ acacia
ꝫ bolo ar.ꝫ ſuco plantaginis. deinde ab
luatur cũ aqua ꝫ aceto. deinde malaxetur
cera cuꝫ oleo de comomilla.ꝫ deſuper ap
ponatur

¶ De tumore palpebrarum

INflantur palpebre aliquãdo ꝓp
ter cauſas extrinſecas.aliquando
ꝓpter intriſecas. ꝓpter extrinſe
cas ſicut ꝓpter puncturam aranee.ꝫ ſimi
lium.aut ꝓpter rutam ꝫ allia ꝫ ſimilia.ſi
ꝓpter cauſas intrinſecas.ſicut ſunt uigilie
aut nimius ſomnus.aut ypropicus.aut ca
chechimiã.aut ſubet ꝫ ſimilia ¶ Si fuerit
ꝓpter intrinſecas curentur illa ſicut opor
tet ¶ Et ſi fuerit ꝓpter puncturam ani
maliũ nenenoſoruꝫ apponatur deſuper ty
riaca cũ ſalgẽma ¶ Et ſi fuerit ꝓpter ru
tam ꝫ ſimilia ca.apponatur oleũ roſarum
cũ albumine oui

¶ De uerrucis

SI uerruca palpebrarũ ad duriciẽ
uergat ꝫ ſiccitateꝫ purgetur me
lancolia. Si ad ruborẽ ꝫ humidi
tatẽ fiat flomia.deinde remoueatur cum
lacte ficus piſtato cũ farina tritici.uel cuꝫ
lacte titimalli mixto cũ farina ordei. uel
cõſtringatur cũ pilo equino uel abſcinda
tur deinde locus cauterizetur

De difficultate claudendi ꝫ aperiendi pal
pebras

SI cauſa eſt materialis purgetur
corpus ſecundum exigentiã hu.
ꝫ ſi materia ẽ colerica ſoluat̃ cũ
uolubiſ deinde ſpongia intincta in aqua
calida.frequenter ſupra oculũ apponatur
uſ iponatur albumen oui cũ oleo roſ.uel
cũ auxũgia galline ꝫ mucillagine ſeminis
lini.ꝫ oleo roſ

¶ De caſu pilorũ in palpebris

SI ex defectu materie fuerit hu
mectet̃ corpus ꝫ caput ꝫ oculus
ꝫ caſ̃a attractiua oculis iponãtur
Si aũt fuerit ex hũore corrũpente radiceꝫ
pilorũ purgetur corpus ſecundũ exigentiã
hu.ꝫ ſi ibi fuerit rubedo illiniat̃ cũ malo
granato cocto cũ totalitate ſui.ꝫ ſi fuerit
ex groſſicie palpebre aut hu. inungatur lo
cus cũ iſto medicamine.℞.ſpice nar.ſter
coris muris.laudani.oſſiuꝫ dattiloꝝ.uſtoꝝ
ſtercoris yrundinis.añ.ʒ.ʃ.conficiantur
cũ melſ

¶ De pilis additis ꝫ inuerſatis

EVellatur pilus additus aut iuer
ſus in palpebra.deiñ inungat̃ lo
cus cũ ſanguĩe rane aut pediculi.aut catuli
canis.aut fiat cũ ouis formicarũ contritis
aut cũ rubigine forti.ꝫ ſaliua.aut cũ iſto
medicamĩe.℞.pſilliũ.ꝫ fiat mucillago.ꝫ
expme deiñ.℞.ſpuũ maris.ſaſ ar.ungſe

aſiní aduſte míſceantur iſta cũ aceto for/
tiſſimo. z mucillagine dicta z illiniatur
locus z ſi non ſic cauterizetur locus z poſ
tea inungatur locus cum albumine oui. z
oleo roſ. aliqui enĩ accipiunt pilum inuer
ſuz z ponunt in foramine acus z deinde
perforando palpebram reducunt ad ordí
nem naturalem

¶De pedículís palpebrarũ

IN primís purgetur corpus cum
yera. deinde fomentetur palpe
bra cũ aqua decoctionis blete. z
ſcafiſagie. ſal̃. piretri. z ſulfure. deinde vn
gatur cũ iſto vngẽto. ℞. ſal̃ ar. alo. ſubtil̃.
aluminís ſcafiſagie. conficiantur cũ aceto
ſquilitico

¶De paſſionibus auriuz z primo de nocu
mento auditus

INſtrumentũ audítus ẽ compoſi
tũ ex oſſe petroſo z neruo expã
ſo z neruo optico concauo &
aere quíeto z ex díuerſis circulis et circũ
uolutionibus amfractuoſis in foramine
z cartilagine exteriori apparente circa fo
ramẽ ad modũ oſtracorũ ¶ Intelligen
dum eſt ꝙ cũ aer conquietat quí eſt natu
talíter in neruo concauo mouetur ꝓpter
aerem exteriorez tunc fit auditus ¶ Au
dítuí autẽ ueniunt tria accidentia ſicut
alíis ſenſibus ſecundũ G. quarto de mor/
bo. quoniã aut aufertur. aut minuit̃. aut
corrũpitur. aufertur cũ nihil audit ſicut in
ſurditate minoratur quando non audit
niſi cũ multuz clametur. corrũpitur quan
do audit ſonos. ſtrepitus. z ſimilia ímfra
aurem. ¶ Cauſa ¶ Nocumentum
audítus aut ꝓuenit a natiuitate aut poſt
ſi poſt aut per uiam criſis aut ſine. z ſi ꝑ
víam criſis aut eſt ab intus aut ab extra.
ſi ab extra ſicut caſus obuiatio tonitruuz
puluís. pulices. z conſimilia ¶ Sí ab in
tus. aut ꝓpter nocumentum in ínſtrumẽ
to auditus aut propter compaſſionem alí

orũ hu. membroruz ſicut propter paſſio/
nes capitis. aut dentiũ. aut retẽtio fluxus
¶ Si propter inſtrumentũ auditus hoc ẽ
aut propter ſpiritum qui prouenit a cere
bro per neruũ opticuz. aut propter neruũ
expanſum. aut ꝓpter nocumentuz quod
eſt in foramine. ¶ Si ꝓpter ſpiritus. aut
hoc eſt ratione quantitatis diminute. aut
ratione ſue qualitatis male. aut quia ni/
mis calida. aut frigida. aut groſſa. & ita
de aliis ¶ Si ꝓpter neruuz z oſſa. hoc eſt
ꝓpter tria. aut ꝓpter malam cõplexionez
calidã frigidã. ſiccã. z humidã. ſimplicez
uel ꝯpoſitam cũ materia uel ſine materia.
aut ꝓpter morbũ officialem ſicut eſt duri
cies. apoſtema. oppilatio nerui optici. aut
ꝓpter morbum comunem. ſicut eſt ſolu/
tio continuitatis ¶ Si autem fuerit in fo
ramine z locis uicinis. hoc eſt ꝓpter tria.
. ſ. ꝓpter malam complexionem z cetera
aut morbos officiales. ſicut eſt oppilatio
facta ꝓpter ſaniẽ. aut ſanguinẽ humorẽ
aut uerrucaz. aut carnem additam. aut ꝓ
ter uermes. aut apoſtema z ſimilia. Si ꝓo
ꝓpter morbum comunem ſic eſt ſolutio
continui ¶ Signa ¶ Si proueniat
nocumentũ a natura uel a cauſis primiti
uis. uel ab egritudinibus capitis uel aliorũ
membrorũ. uel ſi fuerit ꝓpter criſim iſta
ſunt manifeſta conſiderare uolenti ¶ Si
autez fuerit propter nocumenta que ſunt
in foramine ponatur in loco luminoſo
z erit manifeſtum ¶ Si autem fuerit ꝓp
ter nocumenta intrinſeca in oſſe z ner/
uo z aliis ubi ẽ per ſe iudiciũ de auditu.
tunc ſi ẽ cũ materia ſil̃r eſt cũ grauitate
capitis z loci z contrariũ ſi ſit ſine mate/
ria ¶ Secũdũ ſignũ erit ꝙ oĩs diſtraſia le
ditur a ſibi z iuuatur a cõtrario. z ita po/
terimus deuenire in cognitionẽ diſtraſie
ꝑ iuuantia z nocentia ¶ Intelligẽdũ tñ
ꝙ plenitudo corporis ĩpedit iudiciũ de cõ
ferentibus z nocentibus z alterãtibus ꝙ
ſi diſtraſia ẽ caſa z corpus ẽ plenũ leditur

a calidis róne ſimilitudinis z leditur a có
trariis ſicut a fr̃is róne cóplexionis ſolẽné
continui inducẽdo. z ꝓpter diſruptionez
quã faciũt ꝓpter contractioné ptiũ z ita
intellige de frigidis ¶ In corporibus igiẽ
plectoricis multũ fit leſio i ſiſibus z có
trariis z ideo multi decipiunẽ ¶ Si auté
diſtraſia fuerit calida ſentitur calor itus z
dolor z lediẽ a calidis Si aũt fuerit mala
complexio frigida ſentiẽ frigiditas itus z
leditur a frigidis z iuuatur a calidis mate
ria minorata qꝛ in corpore multũ pleno
fit diſſolutio materie et ita maius nocu-
mentũ ¶ Si aũt fuerit a cauſa ſicca aſſunt
uigilie z ut plurimũ leuitas capitis Si fu
erit ab hũiditate tũc tumor in facie appa
ret z de facili incurrũt reuma z cũ graui
tate ¶ Et ſi fuerit ex apoſtemate é ſemp
dolor magnus z calor z pulſatio z fe.
¶ Et ſi fuerit ex ulcere eſt ibi punctura
mordicatio z dolor. z ſi ex uermibus eſt
ibi dolor circũuolutiuus uertiginoſus
¶ Experimentũ aũt vtrũ ſit ibi hũiditas
aquoſa ſanioſa. accipe ſpongiã z calefiat
igni z pãnus lineus duplicatus calidus ſu
ꝑponatur ſpongie z applicetur auri z dor
miat deſuper z de mane inueniet pãnuz
maculatũ z ſi ñ ꝓculdubio nó é paſſio au
ris ex humiditate z ſanie nec aquoſitate
ex aliis eni eſt. ¶ Pronoſticatio Sur
ditas a natura ñ curatur ſurditas antiqua
ta eſt deſperata z appellatur antiqua poſtq̃
tranſiuit duos annos ¶ Surditas ex ſolu
tione continuitatis neruoruz auditus inte
rius é incurabilis ¶ Curatio ¶ Circa
curationem cadunt nouem canones. pri
mus. ſ. ꝙ nihil in auribus apponatur mul
tum calidum nec multũ frigidũ. ſed tepi
pidũ uel temperatum ¶ Secundus canon
eſt ꝙ medicamé nó ſit in aure ultra tres
horas Tercius canon eſt ꝙ ante ſecundũ
medicamé apponatur ꝙ primũ expellaẽ
ut iacendo ſupra illã auré ubi eſt paſſio z
cũ hoc mundificetur auris cũ inſtrumen

to z cum tuſſiendo mingendo ſcreando
ſternutando ¶ Quarta regula ꝙ medica
mina que ponuntur in auribus ſint liqui
da ut melius poſſint penetrare et ſimili-
ter uelotius exire Quinta regula ꝙ ea q̃
ponuntur in auribus ſint in parua quan
titate. Sexta regurla ꝙ quando medica
men eſt impoſitum ꝙ iaceat ſupra partez
ſanaz. Septima regula ꝙ nihil apponatur
in auribus niſi corpus ſit mundificatum.
Octaua regula ꝙ ſi poteſt fieri curatio cũ
ſuffumigationibus z emplaſtris ꝙ fiat z
elongemus iniectionem quãtũ poſſumus
quoniam quod ingreditur poſtq̃ fecerit
operationem ſuam nocet niſi diligentiſſi
me mundificetur auris ſicut dictum eſt.
Nona regula ꝙ ſi humores ſunt ſubtiles
mediocriter z nulla oppilatio eſt in corpo
re euacuare poſſumus ſine digeſtione qꝛ
materia erit ſatis obediens ¶ Si autem
materia ſit groſſa corpus oppilatur tũc di
geſtiua debet precedere ¶ Curatio igitur
ꝑticularis erit iſta Si cã é calida z corpus
plenũ fiat fflomia de cephalica z purgetur
caput cũ el'io de ſuco ro. z fométetur au
ris cũ aq̃ decoctiois ro. ſalic. nenufar. lac
tuce maurelle. ſ. ꝙ fumus recipiaẽ per au
res uł ꝙ lana uel cera intigaẽ in oleo ro.
nenufar z de ſalicibus. z in oleo de camo
milla z ab extra deſup auré applicentur.
Vltimo pñt predicta olea inſtillari cũ lac
te iuxta canones dictos. ¶ Si aũt mate
ria fuerit fr̃a tũc digeratur materia cũ uẽ
ꝙ ſaluia z utroqꝫ calamento z raphano z
fiat ſiropus cũ mell' z aceto. z purgeẽ cuz
yeralo. z yerap̃. uel cũ iſtis pill'is. ℞. aloes
turbit. corticũ mirobal'. Kebul'. bene gra
noſoꝝ. añ. ʒ. ii. ʒʒ. añ. liquir' mũde. bdellii
pulpe. coll' o. añ. ʒ. ii. cóficianẽ cũ oximell'.
ſquillitico. z fiãt pill'e z détur ʒ. ii. iuxta
conueniẽtiã ꝑticulariũ ¶ Poſtea recipiat
fumũ iſtarũ herbaꝝ. ℞. bacarũ lauri. z fol'
eius. rute. ſpice nar. añ. maratri. centauree
raphani. añ. ℥. ii. conq̃ſſentur z bulliãt in

vino albo z fumus recipiatur. z ultimo
inſtilletur balſamus et fel accipitris z aq̄
rafani diſtillata ℂ Intelligendum ꝙ ma
terialia que ualent in ipſa ſurditate z in
paſſionibus auriū de cauſa frigida hic ſub
ſcribentur pro tāto quia cauſa frigida fre
quentius aduenit z cum hoc materialibus
ſatis formam operandi induſtrie medici
relinquamus. ſ. ꝙ operentur cum iſtis ma
terialibus . uel cum vno uel cum multis
uel ab intus uel ab extra . uel per moduꝫ
ſuffumigationum uel emplaſtrorum uel
oleoruꝫ. uel vngentorum applicatorum .
uel per ſe uel cum ſpongia uel tenta zc̄
ℂ Materialia autem ſunt iſta. ſ. vinuꝫ al
bum. acetum albuꝫ. oleuꝫ comune. lac mu
lieris. fella auiuꝫ viuentium de rapina .
aqua rafani. diſtillata balſamus. caſtori. el
leborus albus. calamentuꝫ. coloquinti. ra/
dix cucumeris. aſinini. celidonie. rute ſto
re. caſ. camomille. folioruꝫ lauri. centau
ree. eufor. alo. mirre. nitrum. abſintium.
ſinap̄. oleum ſiſamini. iuniperus. z conſi
milia multa ℂ Vermes autem interfi
ciunt̄ ſic. ℞. aloe mirre. ſucum abſinthii.
oleuꝫ amigdolaruꝫ amararuꝫ. aceti fortiſſi
mi. miſceantur z auribus inſtilletur.
ℂ Clarificatio ℂ Intelligendum ꝙ li
cet elſus multas habet proprietates fortes
z uiolentas ſicut patet intuenti uirtutes
eius nihilominus in parua quantitate am
miniſtratus poteſt competere in paſſioni
bus aurium et licet non competat excerci
ciis uirtutibus ex primis tamen competit
tamen fortiter calefacit z deſiccat z pene
trat z conſumit reſiduuꝫ materie. z ideo
non competit niſi corpore mundificato
ℂ Aliter igitur operatur in ſtomacho
corpore pleno . z aliter in foramine au
ris corpore mundificato. z aliter incor
poribus exterioribus ſicut in piſcibus cuꝫ
ponuntur in viuario & in muſcis & in
muribus cū ponitur in fermento ℂ Si
igitur apponatur in paſſionibus aurium
cum bona conuenientia particularium
non nocet ſed iuuat licet omnes ſue uir/
tutes ſint excedententes . tum quia quaſi
ab extra eſt. tum quia in parua quantita
te. tum quia parum moratur.

ℂ De tinnitu aurium

TInnitus eſt corruptio auditus ſi
cut apparitio muſcarum. pilorū
z cimicuꝫ eſt corruptio uiſus. vnde ſicut
auditus naturalis fit cuꝫ aer inundando
mouet aerem intrinſecum ꝯquietuꝫ. ita
tinnitus fit cum uentoſitas aut uapor cō/
mouent uiolenter aerem intrinſecum cō
quietum z ſecunduꝫ diuerſitatem uapo/
ris diuerſe fiunt corruptiones in auditu
ℂ Aliquando apparet ꝙ ſit tinnitus ſicq
ille tinnitus qui apparet poſt pulſionem
campane Aliquando apparet patienti ꝙ
ſit pluuia magna. aliquando ꝙ ſit ſonus
molendini. aliquando ꝙ ſit fragor arbo/
ruꝫ. aliquādo ꝙ ſit ſicut muſtū bulliens.
ℂ Tinnitus igitur ē corruptio auditus
ꝓpter uaporem uentoſum agitantem per
modum inundationum uiolenter aerem
interius conquietū ℂ Cauſa ℂ Cau
ſa enim tinnitus aut eſt interior aut exte
rior. ſi exterior ſicut om̄e illud quod mo
uet aerem uiolenter z cum impetu ſicut
eſt caſus. uomitus. labor. circumuolutio.
crapula. ebrietas. multipl̄o ciborum indi/
geſtibilium. curſus. fames. anguſtia. z ſi/
milia ℂ Si autem cauſa ſit intrinſeca tūc
eſt aut priuata aut remota. ſi remota ſicut
criſis z repletio capitis. aut uapores aſcen
dentes a ſtomacho aut a toto corpore . ſi
priuata eſt propter acuitatem ſenſus. quia
ſpiritus eſt ſiccus. aut propter debilitateꝫ
corporis & capitis. aut propter uaporem
groſſuꝫ uentoſuꝫ qui per modū inunda/
tionis percutit aerē quietū ℂ Signa
ℂ Signa cauſe ꝑmitie ſatis patēt indicio
patiētis. ſi ſint cauſe remote tinitus ē cū
interpolatione. z ſi cauſa eſt priuata ſine
cōiuncta cōtinue venit. z ſi ē ex acumie

ſenſus tunc poſt cibũ minoratur z ante
magnificatur ¶ Et eſt notandũ quoniaʒ
licet tinnitus veniat propter vapores aſ/
cendentes a ſtomacho nihilominus poſt
cibum minoratur z ideo credunt multi
tunc ꝙ illa paſſio capitis aut aurium aut
oculorum ſit propter inanitionem poſtq̃
remediatur cibo aſſumpto hoc autem fit
quia cibus comprimit uapores . & ideo
poſtq̃ cibus incipit ebulliꝛ paſſio eſt peior
q̃ ante Et ſi eſſet ex inanitione non fie
ret ¶ Si autem ſit ex debilitate hoc eſt
propter aliquaʒ de male complexionibus
quia egritudines longe preceſſerunt ma/
lam complexionem inducentes ¶ Si au
tem ex uentoſitate ſentitur aſcenſus &
deſcenſus ſicut cũ muſtum bulit ¶ Et ſi
uentoſitas uergat ad humiditatem uide
tur pluuia.et ſi uergat ad groſſiciem uide
tur ſonus molendini . z ſi ad ſiccitatem
uergat ad ſonum arboruʒ cũ franguntur.
¶ Pronoſticatio. ¶ Iſta enim ſunt
preuia ad ſurditatem . z ſi diuturnantur
non ſanantur ¶ Curatio. ¶ Si aũt
ẽ cã primitiua de facili curatur illa remo
ta niſi corpus eſſet ualde paratuʒ. Et ſi fu
erit propter acumen ſenſus tunc inſtille/
tur in aure caſtoreum.granum pini cum
aceto mixtũ Si aũt cã fuerit materialꝰ pur
geẽ corpus ſʒ paulatiʒ ¶ Et ẽ itelligendũ
ꝙ medicamina debent mutari non quo
ad uirtutem ſed quo ad ſpeciem z mo/
dum quoniam de proprietate medicami
nuʒ eſt ꝙ iuuent vnuʒ membrum z non
aliud.iuuabunt illud z non iſtud.z iuua
bunt in vno tempore z non in alio &
hoc eſt mirabile z forte facit hoc uarietas
proprietatis tercie acquiſite ex orbe Di
geſta igiẽ materia cũ oximellꝰ diure.pur/
getur cum yera.acuata cum euforbio aut
cum yeralo.acuta cum pulpa collio. ſed
exibeatur in parua quantitate iuxta con/
uenientiam particularium poſtea fiant ca
putpurgia. Deinde ſuffumigatiotiones.

poſtea iniectiões .z ultimo cauteria.vitẽ
tur balnea z fomentationes quoniam cõ
mouent materiam z ſi competant hoc ẽ
in declinatione corpore mundificato &
ꝙ ſint ibi multa conſumentiauen toſita/
tem ¶ Materialia autem ex quibus fit
ſuffumigatio.aut iniectio.aut ſtufa ſunt
iſta.ſ.elſus albus.eufor.caſtoꝛ.mirra.ſpica
nar.ſpica celtica. calomus.aromatic.ruta.
calam̃.aꝫ.nitrum.bacce lauri. ſucus porri
ſucus cepe.oleum muſcelinum.oleum lau
rinum.oleuʒ de lilio.z coſtinuʒ.z de ru
ta.z de caſtoreo. z aqua raſani diſtillata.
vinuʒ puruʒ Sapiens igitur medicus ope
rabitur cum his z diuerſimode ſecunduʒ
conuenientiam particularium que ſibi oc
currunt cum omnia ſecundum G.primo
de ingenio ſanitatis certis litteris denota
ri non poſſint. Iſtud tamen bene poteſt
notari ꝙ herba bettonica calida eſt in ter
cio gradu z ualet in tinnitu iuxta omnẽ
modum ſue exibitionis.ſ.ſi folia cõmedã
tur de mane ante cibum.uel ꝙ temperen
tur in vino albo z illud vinum potetur
de mane.uel ꝙ bulliat in vino z recipia
tur fumus.uel ꝙ ſucus eius colatus tepi/
dus auribus inſtilletur . Et ſi fuerit prop
ter ſtomachum bectonice addatur abſin
tium ¶ Clarificatio ¶ Intelligendũ
ꝙ quicquid dicant auctores melius eſt di
mittere narcotica.in hoc caſu quã appone
re z ſi contingat apponere ꝙ dolor eſt
magnus ponantur in parua quantitate z
bene repreſſa cum caſtoreo.z croco.z ꝙ
parum morentur . Iudicio tamen meo
ſufficit quod dictum eſt in acuitate ſen
ſus.ſ.caſtore.granum pini. z acetum cuʒ
omnia inſtrumenta auditus ſint neruoſa
oſſuoſa ¶ Secundo notatdum circa mate
riam precedentem z ſubſequentem z ꝙ
homo habet complexionem magis tem
peratam inter alia aialia oia ut dicit G.de
cõplexibus. z Auic. de complexionibus
z ideo omnia excedit in ſenſu tactus ut

dici Auic·ſecunda fen·primi capitulo de
deliciis·in aliis auté exceditur iuxta illud
nos aper auditu linx uiſu ſimia guſtu
vultur odoratu precellit aranea tactu·
¶ Et eſt aduertendum de aranea inquan
tuz aranea non excedit hominem in ſen
ſu tactus·ſ·ꝙ melius ſentiat hoc eniz ha
bet ſolus homo ex temperamento ſue có
plexionis· ſed aranea excedit hominem
quantum ad ordinationem ſue texture
ſiue tele ¶ Tercio intelligendum ꝙ ſur
di a natura ſunt quia loquela non eſt no
bis a natura ſed ab acquiſitione z ideo di
citur ꝙ auditus eſt porta intellectus prop
ter hoc uerſificator dixit Quicqd ratio
legit quicquid ſtuduiſtis athenis· Quic
quid ad elencos arguto diſputatore· Gal
lus z i modica iaceat arce ligur Quicqd
ariſtotiles diuino pectore ſentit · Ceſſit
ab auditu docili prudenſqꝫ periſſet Litte
ra ſi ſurdis auribus eſſet homo ¶ Quar
to aduertendum ꝙ licet dictú ſit ꝙ ſur/
ditas naturalis nó recipit curationé iſtud
ueruz eſt ſi uenit propter malaz complexi
onem nerui optici Sed ſi uenerit propter
aliquas oppilationes potiſſime in uia q̀ ua
dit exterius poſſet curari cú oppilatio poſ
ſit remoueri ¶ Quinto notandú quicqd
ſit dictú dicetur hic incidenter ꝙ in ue/
hementiſſimo dolore auriú cuz cauſa eſt
calida nó ſolum eſt utile apponere opiuz
immo eſt neceſſariú quia dolor aliquádo
é rabioſus z túc nó habemus uiá niſi ꝙ
apponatᷣ opiú cú lacte mulieris· caſtoriú
z croco ſicut diceᷣ ca° inmediate ſeqnti
Capitulú decimú de apoſtéatibus z dolo
ribus aurium

DOlor auriú aut ꝓueit a cáis intri
ſecis·aut extriſecis Si extrinſe
cis ſicut é uétus ualidus·aut ua/
por aut frigus·caſus·obuiatio·aut aliq̃ res
cadens in auré Si é ab intus hoc é aut ꝓp
ter morbos cóſiſes ſicut é aliq̃ malaꝝ có
plexionú aut cú materia aut ſine· aut ꝓpᷣ
morbos officiales z potiſſime ꝓpter apoſ
temata ſanguinea colerica fſatica uel me
lácolica·aut ꝓpᷣ morbos cóſiſes ſicut é ſo
lutio cótinui Si é ex cáis extriſecis habeᷣ
iudicio patiétis·z ſi é ex cáis intriſecis &
fiút ex calore túc ſentitur calor z ledíᷣ a
calidis eꝯ é de fris Et ſi é ex apoſtemate
ueit dolor ſubito z fe·z ſi é ex colera do
lor é itollerabilis ducés aliñ ad parafreneſiz
cú púctura z mordicatione z uigiliis &
in qetudine z mala tollerátia patiétis &
ſi ex ſanguine túc é cú pulſatióe·z ſi é ex
fſate é dolor extéſiuus cú dolore remiſſo
z calore remiſſo·z ſi é ex meſia é dolor
grauatiuus z remiſſus Et ſi é ex uétoſita
te uenit paulatine z ſi é ex ſolóne cótinui
ueit cú punctura z mordicatióe ¶ Pro
noſticatio ¶ Dolor auriú fortiſſimus
ex apoſtemate calido in iterioribus auris
é moleſtiſſimus ducés ad terribilia accidé
tia Dolor acutiſſimus é mortalis in iuuei
bus deiñ minus in pueris·deiñ minus in
ſenibus· Apoſtéata auriú uenientia ꝑ uiaz
criſ·ſi ueniát añ ſigna digónis z in die ñ
cretica z cú aliis malˢ ſignis moleſta ſút z
ualđ ꝑiculoſa · Si aút ueiat poſt ſig̃ digió
nis cú aliis bonis ſignis euadere pñt Si au
té in iuuenibus appareát multa bona ſigna
euadere pñt ¶ Curó ¶ Si aút ex cáis
ꝑmitiuis uel réotis fit curatio· z ſi fuerit
ex illis q̀ ceciderunt in auré iñerius diceᷣ
Et ſi fuerit ex cáis intrinſecis z cá fuerit
materialis múdificeᷣ corpus ſicut opꝫ z
dieta couenies· deiñ fiát inſtillationes in
auribus de rebus fris ſi cá é ca· ¶ Mate
rialia ſunt iſta·ſ·oleú ſiſaminú·aq̃ ro· ace
tú·oleú·nenufar·z ſalic·z muſcellinú pſil
liú·z cucurbiᷣ·lactuc·z maurellˢ·z ſi cá é
fra inſtilléᷣ calida· ſicut é ruta maiorana
calamentú·ſpica nar·añ·maratrú·ſtorax·
calˢ·caſtor·z mlta ſilia quoꝝ vnú aut mlᷣ
ta pñt bulire in oleo aut vino aut aq̃ raſa
ni diſtillata z colata auribus iſtilleᷣ ¶ Cu
ratio ¶ Curó doloꝝ auriú ꝓpᷣ apoſtéata

¶ Intelligendũ ꝙ curatio apoſtematis au
ris differt a curatione aliorũ apoſtematuꝫ
in duobus. ꝑmo in repercuſſiuis quoniaꝫ
directe nõ competunt repercuſſiua ſꝫ ma
gis mitigatiua cuius ratio ē quia timẽdũ
eſſet ꝙ materia curreret ad aliquod men
brum nobile ut ad ſubſtantiam cerebri ⁊
ita poſſet cauſare freneſim ⁊ litargiã ⁊ ſi
iret ad pulmonēꝫ ptiſim ⁊ ſimilia ¶ In
telligendũ tamen ꝙ ſi dolor eſſet intolle
rabilis ⁊ inſeperabilis ꝙ tunc poſſent ap
poni non ſolum frigida ſed etiam natura
cotica Secundo differt a curatione aliorũ
apoſtematũ in maturatiuis quia pure ma
turatiua calida et humida non debent ap
poni niſi eſſet multũ ſicca ſicut elicere poſ
ſumus hanc ſententiã ex dictis G. v. de
ingenio ſanitatis. capitulo ſexto. loquen
tis de ulceribus aurium. ubi medicus ille
credebat eſſe apoſtema in aure imperato/
ris ⁊ ponebat putrefactiua ¶ Sed ipſe
docuit tunc apponere ratione ulceris ⁊
ſaniei ⁊ apoſtematis ſi ibi eſſet cum fer
rugine ferri minutiſſime trita. ⁊ ſtercore
columbino. ⁊ aceto que bulliant uſqꝫ ad
ſpiſſitudinem mellis quia ſicca competũt
ratione complexionis membri ⁊ licet cu
ratio morbi fiat per contrarium tamen
nihilominus membri complexio eſt con
ſeruanda non igitur pure maturatiua et
putrefactiua et ſaniei generatiua compe/
tunt in apoſtematibus aurium . dato ꝙ
eſſent ſine vulnere ¶ Differt igitur cura
tio apoſtematis auris comuniter loquen
do ⁊ quo ad repercuſſiua ⁊ quo ad matu
ratiua ¶ Incipiamus igitur a curatione
apoſtematum aurium. ſuppoſito ꝙ dieta
laudabilis ſit iniuncta et ꝙ precesſerit fle
botomia. et farmacia . et alia vniuerſalia
que precedere debent iuxta conuenientiã
particularium ¶ Iniciatur lac mulieris in
aure frequenter uice poſt uicem . deinde
iniciatur oleuꝫ roſ. cum pauco aceto bulli
tum. deinde oleum ſiſaminum. deinceps
adeps anatis. deinde galline cum mucilla
gine fenugreci. ⁊ ſe. lini. deinde apponat̃
iſtud medicamẽ quod quaſi ualet in om
ni apoſtemate auriuꝫ magis tamen in ca
lido. ℞. uolatil̃. farine molendini. ʒ. iii.
granoruꝫ pini. mucillaginis. fenugreci. ſe.
lini. añ. ʒ. ii. reſine thuris. litargiri. ceruſe.
añ. ʒ. i. a l. ʒ. aceti albi. ʒ. iii. conficiantur
cum oleo ſiſamino. aut auſungia porcina
recenti. ⁊ poteſt aliqua porcio iſtius me
dicaminis fieri ita clara ut aliquid inſtil/
letur auribus et aliqua ita depreſſa ꝙ fiat
emplaſtrum ⁊ ponatur ſupra aurem ⁊ eſt
optimum maturatiuuꝫ ¶ Si autem apoſ
tema eſſet de cã frigida tũc poſſent addi
cum iſtis auſungia vulpina. yſopus. oleuꝫ
omfacinum uel fiat iſta. ℞. ſcarabeos. ſ.
uermes que inueniuntur ſub orceolo &
bulliant in oleo ſcorpionis. ⁊ auribus in/
ſtilletur. ⁊ ſi fuerit uehemens frigiditas
decoquatur ibidem fel tauri donec fuerit
diſſolutum ¶ Item in apoſtematibus fri
gidis. ℞. rute. maiuranc. ſpice nar. bulliãt
in oleo comuni ⁊ oleum auribus inſtille
tur ¶ In declinatione autem apoſtema
tum tam calidorum q̃ frigidorum poteſt
mundificari auris cum oximell̃ diureti/
co ⁊ vino albo ¶ Si autem dolor eſſꝫ ue
hemens ⁊ intollerabilis tunc facta flebo
tomia ⁊ farmatia cogimur frigida appo/
nere Accipe igitur filorium ⁊ diſtempe
retur cum lacte mulieris ⁊ in auribus in
ſtilletur ¶ Et ſi nocumentum ueniat ex
his caſtor bullitum in oleo in auribus in
ſtilletur Iſta autem non debent apponi
niſi in materia colerica ⁊ in calore mul/
to. ⁊ dolore maxĩo ſincopali ⁊ deſpato ⁊
iõ añq̃ fiat dẽt iſta ꝓceder̃ aq̃ coriãdri. ſu
cus maurel. ſoleũ roſ. lac mulieris . ¶ Vi
gilemus igitur diligenter quia multos ui
di mori in manibus reſtauratorum ⁊ ac/
cidit mihi ſemel ꝙ quidam reſtaurator
antiquus patiebatur dolorem intollerabi
lẽ ⁊ ꝓceſſerãt purgationes vniuerſales &

opationes ꝑticulares iuxta doctrinā Aui·
G·⁊ aliorꝫ ⁊ nihil penitus ualebant ⁊ ap
poſui oleū de camo·in auribus & feci ſa
cellationē de camomill'· ⁊ in ueritate cu
ratus fuit quare prodeſt multa et diuerſa
apponere dū medicamīa nō ualēt dū tam
ſint regulata ratiōe ¶ Curatio doloris au
riū cū ex ſolutione continua·℞·thuris li
cii·opii·mirre·galbani·nitri·croci·aā·ʒ·ii
amigdolarū excorticata: ū·ʒ·ii· confician
tur cū aceto et fiant trociſci et cū uti uolu
eris diſtemperentur in oleo ro· et coletur
et auribus inſtilletur ¶ Et ſi eſſet ulcus
antiquatūꝫ·℞·conchilia marina alba aſſē
tur et fiat puluis ·et miſceāt cū oximell'·
et coletur et auribus inſtilletur ¶ Clari
ficatio ¶ Intelligendū eſt ꝙ frigida et
humida ſicut ē ſucus cucurbite coriandri·
et ſiſīa poſſumus apponere in apoſtema/
tibus calidis auriū gracia loci quoniā tale
apoſtema nō indiget repercuſſiuus ut dic
tū eſt ſed cōpetunt gracia accidentiū quan
do dolor eſt uehemēs ualde et potiſſime
quādo nō eſt ulcus ¶ Et eſt etiaꝫ intelli
gendū ꝙ maturatiua poſſunt cōpetere in
apoſtematibus auriū et potiſſime quādo
eſt ſine ulcere nec aliquid quod ſit hic dic
tū eſt contrariū dictis G·quito de inge·
ſa·cū reprehendit medicū qui ponebat ter
ra firmata in auribus iꝑatoris pro tan
to quia ibi erat ulcus et ſanies cū deberet
apponere ſicca abſterſiua et mundificatiā
ipe apponebat humida·credens ꝙ ibi eſſꝫ
apoſtema uolens illud maturare et ideo r̄
darguebat ipm ꝗ ingenia ignorabat que
ſumuntur ex morbo et que ſumuntur ex
accidentibus et q̄ ſumuntur ex particula
patientis Nō negauit igitur G·qn bene
cōpeterent maturatiua in apoſtematibus
auriū dū tamen fieret ut dictū eſt

¶ De ſanie auriū

CAuſa ſaniei poteſt eſſe apoſtema
intrinſecū aut extrinſecuꝫ cū fluxu ad in
tus uel humor aliquis delegatus · uel fit
propter debilitatem uirtutis imutatiue &
ſimilia ¶ Signa ſunt ſatis manifeſta In
primis igitur mundificetur corpus et die
ta iniungatur tenuis et iaceat ſupra partē
leſam ut ſanies fluat ad exteriora et ſi fu
erit dolor magnus iniciatur ut dictum ē
oleum crocum opium cuꝫ lacte mulieris
et ſi cauſa fuerit calida fiat iſtud. ℞·ſqua
mā ferri et frigatur in ſartagine ⁊ extin
guatur cum aceto fortiſſimo · ⁊ hoc fiat
aliquibus uicibus ſemper acetum innouā
do ·deinde deſiccetur· deinde puluerizēt
deinde bulliat in aceto ⁊ oleo ro·et cole/
tur ⁊ vna gutta inſtilletur ¶ Et ſi cauſa
fuerit frigida puluerizetur mirra·caſtore·
aloe·⁊ bulliant in oleo laurino· ⁊ coletur
⁊ auribus inſtilletur ¶ Deinde mundifi
cetur auris cum oximell' diuretico aut cū
vino albo·aut cum aqua piſcium ſalſoruꝫ
aut cum aqua oliuaruꝫ ¶ Si autem locus
fuerit fiſtulatus · proiciatur in aurem fel
tauri cum vrina pueri uirginis ¶ Si ſani
es ⁊ dolor concurrant ⁊ dolor fuerit ita
intenſus ꝙ auferat ſomnus primo incipi
endum a dolore licet ſanies corrodat &
multas malas qualitates habeat pro tanto
ꝗ dolores proſternunt uirtutes ⁊ dolor
cocomitatur morbos omnes operationes
ipedit ſicut declarauimus in tabula cura/
tionis morborꝫ

¶ Capitulū xii·de fluxu ſanguinis ab auri
bus

SAnguis fluit ab auribus·aut ab
ex̄ aut ab itus·aut a criſi·aut ſin̄
criſi aut ꝓpter multitudiēꝫ ſan
guinis aut ꝓpē acumē· Si aūt fuerit a cāis
extriſecis ſi ꝑticl'aria cōueniāt fiat fl'oia de
ꝑte oppoſita deiñ ſtringatur ſanguis ſicut
dicetur ¶ Et ſi dolor ē magnus ꝓpter ic
tū·℞· medullā panis recēter cocti ⁊ inti
gatur in ſuco abſinthii ⁊ vino calo ⁊ de
ſup apponatur ¶ Et ſi fiat ꝓpter criſim
nihil fiat niſi excederet ⁊ ex multitudīe
ſanguinis fuerit fiat primo flebotomia ⁊

ſi ex acumine mundificetur corpus· dein
de mundificetur auris cum ſuco porri z
vino albo · deinde proiciatur in auribus
ſucus plantaginis z ſucus burſe paſtoris
¶ Deinde iſtud medicamen auribus in
ſtilletur. ℞. acacie· pſidie· balauſtie· galla
rũ ſumac· maſticis thuris· añ· ℥· i· pulueriʒẽ
tur z bulliãt in aceto· z coletur vna gut
ta auribus inſtilletur ¶ Et ſi fluat aquoſi
tas inſtilletur nitrũ· z antimoniuꝫ· bulitũ
in oleo ſcorpionis ¶ Clarificatio
¶ Intelligendum ꝙ in curatione fluxus
ſanguinis ab auribus primo debemus di
uertere fluxum· ſecundo debemus mun
dificare ne fiat ibi ſanies aut apoſtema ·
Poſtea debemus conſtringere z ita mun
dificatiua precedunt conſtrictiua· z licet
mundificatiua aperiant non tamen no/
cent z quia ſanguis diſtractus eſt z quia
ſtatim ſequũtur conglutinatiua z cõſtric
tiua quare zc̃·

## ¶ De oppilatione aurĩũ

Oppilatio accidit in aure ꝓpt̃ aq̃·
aut puluerẽ· aut pulices· aut uer
mes· aut uerrucã· aut carnẽ ſup
fluã· aut pãniculos z ſiſĩa ¶ Corpore igit̃
mũdificato attrahatur aquoſitas per hunc
modũ Accipiatur cãnula z applicetur au
ri z aliqua vilis perſona attrahat forti
ter per caput cãne anhelitũ cũ ore Secũdo
mõ fiat ſic Accipe cãnã cũ q̃ pueri trahũt
aquã z expellũt ad lõginquã diſtantiã &
uocatur vulgari nr̃o generalr̃ la doira z
ponatur extreitas cãne in aure z tũc bacu
lus q intus ẽ repẽte extrahat̃ z tũc natura
q̃ nõ permittit uacuũ attrahit fortiſſime
aquoſitatẽ ad extra ¶ Tercio mõ fiat ſic
ponat̃ cãna in aure z ignis ponatur ĩ alia
extremitatẽ z aquoſitas que intus ẽ deſic
cetur aut ꝑ mediũ cãne ponatur uirga fer
rea ignita ut recipiatur fumus rute· añ· ci
mini calamẽti decoctoꝛ in vino· aut po
natur in aure ſpõgia ligata cũ filo· aut la/
na· aut pãnus lineus antiquus z ſubito ex
hatur ¶ Et ſi fuerint uermes interfician
tur cũ amaris iniectis ſicut ẽ abſintiuꝫ cẽ
taurea· aloe· amidol̃· amararũ· pſicaria ſuci
perſici· fella acetũ· ſucus cucumeris aſinini
ſcamonea· elſ us ¶ Deinde fiant ſternuta
tiones z caputpurgia ¶ Et poſſunt extra
hi cũ cautela· ſ· ꝙ ponatur pomũ bene ma
turũ ſciſſum per mediũ ſuper aurem z ia
ceat deſuper z uermes deſcendent ad dul
cedinem z poſtea ſubito remoueatur·
¶ Si autem fuerit oppilatio ex excreſcen
tia ſicut eſt caro uerruca· panniculus z ſi
milia corrodatur cum auripigmento· z ſi
non abſcindatur· z ſi fuerit uerſus ſuper
ficiem ſatis eſt facile · z ſi fuerit in profũ
do difficile eſt ualde ¶ Et ſi iſta fuerint
a natiuitate aliquando proſunt remedia
aliquando non· z ſi fuerit pruritus in au
re proiciatur oleum ubi abſintium fuerit
bulitum ¶ Clarificatio ¶ Intelligẽ
dum etiam ꝙ ſuccio cum calamo z ſter/
nutatio z ſimilia poſſunt fieri in paſſioni
bus aurium ut dictum eſt z licet iſta ſint
fortia z cõmoueant z diſſoluant non tñ
poſſunt nocere quando ſupponitur ꝙ cor
pus ſit mundificatum z ſi lana cum ter/
bentina intromittatur z terbentinam ali
quo modo imficiat latera auris maius ta
men eſt iuuamentum q̃ nocumentum·
quoniam ſordicies· puluis· pulices· z alia
ibidem inuiſcantur z adherent z ita ex
trahuntur

## ¶ De apoſtemate extrinſeco aurium

Apoſtemata generantur ab extra
in radice auris · aliquando per
viam criſis ¶ Et ſi uenerit poſt
ſigna digeſtionis z in die cretica poſſibi
le eſt ꝙ ſit ad bonum · z ſi aliter euene
rit difficile eſt ꝙ euadat z per talem mo
dum multos uidi mori ¶ Aliquando
etiam ueniunt per uiaꝫ congeſtionis aut
deriuationis z tunc purgetur ſꝫ exigẽtiã
hu· peccãtis z curẽt ſic alia apoſtẽata niſi

ꝙ repercuſſiua non competunt quia igi-
tur materia talium apoſtematum uergit
ad groſſiciem maturetur cum farina triti
ci. fenugreci · ſeminis liui. auxungia anatꝫ
⁊ galline. radicis biſmalue. ⁊ cōficiatᷣ cū
oľo de camomilla. ¶ Et ſi apoſtema eſſet
antiquū tunc fiat emplaſtrum de armo
niaco bdellio. ⁊ ſtorace liquida. ⁊ auxun
gia ceruina. ⁊ caritis ⁊ oleo de lilio. dein
de ſi per ſe non cumpatur aperiatur cum
calce viua ⁊ ſapone molli ¶ Aliquando
uidi in talibus ſanguiſugas apponi. ⁊ ali
quando euadebant cum bona ſigna pre-
ceſſerant. ⁊ aliquando non euadebant po
tiſſime cum febris erat continua ⁊ vrina
cruda.

¶ Capitulū quintūdecimū de fetore nariū.

Fetor narium eſt corruptio odo
ratus ſeu olfactus. ſicut enim paſ
ſiones aliorum ſenſuū patiuntur
tria nocumenta quorū morbi ſunt cau-
ſe. ſ. oblationem. minorationem. ⁊ cor-
ruptionem ita olfactus. aliquando aufer
tur cum nihil odorabiľ ſentit. aliquando
minoratur cū non ſentit odores niſi ſint
i excellentia. aliquādo corrumpitur ⁊ hoc
quando aromatica iudicantur ⁊ econuer
ſo nullo odorabili precedente. uel omnia
iudicat horribilia odoris. uel quando fe-
tent nares ⁊ hanelitus ⁊ ſibi ⁊ aliis de ta
li fetore nariū qui proueniunt ex aliqua
cauſa intrinſeca loqui uidetur hic ubi na
res componuntur ex multis ¶ Primo ex
oſſe quod colatorium appellatur quod eſt
perforatū ⁊ panniculus cerebri a parte an
teriori uerſus oſſa colatoria eſt perforatus
ut natura expellat ſuperfluitates ꝑ illa ut
attrahat ānelitū ſeu aerem ad caput ⁊ ad
temperandum ſanguinem arterialem ip
ſius cerebri. Secundo componuntur nares
ex duobus additamentis exeuntibus a co
latorio ad modum capitis mamillarum
ubi fit iudicium de olfactu ad illum lo-
cum portatur uapor odorabilis per aerem
Tercio componitur ex carne cartillagino
ſa que apparet exterius que fuit facta ad
tuitionem aliorum et ad conſeruationē
uaporis. Quarto componitur ex lacertis
dilatantibus & conſtringentibus propter
attractionem ⁊ expulſionem ¶ Cauſa
¶ Fetor in naribus ⁊ hanelitus prouenit
propter multa. propter corruptionem pec
toris ⁊ pulmonis. et ꝓpter corruptionem
ſtomachi. et ꝓpter corruptionem gingui
arum et dentium ⁊ ꝓpter ulcera nariū
⁊ polippum et carnem additam ⁊ puſtu
las ⁊ uerrucas. ⁊ oppilationes factas in ca
runculis narium. ⁊ accidit ꝓpter malam
complexionem cū materia aut ſine ma
teria exiſtente in additamentis ⁊ oſſe co
latorio ⁊ ꝓpter malos humores ſalſos aut
alios aut reuma aut complexionē in ce
rebro exiſtentem. ¶ Signa ¶ Si eſt
ex pectore ſputū eſt groſſum globoſum
ſanioſū. et ſi eſt a ſtomacho fetor apparet
magis ante cibum ꝗ poſt. et ſi eſt ex gin
guis ⁊ dentibus aut ex viis que ſunt in
caruncullis nariū hoc eſt ſenſui manifeſ
tū ¶ Et ſi ex additamentis aut cerebro
cognoſcitur per priuationem aliorum &
etiam hoc quia ſi impleatur os aqua ⁊ tūc
fetor ſentiatur tunc a cerebro procedit.
⁊ quia continuus eſt. ⁊ quia ipſe met ſen
tit fetorē ¶ Pronoſticatio ¶ Quan
do in febribus continuis acutis nullo pre
cedente odorabili uidetur patienti ꝙ ſen
tiat odorem fetidū corruptū ad modū
piſciū corruptorum uel aliorū huiuſmo
di ſignū eſt peſſimū ⁊ mortale ¶ Cu
ratio ¶ Si fuerit ex pulmone et ſtoma
cho aut gingiuis curentur illa ſicut opor
tet ⁊ ſicut dicetur in ſuis locis. ⁊ ſi fuerit
ex capite ⁊ fuerit cum arſura cauſa eſt ca
lida. ⁊ ſi cum frigiditate ⁊ ſine mordica
tione cauſa eſt frigida. ⁊ ſi eſt cum graui
tate eſt ibi materia peccans. ⁊ ſi cum leni
tate tūc ē ex mala ꝯplexione ſiñ materia

¶ Ponamus igiť ꝙ fetor nariuꝫ ſit a ma
la complexione calida corpore pleno &
uirtute forti· tūc fiat fl̄omia de cephalica
ꝛ poſtea fiāt uētoſe in collo ꝛ poſtea fiat
fl̄oia de uena q̄ ē in capite nariū ꝛ poſtea
purgetur corpus· deīn fiant cauteria in ca
pite et ſub mento ¶ Proceſſus igitur ta
lis ſit ſuffumigetur caput in cauſa calida
cum aqua decoctionis ro· uiol̄· nenufar̄·
ſandali· camphore· camomille· utatur ſiro
po ro· uiol̄· oxizaccar· Deinde purgetur
corpus cum oxi laxatiua et electuario de
ſuco roſ̄· ꝛ yeraſ̄· deinde iniciatur in auri
bus oleuꝫ roſ̄· uiol̄· camphore et intelligi/
mus ꝙ dieta concomitetur ſicut oportet·
¶ In cauſa calida aut frigida odorꝫ aquā
decoctionis mente· abſintii· maiorane·
baſiliconis· et utatur oximellis· diuretur
et purgetur cum yera· et yerlo· et inicia/
tur in naribus oleum coſtinum· laurinuꝫ
muſcellinuꝫ· et fiant ſternutationes cum
ell'o· pipere· et caſtorio ¶ Si fuerit ex
oppilationibus caruncularum inſuffletur
in naribus puluis nigelle· et bulliat nigel
la in aceto ſquillitico et per nares fortiter
attrahatur ¶ Si autem fuerit propter ali
as excreſcentias manu cirugica abſcindan
tur· deinde proiciatur puluis aluminis· ni
tri· litargiri· et mirre· Vel bulliant iſta
in aceto ꝛ liciniuꝫ ſeu tenta intingatur ꝛ
naribus applicetur ¶ Et ſi fuerit puſtula
hūida vngatur cū iſto vngēto· ℞· litargi
ri· ceruſe· cathimie galle friſie· aluminis·
nitri· an̄· ʒ· ſ· conficiantur cum oleo de ca
momillis· et cera ꝙ ſufficit ¶ Et ſi puſtu
la fuerit ſicca· vngatur cum iſto vngen/
to· ℞· medulle uituli· gummi arabici· dra
ga· olei ſiſamini· cere ꝙ ſufficit ꝛ fiat vn
gentum· uel poſſunt excreſcentie remoue
ri cum auripigmento ru· et uitrioli· et ſa
le armoniaco· uel cauterizetur locus ¶ Si
autem fetor nullo modo poſſit remoueri
ſaltim pallietur· ℞· ſe· maiorane· baſilico
nis· gariofi· nuciſmuſcat· camomill̄· lig
ni al̄· ſtorac· cal̄· ambre· an̄· ʒ· ii· muſci· ʒ· ſ
conficiantur cum aqua roſaruꝫ optima· ꝛ
fiant pillule parue· ꝛ quolibet mane tranſ
glutiat duas ꝛ teneat in ore ꝛ aromatiza
bunt anhelitum ꝙ nullus percipiet quo/
niam ſi medicus talia pateretur ualde eſ
ſet ignominioſum· et potiſſime quando
cum nobilibus conuerſatur· ¶ Clarifi
catio ¶ Intelligendum ꝙ materia feti
da ꝛ corrupta exiſtens in cerebro poteſt
inducere fetorem hanelitus ꝛ tamen re
lique partes corporis non patiuntur pro
tanto ꝙ natura mittit ad vnam partem
aliquando ꝛ non ad aliam· aliquando in
vna parte parata eſt recipere materiam·
ꝛ non in alia ꝛ ita ex vna materia poſ/
ſunt diuerſi effectus generari ſecundum
diuerſitatem materie ¶ Secundo intelli
gendum ꝙ obiecta aliorū ſenſuuꝫ non
imutant ſenſum tactus ſed obiectuꝫ ſen
ſus tactus imutat omnem ſenſum· pro
tanto ꝙ tactus comunis eſt omnibus ſen
ſibus· ut dicit Auicenna· de uirtutibus·
primo canone fen prima· ¶ Tercio in
telligendum ꝙ immutatio odoratus po/
teſt eſſe ſignum morbi· ſeu morbus· ſeu
accidens morbi quoniam ſi per mutatio
nem intelligamus qualitatem ledentem
ſic eſt morbus· ſi qualitatem leſam ſic eſt
accidens et ſi accidens ꝛ ſignum· quoniā
quod accidit patienti eſt ſignum medico
quaſi vnum et idem ſecunduꝫ diuerſos
reſpectus poteſt eſſe morbus accidens ꝛ
ſignum· quod enim accidit patienti eſt
ſignum medico· ꝛ ita de aliis poſſumus
intelligere ¶ Item iſta materia tracta/
tur inferius duodecimo capitulo·

## ¶ Capitulū decimū ſextū de reumate

REuma eſt fluxus humorum ad
partes ſubiectas Reumatis autē
res ſunt ſpēs q̄ ab auctoribus
diſtiguūtur· ſ· corriza· branchus·

z catarrus ⁋ Coriza ad nares. branchus
uadit ad fauces catarrus. quãdo ad pectus
uadit . Reuma autem poteſt eſſe genus.
et ideo dicitur reuma quaſi ruens mate
ria. reuma autem negligi non debet quia
fere materia eſt taliũ egritudinuz . quod
patet quia ſi fluit ad aures cauſabit ſurdi/
tatem aut tinnituz ſi ad oculos caliginez
ſi ad nares fetorem aut polippuz. ſi ad lin
guam paraliſim. ſi ad guttur ſquinantiã
ſi ad pectus ptiſim aut pleureſim. ſi ad
ſtomachuz faſtidiũ aut uomitum. ſi ad
inteſtina fluxum uentris. ſi ad iuncturas
arteticam z ita de aliis omnibus mẽbris
ſubiectis preter q̃ de ſplene. quoniã ſplen
non apoſtematur nec oppilatur propter
reuma quoniaz paſſiones ſplenis ſunt de
materia groſſa. materia autem reumatis
eſt de ſubtilibus . aliter non rueret. licet
igitur vulgariter loquẽdo ex reumate nul
lus plagetur . nihilominus citiſſime eſt
remediandum cũ omnia menbra ſubiec/
ta debilia ad egritudĩes proximas ſint pa
rata ⁋ Succurrendũ igitur eſt ita uiolẽter
ꝙ etiã medicĩe laxatiue poſſunt dari ſine
digeſtiõe materie z potiſſime ſi fluat ad
pectus ⁋ Cauſa ⁋ Reuma eniz aut
prouenit ab exterioribus cauſis. aut ab in
terioribus. ab extra ſicut eſt uentus ſeptẽ/
trionalis ueniẽs poſt meridionalẽ. z ſicq̃
calor nimius. aut frigus . aut inſufflatio
uentorũ . aut ſomnus poſt nimiã reple/
tionem z potiſſime ſomnus diurnus. z
odor rerũ fortis odoris. ſicut eſt liliũ men
taſtruz z ſimilia. z comeſtio reruz uapo/
roſarum. ſicut ſunt cepe z allia. vinuz for
te crapula ebrietas. crapula. balneũ. z flebo
tomia. z breuiter omnia que diſſoluunt
uapores in capite aut per modũ compreſ
ſionis. aut diſſolutionis ⁋ Si ab intus hoc
eſt propter humores in cerebro habundã
tes ſiue ſint calida ſiue frigida. uel fit ꝓpt
uapores a ſtomacho z a toto corpore aſcẽ
dentes ad caput ⁋ Signa ⁋ Si ſint
humores calidi. tunc caput tactuz calidũ
inuenies. facies rubea aut citrina punctura
z mordicatio. ablatio appetitus cibi. ſitis.
z ſimilia. z ſi cauſa fuerit frigida ſigna
ſunt contraria z iſta cauſa frequentius ue
nit ⁋ Pronoſticatio ⁋ Ypocras bran
ci. z corrize. in ſenibus ualde non matu
rantur uel cũ difficultate magna remedi
antur ⁋ Qui eniz hñt caput calidũ z par
tes inferiores frigidas raro ſunt ſine ca/
tarro z econuerſo ⁋ Qui eniz habent ca
put frigidum z cor calidũ multi uapores
aſcendunt qui in cerebro digeri non poſ
ſunt z quando cerebrũ eſt calidum fit at
tractio multa uaporuz ⁋ Catarrus cuz do
lore capitis de difficili curatur quia caput
uidetur debile naturaliter ⁋ In autũno
frequentius adueniunt catarri q̃ in alio tẽ
pore anni. Reumatici ſplenetici nõ fiunt
Reumatici ad omne malum parati ſunt
⁋ Curatio ⁋ Curatio comunis in om
ni catarro ſeu reumate eſt. ꝙ ſi fluat ma/
teria ad membruz nobile ꝙ euacuetur ma
teria digeſtionem non expectando. cum
pilſis aureis. z cochiis. paruitas cibi z po/
tus competunt . z uigilie multe non diſ
temperate. et ꝙ non dormiat de die z ꝙ
non utatur balneo nec fomentationibus
nec ablutionibus nec exercicio forti. tene
atur uenter laxus . z famẽ z ſitiz patian
tur quantũ poſſunt, ⁋ Curatio particula
ris hec eſt. ꝙ ſi reuma fuerit de cauſa cali
da et corpus ſit plectoricuz z currat mate
ria uerſus inferiora fiat flomia . deinde
digeratur materia per hunc modũ. ℞. ſũ
mitatũ papaueris. ro. lactuc. añ. ℥. ii. caudi
penidiarũ. añ. ℥. i. triũ ſandaloruz. ℥. ſ. or
dei lib. ſ. uiol. nenufar. añ. ℥. iii. zuccari.
lib. ſ. fiat ſiropus. q̃ utat mane z ſero cũ
aqua ordei. ⁋ Iſte eniz ſiropus ualet in
reumate de cauſa calida z potiſſime quan
do timemus ꝙ materia uadat ad pectus.
⁋ Suffumiget cũ aq̃ decoctiois ordei. ui
ol. ro. ſandal. nenufar. papauer. cão odorz

pomű factű de ſandaƚ.roƒ.nenufaŕ.ſe.lac
tuce.portulace.z ſumac. z cõficiantur cũ
aqua roƒ.optima . et ſi fuerit conſtipatus
fiant ſuppoſitoria aut criſteria z fiant fri
cationes extremitatű z purgetur cũ miro
balſis.citrinis. ſi materia eſt in ſtomacho
z ſi eſt in capite purgetur cũ iſto elo.℞.
dyapap̃.dyaprunis.dyadrag̃.fri.zuccari.
ro.fri.cũ roƒ.ſiccis.añ.℥.iiii. miſceantur
z inungãtur nares cũ oleo roƒ.z uioƚ. &
poteſt uti rubea troſiſca.ſuffumigatio fac
ta de furfure z aceto infuſo ſupra lapidẽ
molarem candentẽ ¶ Si aũt cauſa fuerit
frigida z fluat ad mebꝝ nobile purgetur
cũ pillis aureis.et yerapap̃.digeratur cũ ſci
ropo iſto.z potiſſime ſi timemus fluxuꝫ
reumatis ad pectus.℞.radic.yreos.yſopa
liquiri.munde.añ.℥.ii.nucis cipreſſi.maſ
tic.thuris.añ.℥.i.melƚ roƒ.lib.i.fiat ſciro
pus ¶ Suffumigetur cũ aqua decoctionis
maſtic.thuris.laudani ſtorac.cala.ambre.
camomille.mellilo. odoret pomű factuꝫ
de ſtoƒ.cala.ambre.gariofi.nuciſcipreſſi.
nuciſmuſ.maſtic.thuris.laudano. z pau/
co ligno aloe et muſco.inungantur nareſ
cũ oleo de maſtic.¶ Sacelletur totű caput
cũ milio z ſale torrefactis Inuoluatur ca
put cũ panno bene calido ¶ Suffumigetᷣ
ſic calefiat tegula z aſpergat vino z poſt
puluerem nigelle.z fumus recipiatur ca/
pite cooperto.uel torrefiat nigella.z pona
natur in panno z odoretur. Deinde pur
getur caputcũ yerap̃.omnia quibus utiẽ
ſitn actu caƚa ¶ In declinatione fomẽteẽ
aut balneetur et ita de aliis cũ aqua decoc
tionis camomille.melilo.anthos.mente.
rute.calamenti.z ſimilibus.¶ Poſt auteꝫ
omnia ſi nõ curetur .℞. ſtercoris colum
nunꝙ̄ curatur Et ſi fuerit in conualeſcen
tibus curetur cū dieta humida et reſump
tiua. vitet maſticationē cū dente cōmoto
utatur ſorbilibus Materialia cū quibus cō
ſolidātur dentes cōmoti. ſi cauſa ē calida
ſunt iſta frigida ſtiptica niſi ꝙ aliqua cali
da ſtiptica apponere debemus. et ecōuerſo
in cauſa frigida. galla ſumac. balauſtia. pſi
dia. acatia. roſ. ſandali. ypo. terra ſigillata.
maſtix. thus. lauda. Iſta igitur bulliant in
aceto fiat gargariſmus aut puluis et deſup

aſpergatur aut fiat fricatio cū iſtis aut cap
ſula aut emplaſtrū. ¶ Ingeniet̄ igit̄ cōmis
ille modus ꝙ uirtus medicaminis poſſit
applicari particle patiēti. Et ſi ꝗ cauſa fuerit
frigida tūc materialia ſunt iſta. ſ. alumen.
ſal comune. aſſata an̄. ciminū aſſata. nuxci
preſſi. foł cipſſi. ſpica nar. mirra. ruta. maſ
tix. thus laudanū. ſtoꝛ. cal. ambra. acacia.
ſumac. bulliant igit̄ in vino et fiat garga
riſmus et ita de aliis modis dictis ſiue cū
vino ſiue cū multit aliis Aliq tamen diſ
tillant decoctionē iſtoꝝ per aures aliq per
nares ¶ Curatio cū nimis dētes elongant̄
et augmentantur ſtringant̄ dentes cū ſer
ra abſcindatur qd̄ ſuperfluū eſt et illiniat̄
cū alumine et baccis lauri. et radic. ariſtoł
longe uel eradicetur cū medicamine ſup̄
dicto ¶ Curatio cū dentes tarde egrediū
tur Nutrix debet fricare ginguias frequē
ter cū digito et ꝙ puer teneat in ore teta
rellū uel de argento uel de paſta in forma
rotunda et fortiter cocta et illiniantur
ginguie cum butiro et oleo de lilio. cere-
bellum capitis leporis coctum Quidam
preſumptuoſi probauerunt ꝙ lac caninū
facit ad facilem ortum dentiū ſi ginguie
fricentur theſaurus pauperum inquit
¶ Curatio ſtridoris dentium in ſomno.
Illud aūt prouenit propter uermes ſtoma
chi ⁊ inteſtinorum. aut propter repletio
nem capitis ita ꝙ ſpaſmus predicit ⁊ peſ
ſimas egritudines ⁊ ſi fuerit ex uermibus
inferius ponetur cura Et ſi propter reple
tionem capitis iniungatur abſtinentia &
vigilie ⁊ exercicium ⁊ purgetur caput ſi-
cut dictum eſt in ſecundo libro ¶ Cura
tio ſtuporis dentium ⁊c̄. vinum calidū
teneatur in ore diu. aut ſal aſſum fricētur
dentes cum portulaca. aut ſemine eius aut
fricentur cum bacis lauri aut radice ariſto
logie longe. aut ſquille teneat ſupra den-
tes auellanas aſſas breuit̄ ualēt oīa q̄ calefa
ciūt dētes ¶ Curatio debilitatis dētiū. ℞.
ſał aſſi. alumis aſſi. cimi aſſi. baccarū lauri

ariſtol᷑. ro. cinamomi optimi. piperis. ℥.
gallaruꝫ aſſatarum et in aceto extinctarũ.
nuciſcipreſſi. añ. puluerizentur et ponan/
tur in ſacculo et fricentur dentes cotidie
uel ingenientur aliĩ modi applicãdi Iſtud
eniꝫ medicamen clarificat dentes et con/
fortat et preparat ꝙ non de facili patian
tur nec a calido extrinſeco nec a frigido.
nec ab acetoſis. neqꝫ cum uidet aliquem
dolere. neqꝫ cum audit ſerrare neqꝫ terre
motum uel tinnitũ magnorum porcorũ
timebit amplius conſolidat et confirmat
et omnẽ fedũ colorem remouet ❡ Cu
ratio ❡ Curatio fedi coloris dentium
abluatur os cum vino decoctionis men/
taſtri et piperis et utatur iſto medicamine
ſiue per modum pulueris aut dentifrigii
et ita de aliĩs modis. ℞. oſſi ſipie. concula
rũ marinarum alb. porcellaruꝫ. ſpume ma
ris. nitri. aluminis ariſtolo. ro. ſal᷑ gemme
radic. uſte canne. ordeum uſtum. ſulfuris
cõbuſti. cinamomi. piperis lon. et ex iſtis
accipiatur vnũ uel multa quia ſumme cla
rificat dentes. expedit igitur dentes mun
dificare ne putrefiant et corrumpantur.
❡ Clarificatio ❡ Intelligẽdũ ꝙ galla
debet eligi uirdis et non perforata qñ ma
gis intendimus ad conſtringendum per/
foratam autem magis eligimus quando
magis intendimus ad deſiccandũ et ideo
quia in paſſionibus dentium magis inten
dimus ad conſtringendum fluxum ideo
debꝫ galla eligi uiridis Sed quia in paſſio
nibus pueroruꝫ ſicut in tinea magis intẽ
dimus deſiccare ꝗ conſtringere. ideo ibi
eligimus perforatas ❡ Iuxta hoc notan
dũ de acero quoniã licet ſit frigidũ tamẽ
competit quia deſiccat et quia penetrat et
quia infrigidat et tunc competit ſi paſſio
eſt calida et cũ hoc competit quia non po
nitur per ſe ſed cũ aliĩs multis reprimen
tibus maliciã eius ❡ Et iuxta hoc notan
dũ de ordeo quoniã licet ſit frigidũ tam̀
eſt ſiccũ ꝫ ita mundificat ꝫ cũ hoc cum
aliĩs ãmiſcetur Secũdo intelligendũ ꝙ dẽ
tes poſſunt eſſe membra conſimilia ꝫ of
ficialia in ſe conſiderata ſunt conſimilia
ſed inquantuꝫ exercent officium anime
ſunt officialia ꝫ cum hoc ratione compo
ſitionis cũ ad compoſitionem dentium
ueniant nerui uilli ꝫ lacerti. Tercio notã
dũ ꝫ eſt mirabile quomodo animalia fle
matica ſicut aper habẽt dentes ita acutos
ſolidos ꝫ eminentes ꝫ tamen ſunt humi
da complexione ꝫ ideo dico ꝙ hoc ẽ ex
fine quoniã natura ſagax cuius ſagacitatis
non eſt finis dedit multa animalibus lo
co armorũ preter complexionem natura
lem ſicut apro dentes acutos ꝫ incuruatos
ꝫ bobus cornua ꝫ equo ſoleas & lepori
leuitatẽ pedũ ꝫ ita de aliis multis

## ❡ Capitulũ xxvii. de paſſionibus ginguiarũ

Paſſiones ginguiarũ ſunt multe
ſicut eſt mollificatio quando ex
qualibet facili cauſa exanguinã
tur ꝫ ſunt hũide hũoroſe ꝫ aduenit aug
mẽtũ carnis ꝫ diminutio corroſio putre/
do cãcer fiſtula ꝫ apoſtẽa ꝫ p cõſequẽs fe
tor rõne putredinis ginguiarũ ❡ Cauſa
❡ Hoc aũt prouenit ſicut dictũ ẽ de aliĩs
paſſionibus dentiũ ꝫ oris. aut a ſtomacho
aut qñ aſcendũt uapores corrupti acetoſi
ꝫ fumoſi ꝫ corrũpũt ginguias aut põt pro
ueire ꝑpter malã cõplexionẽ ginguiarũ
❡ Signa ❡ Signa frequẽter dicta ſunt
ſi a ſtõacho ibi ẽ dolor ꝫ aggrauatio. ꝫ ſi
a capite ſiſr Et ſi cã ẽ cal͞a ſentiẽ calor ru
bedo ꝫ punctura ꝫ ſimilia Si cauſa eſt
frigida ſentitur frigus diſcoloratio mino
ratio doloris ꝫ ſimilia ❡ Pronoſtica
tio ❡ Vlceratio ꝫ corroſiones ginguia
rũ ſi diu durauerint trãſeũt ad cancrũ. ſi
materia eſt ſicca meſica aut in fiſtulã cũ ẽ
hũida ſſatica aduſta ꝫ talia ſunt mala.
❡ Curatio ❡ In paſſionibus ginguiarũ
pticibus obſeruat fiat ſſomia de ceſalica
deiñ fiãt uẽtoſe in collo cũ ſcarificatione.

Deínde fiat de uenís labíorũ· deínde de
uenis que ſunt ſub lingua·deínde ſcarifi/
centur ginguie ⁊ potiſſime cũ augmentã
tur aut inflantur aut putrefiũt aut corrũ
puntur ⁊ fetent ·deinde purgetur corpus
ſm̃ exigentiã hu·⁊ ꝑticule patientis His
uiſis ad ꝑticularia ueíamus·In parua igĩ
mollificatione ⁊ in principiís apoſtematũ
gargarizetur dyamaron cũ croco ·uel bulli
ant in vino ⁊ aceto·galla·ſumac·balauſti·
alumen·fiat gargariſmus·aut miſceantur
cũ melł·⁊ liniantur· aut fiant fricationes
⁊ linitiones ⁊ ſimilia cũ ſale aſſo ⁊ galla
aſſa ⁊ frixa ⁊ poſitis ĩ aceto· Si aũt fuerit
corroſio·putredo cancer fetor aut fiſtula·
procedamus ſic·gargarizetur ⁊ fricetur &
frequenter ex illis diureticis · deinde fiat
cũ oximelle ſquillitico· deinde utatur cuꝫ
íſto medicamine·℞·utriuſq; alũis·ſał co
munis·⁊ aſſentur pſidie·balauſtie·gallarũ
capularũ glandiũ·roſ·radic·ariſtoł·piperis
longi·cinamoi·ſpice nardi· liquir· gũmi
arabici·draganti·puluerizentur iſta ⁊ bul
liant in aceto·⁊ addatur mel· ⁊ conſerue
tur·⁊ gíguie corroſe cancroſe cotidie lini
antur·⁊ precedat ablutio oris cũ vino de
coctionis folioꝝ oliuarũ·⁊ oximelł ſquil
litico·⁊ iſta continuẽtur bis uel ter in die
donec perfecte curetur·Iſtud aũt ꝓculdu
bio curat giguiã mollificatã·corroſaꝫ· pu
tridã·fetidã ⁊ cancroſam ¶ Speciale tam̃
ad cãcrũ·℞·ellebori·ariſtoł·ro·tartari· fil
tri combuſti aluminis aſſi·ſtercoris colũbi
ni·fecis ferri combuſti·gallarũ balauſtiaꝝ
⁊ puluerizentur ⁊ cũ ſuco foliorũ oliuarũ
⁊ melł conficiantur ⁊ ginguía cancroſa il
liniatur Et ſi ulceratio fuerit profundata
⁊ locus fuerit fiſtulatus utatur iſto medi/
camine·℞·calcis viue·utriuſq; arſenici añ
ʒ·ii·uitrioli·uirde eris·añ·ʒ·i·gallaꝝ·pſidie
balauſtie·añ·ʒ·ß·puluerizentur ⁊ conficiã
tur trociſ·cũ aceto ſquillitico ⁊ cũ uti uo/
lueris diſtemperetur unus cũ vino aroma
tico ⁊ inuoluatur tenta ⁊ fiſtule impona

tur Vere iſtud medicamen tante uirtutis
eſt ꝙ mollificat fiſtulam ubicunq; fuerit
tribus ſuppoſitis ꝙ patiens utatur ſubtili
dieta ⁊ ꝙ corpus ſit perfecte mundifica
tũ ⁊ ꝙ medicamen poſſit uenire ad fun/
duꝫ fiſtule· ⁊ ideo quãdo fiſtula eſt incar
nata ⁊ profundata in oſſe mandibularuꝫ
tunc oportet diſcooperire ⁊ locum bene
uidere ⁊ ꝙ proiciatur aqua arſenici diſtil
lata deinde medicamen dictum· deinde
poteſt cauterizari locus cum acu de cupro
quia de his medicaminibus accidit mag/
nus dolor ⁊ ideo oportet mitigare cum
oleo ro·aqua ro·aceto·albumine oui·⁊ ſu
mac·⁊ ideo modo debemus apponere mi
tigatiua modo alia ¶ Cum autem uide/
mus os ſanum ⁊ carnem ſanam deſiſta/
mus ab iſta operatione ⁊ tunc abluatur co
tidie cum vino decoctionis thuris ⁊ mel
lis·deinde regeneremus carnem cum aloe
⁊ mirra·ſarcocolł·⁊ maſtic· thuris·ſang·
dra· conficiantur cum melle ·⁊ particula
patiens cotidie illiniatur ¶ Si autem fue
rit apoſtema ⁊ fuerit ca·gargarizetur de/
coctione plantaginis ·portulac· roſ· pſi
die·balauſtie·gallaruꝫ ⁊ poſſunt cõfici per
talem modum ꝙ fiat illinitio aut empla/
ſtrum aut gargariſmus·⁊ ꝙ teneat diu in
ore Et ſi apoſtema fuerit frigidum adda
tur iſtis alumen aſſum thus·⁊ mel· dein
de maturemus cum farina lentium ⁊ far
na uolatilis molendini ⁊ ſuco yris portã
tis colorem purpureum ⁊ auxungia galli
nacia recenti ⁊ auxungia porcina recenti
⁊ oleo omfacino ⁊ fiat emplaſtrum · aut
vngentum ⁊ ſi apoſtema eſt frigiduꝫ ad
damus olibanum·fenugrecum·ſucuꝫ apiĩ
⁊ mell·et ſi fuerit fetor ex ginguiis poſſu
mus cognoſcere per hunc modum·fricen
tur ginguie cum digito et odoretur digi/
tus et ſi fetet ex ginguiis eſt Secundo ſic
abluatur os cum vino et ſi vinũ feteat ex
ginguiis eſt·fiant igitur ea que dicta ſũt
et ſcarificetur et dimittaſ multus ſanguis

fluere z gargarizetur vinum decoctionis
olibani. gariofili. corticum citri. cinamo
mi. ſpice nar. ſquinanti. z teneantur in
ore pillule facte de alipta muſcata. z ſi cā
eſt calida gargarizetur aqua decoctionis
perſicorum. portulace. uiole. ſandole. z cā
phore. z teneantur in ore pillule facte de
triaſandali. cum aqua roſaruz. z acetoſita-
te citri. ſandali magazir ¶ Clarificatio.
¶ Intelligendum ꝙ ſanguis dragonis eſt
frigide complexionis z habet uirtutem
conglutinandi z impedit aduentum hu
moruz ad locum z temperat alia medica
mina calida z ita poteſt carnem regene-
rare non ex prima intentione. quia talia
ſunt calida z ſicca. ſicut aloe. thus. z mir
ra. ſarcocolla. orobus. ariſtologia. z ſimilia
Sed generat deſiccando. conglutinando
aduentum humorum impediendo calidi
tatem aliorum reprimendo. Et ideo in
vlceribus ubi egemus carnis regeneratio-
ne bene ponimus ſanguinem dragonis.

¶ Explicit tercia particula lilii.

¶ Incipit quarta particula lilii. in q̄a agi
tur de paſſionibus ſpiritualiū z icipimus
a ſquinancia. z continet xiii. capitula.

Capitulū primū de ſquinantia
Capitulū ſecundū de paſſionibus vue.
Capitulū terciū de raucedine vocis
Capitulū q̄rtū de tuſſi.
Capitulū quintū de ptiſi.
Capitulū ſextū de ſputo ſanguinis
Capitulū ſeptimū de empimate z aſmate
Capitulū octauū de difficultate anhelitus
Capitulū nonū de pleureſi
Capitulū decimū de peripleumonia
Capitulū vndecimū de tremore cordis
Capitulū duodecimū de ſincopi
Capitulū tredecimū de paſſionibus ma-
millarū z eſt vltimū capitulū

¶ Capitulū primū de ſquinancia

Circa iſtam materiam intelligen
dū ꝙ uerſus radicez lingue ſunt
duo meatus quorū vnus eſt via
cibi z alter via aeris z appellatur tracea ar
teria z caput eius uocatur epiglotum. via
cibi uocatur mery ſeu yſophagus. via au
tem media inter iſtos meatus appellatur
guttur Sed illa que eſt inter iſtos duos
meatus ad modum digiti uocatur vuula
Sed quedaz caro addita in radice lingue
appellatur due amigdale. Pars aūt anteri
or colli appellatur gula. z eſt ꝓprie via an
helitus. Pars aūt poſterior colli per quam
tranſit meri appellatur ceruix. ¶ Nunc
aūt in his mēbris accidūt multa nocumē
ta z cū hoc anhelitus redditur difficilis
ꝓpter multa z ꝓpter cauſas extrinſecas ſi
cut eſt ariſta z lignū z ſimilia cū itromit
tuntur z caſus z percuſſio ꝓpter que acci
dit diſlocatio ſpondiliū z talis difficultas
anhelitus uel raro uel nūq̄ curatur Et acci
dit difficultas anhelitus ꝓpter debilitatez
uirtutis ſicut i pueris. z accidit ꝓpter mol
lificatiōez neruoꝝ z paraliſiz. z accidit ꝓp
ter ſpaſmū z multa alia conſimilia z tamē
de tali nō agitur hic ſed de illa que accidit
ꝓpter apoſtema gutturis qđ appellat̄ ſqui
nantia ¶ Squinancia igitur eſt apoſtema
gutturis īpediens viā anhelitus z viā cibi
tamē hic nō agitur de nocumētis accidē
tibus in prima digeſtia ſed de nocumētis
accidētibus in mēbro pectoris z toto cli
bano Accidit igitur ſquinantia in lacertꝭ
gutturis z viarū duarū ſiue aīrioribus ſi
ue poſterioribus z ſcḋm hoc ſpecies diuerſi
ficantur qm̄ quedā eſt ſpecies ſquinancie
in qua apparet tumor z rubor ore aperto
Secunda ſpēs ē quando nō poteſt uidere
niſi fortiter cōprimatur Tercia ſpecies eſt
quādo nihil poteſt uideri dato ꝙ fortiter
cōprimatur z tunc latet apoſtema itus in
iſtis viis Quarta ſpecies ē quādo apparet

tumor intus in gutture ⁊ exterius in cer
uice ¶ Cauſa ¶ Cauſaꝝ quedam ſunt
extriſice. q̄dā intrinſice. extriſice ſicut eſt
nimia caliditas ⁊ frigiditas ⁊ inſufflatio
uentorū receptio quorundam fungorum
⁊ quorundam uenenōrū Si ab intus hoc
poteſt prouenire ⁊ ut plurimum propter
repletioneꝫ capitis ⁊ propter reumatiſmū
⁊ prouenit aliquando propter uapores aſ
cendentes a pectore ⁊ ſtomacho . ⁊ toto
corpore Aliquando accidit propter mali/
ciam particule patientis . etiam aliquando
ꝓpter egritudines precedentes quoniam
febris continua aliquando terminaẗ per
ſquinanciam. ⁊ aliquando per freneſim.
⁊ aliquando per apoſtema vuee . ⁊ ita de
aliis ⁊ eſt vniuerſaliter mala criſis ⁊ ſuſ/
pecta Accidit etiam aliquando ex ſangui
ne. aliquando ex colera ⁊ ita de fleumate
⁊ melancolia licet raro de melancolia.

¶ Signa ¶ Rubor. tumor. calor. . do
lor plenitudo pulſus ſignificant saniem
color citrinus. punctura. mordicatio ſigni
ficant coleram. albedo. tumor. mollicies.
modicus dolor. multitudo ſaliue. ſignifi/
cant fleuma. duricies. liuor. ſignificāt me
lancoliam. tarditas afflictionis ⁊ duratio
morbi ¶ In particula autem a qua proue
nit materia ſemper eſt pondus ⁊ aggraua
tio. ⁊ ſi uenerit ex egritudinibus precedē
tibus uel ex cauſis primitiuis illa ſunt ſa
tis manifeſta per iudicia ⁊ per ea que pre
ceſſerunt Signa auteꝫ ſquinancie interio
ris latentis que uideri nō poteſt ſunt iſta
.ſ. conſtrictio anhelitus & quando bibit
aquam regurgitat ad nares & quia oculi
ſunt rubei ⁊ quia lingua eſt rigida ⁊ uox
catulina ⁊ collū rigidū . Signa autem de
monſtratiua ſunt difficultas anhelitus. do
lor apertio oris ¶ Intelligendū circa iſtā
materiaꝫ ꝙ ſquinantia terminatur aliquō
iſtorum quatuor modoruꝫ. quoniam aut
terminatur per reſolutionem inſenſibileꝫ
cuius ſigna ſunt alleuiatio. aut termiatur
ad neruos ⁊ lacertos colli cuius ſignum ē
dolor ⁊ aggrauatio. uox corrupta. pulſus
duricies. aut terminatur ad pulmonem ⁊
ē ſemꝑ mala qm̄ aut cauſat ulcerationē i
pulmōe aut peripleumoniā aut ſuffocatio
nē cuius ſignū tuſſis dolor pectoris. ⁊ dif
ficultas anhelandi. aut terminatur ad cor
⁊ eſt ſemper mala creticatio cuius ſignum
eſt tremor cordis. ſincopis. occultatio pul
ſus. aut ad ſtomachum cuius ſignum eſt
dolor ⁊ uomitus ⁊ poſſet eſſe ad bonum
aut terminatur per ſaniem . ⁊ poſſet eſſe
ad bonum cuius ſignum apparet in ſcrea
tu. Iſta igitur ſunt ſigna permutationis.
Si autem permutetur materia ad ſaniem
ſignuꝫ eſt ꝙ magis appetit ad coperimen
ta ⁊ cū ſanies eſt generata alleuiatur. ſed
hoc non poteſt compleri in quatuor die/
bus ſed bene inchoari ⁊ poſtea compleri.
quoniam omnis ſquinancia terminatur
ut plurimum in quatuor diebus ⁊ ſi trā
ſeat ultra uidetur ut plurimum melanco
lica cuius ſignum eſt quia ſentit ſaporem
inſipidum in ore ¶ Pronoſticatio

¶ Iſta ſunt ſigna mala ⁊ pernecabilia in
ſquinancia. ſ. quando ſquinantia uenit in
febribus continuis in die cretica ſincopis
veniēs difficultas anhelitus ſicut ē deſma
oregimon. difficultas tranſglutiendi . ita
ꝙ reiciat potum per nares. vox catulina .
ita ꝙ videatur loqui cum naribus ſpuma
in ore emiſſio lingue ⁊ frequens motus ⁊
emiſſio ſicut apparet in equo fatigato ſpu
ma in ore color niger ⁊ liuidus in lingua
⁊ oculis ⁊ labiis frigiditas extremitatuꝫ
contractio colli ⁊ ꝙ non poſſet iacere ſu
pra dorſum ⁊ potiſſime in ſquinantia q̄
eſt in viis anhelitus quoniaꝫ quando eſt
in viis cibi accidit plus difficultas trāſglu
tiendi. Aliquando tamen accidit vtrum
ꝙ ſquinantia venit frequenter in uere ⁊
que eſt cum febre eſt magis periculoſa .
Signa autem vitalia ſunt. quies ſomnus.
alleuiatio doloris. boītas anhelitus facilitas

tranſglutiendi z breuiter priuatio malo/
rum ſignorum. ¶ Curatio ¶ Iſta
egritudo eſt multum periculoſa z breuis
terminationis z ideo ſtatim a principio
ſtatim ſuccurrendum eſt z ideo homines
qui de facili incurrunt ſquinantiam cum
ſentiunt ſe repletos debent facere fleboto
miam anteq̃ incurrant. In primis igitur
fiant cristeria. deinde ſi corpus eſt pplecto
ricum fiat flebotomia de ſaphenis eiuſdẽ
lateris. uel de cephalica eiuſdem lateris.
uel de cefalica lateris oppoſiti. vel ad dex
trum vel ad ſiniſtrum Deinde ſi particu
laria conueniant fiat flebotomia de vena
que eſt in fronte. deinde de venis labio/
ruꝫ. deinde de venis que ſunt ſub lingua
z ſi non poſſit tranſglutire fiant uentoſe
in collo z ſub mento. Iſta autem ualent
in omni apoſtemate. prefocatio tamen cũ
conuenientia particularium. ¶ Dieta ſit
talis ꝙ nihil comedat uſq; ad tercium di
em ſi virtus poſſit tollerare z ſi non poſ
ſit ſit cõtentus aqua ordei. aut ydromel.
aut ſiropo acetoſo. aut brodio parue pulle
Poſt diem autem tercium vtatur ordea/
to claro aut pulla trita colata z ita de aliis
ſorbilibus iuxta conuenientiam particula
rium. purgentur igitur partes ſuperiores
cum yerapapauare. aut pillulis cochiis iux
ta conuenientiam particularium. vniuer
ſalibus igit̃ recte ordiatis ad pticularia ue
niamus ¶ In primis fiat gargariſmus ſi
cauſa eſt calida cum dyamoron z modi/
co ſiropo iulep. aut vioſ. aut ſiropo de pa
pauere. aut fiat decoctio in aqua de cori/
andro z ſumac. z galla. z ypoquiſtidos. z
malogranato contrito cuꝫ croco z addat̃
aliquantulũ zuccari z colet̃ z fiat gargariſ
mus Deinde vtat̃ iſtis pillulis. ſub ligua
℞. granorum roſ. ſumac. coriandri. ſan/
guinem dragonis. conficiantur cum mu
cillagine. pſillii. z draganti. facti cum ſi/
ropo nenuphare. z fiant pillule z tenean
tur iñ ore. Vel fiat gargariſmus de oxi/
melſ. & aqua & aceto. & ualet in vtraq;
cauſa. Et ſi cauſa eſſet frigida fiat decoc/
tio de nitro. z alumine aſſ. z maſtice. z
thure. in ydromelle. z fiat gargariſmus.
Deinde fiant pillule quas teneant in ore
℞. maſticis. thuris. paſſularum enucleata.
ſtoracis. caſ. añ. ʒ. ii. conficiantur cũ ydro
melſ. Deinde in cauſa calida circundetur
collum vndique cum lana ſucida inuolu/
ta in oleo de camomillis Et ſi cauſa ẽ fri
gida groſſa uiſcoſa. tunc ℞. ſinap̃. nitri.
ſulfuri. caſtoꝛ z bulliant in oleo. z lana
intingatur z circa collum inuoluatur De
inde poſtq̃ incepit uenire ad augmentum
gargarizet aquam decoctionis fenugreci.
ſeminis lini. paſſuſ. enucſ. ſummitatum
papaueris. caricarum. liquiricie munde.
Et ſi cauſa eſt calida addatur zuccaruꝫ roſ
uioſ. z nenuphare. z ſi cauſa eſt frigida
non oportet addere niſi mel. Item ℞.
olei uioſ. butiri. caricarum. fermenti. dyal
tee. miſceantur. iſtud enim maturat z rũ
pit ſiue intus ſiue extra applicatum per
modum emplaſtri. aut quocunq; modo
applicetur ſiue gargarizando ſiue alio mo
do ¶ Poſtquam autem apoſtema uenit
ad maturationem rumpatur z gargarize
tur oximel diur̃. cum decoctione carica/
rum z fermenti aut ſquille. aut aperiatur
cum digitis z vngue aut cum ferro. z cũ
ruptum fuerit gargarizetur ydromel cuꝫ
vino. z ſi materia eſſet multum groſſa
addatur piper. nitrum cinamomũ. ſinap̃.
Illa autem que ualent a tota ſpecie. ſunt
ſicut dicunt magiſtri noſtri. ſtercus irun
dinum z ſtercus pueri z ſtercus canis co/
medentis oſſa z ſtercus lupi. Iſta enim
debent aliquantulum deſiccari ſupra teſ/
tam z demum puluerizari z in ore inſuf
flari aut decoquatur in idromelſ. z fiat
gargariſmus ¶ Dicunt etiam ꝙ ſi uipera
ſtranguletur cum filo z circuudetur col/
lum infirmi cum illo filo ꝙ multum ua
let Iſta experimenta non ſum expertus.

ſed ea que dicta ſunt feci frequenter &
bene mihi ſucceſſit. Iſta enim ualent in
ſquinancia ⁊ apoſtematibus ſuffocatiuis.
⁊ in ariſta. ⁊ ſimilibus. accipiatur ſpongia
parua ⁊ ligetur cum filo forti ⁊ tranſglu
tiatur ⁊ ſubito extrahatur. idem poſſet
fieri de lardo In vltima autem deſpera
tione aperiatur gula ut poſſit reſpirare &
cum negocium erit completum conſoli
detur. In curatione iſtorum apoſtematuꝫ
non debet eſſe medicus negligens nec
ſomniculoſus quia paſſio eſt acutiſſima.
¶ Clarificatio ¶ Intelligendum ꝙ
ſquinancia poteſt cauſari de melancolia
ſicut pleureſis licet raro quoniam ſquinā
cia eſt morbus breuis terminationis. ⁊
melancolia facit morbum longum ⁊ cuꝫ
hoc melancolia non eſt humor bene cur
ribilis nec bene pectabilis ⁊ ideo raro fit
Poſſibile tamen eſt ſicut dicit Auicenna
licet contrariuꝫ dicat Viaticus. ſed impoſ
ſibile accipit pro difficili ¶ Secundo no
tandum ꝙ ſquinancia fit ut plurimum
de ſanguine ⁊ poſtea de fleumate ⁊ poſ
tea de colera ⁊ raro de melancolia
¶ Et iuxta hoc notandum ꝙ ut pluri
mum fit per viam reumatiſmi. ⁊ per
viam deriuationis. ⁊ ideo fit ſubito.
Tardius autem fit per viam congeſtio
nis ⁊ per aſcenſum uaporum ab inferio
ribus quia talia tarde agregantur & tar
de aſcendunt. ſquinancia autē fit ſubito
¶ Tercio notanda ſunt quatuor circa
iſtam materiam. primum. ſ. ꝙ ad ſquinā
ciā ſequitur febris continua. ⁊ ratio eſt
quoniam licet iſta membra non ſint no
bilia deſeruiunt tamen membro nobili.
⁊ ita habent nobilem operationem. &
quando iſta conueniūt ꝙ febris ſequitur
ſquinanciam tanto deterius ꝓpter diffi
cultatem anhelitus Et in omni ſquinan
cia competit lac quia abſtergit ⁊ mundi
ficat ⁊ maturat niſi timeamus de febre.

ꝙ corrūpatur Secundum ꝙ debemus in
telligere eſt iſtud. ſ. ꝙ ad ſquinantiam ſe
quitur eductio oculorum ꝓpter colligan
tiam quam habet tracea arteria cum lacer
tis oculorum. Tercium quod ſequitur ē
eductio lingue ⁊ hoc propter magnitudi
nē apoſtematis in radice lingue. Quartū
quod debemus intelligere quoniam in
omni ſpecie ſquinancie competunt reper
cuſſiua ⁊ diuretica. ⁊ ſi diceretur nonne
mittitur materia ad membra nobilia. di
co ꝙ non quia multa mēbra ſunt in me
dio ⁊ diſpertitur in multas partes ⁊ me
lius digeritur materia retrofluxa diuiſa
in multas partes ⁊ diſtributa per multa
membra q̄ ſi eſſet collecta in vno ⁊ cum
hoc iſta membra non ſunt emunctuoria
ſicut ſunt aſſelle ⁊ inguina. ⁊ cum hoc
quia in principio non habet tantam ma
liciam iſta materia ⁊ cum hoc quia opera
tio membri nobiliſſimi impeditur. Ex
his igitur patet ꝙ in ſquinancia poſſunt
competere repercuſſiua. aliter enim poſſet
contingere repentina ſuffocatio cum ſit
de peracutis ¶ Vltimo notandum circa
iſtam materiam ꝙ mucillago pſilli ⁊ ci
toniorum vna cum aliis licet ſint frigida
⁊ viſcoſa poſſunt maturare ⁊ rumpere ꝓ
tanto quia faciunt alia adherere ⁊ carice
⁊ fermentum maturant ⁊ rumpunt. Si
auteꝫ apoſtema eſſet in exterioribus. calx
viua cum ſapone iudaico rumpunt ⁊ ſi
ſapo mollis inueniatur albus tanto meli
us Et ſi poſſumus accipere ſaponem durū
album ultramarinum: ⁊ miſcere cū oleo
laurino ⁊ erit molle ⁊ albū

¶ De paſſionibus vuule

Vula habet quinque iuuamenta
primum quoniam preſeruat a
fumo ⁊ puluere ꝙ non uadant
ad pulmonem. Secunduꝫ eſt quia alterat

ibi aer ⁊ calidus ⁊ frigidus antequam ua
dat ad pulmonem ⁊ cor. Terciuꝫ eſt quo
niam ualet ad informationem uocis &
iſta ſtat ſup̄ foramē anhelitus ſicut digi/
tus fiſtulatoris ſupra foramē fiſtule Quar
tum iuuamentum quoniam quando ho/
mo loquitur ſtat ſupra meri ne aer ingre
diatur ad ſtomachum . ⁊ quando homo
comedit ſtat ſupra viam anhelitus ne ci/
bi ⁊ potus uadant ad pectus ⁊ ideo non
eſt bonum comedere ⁊ loqui ſimul Qui
tum eſt quoniam preſeruat ne materia
reumatica deſcendat ſubito ad pectus ⁊
ſtomachum quoniam ibi remanet aliquo
modo ⁊ ſentitur ⁊ tunc expellitur cum
ſcreatu . Et ideo ille qui amiſit vuulam
amiſit iſta quinqꝫ iuuamenta ⁊ pro tan/
to non poſſunt pati nec calorem nec fri
gus nec ſitim ymo leduntur de facili a
quacunqꝫ cauſa ⁊ ideo plurimum ptiſici
moriuntur ¶ Caueant igitur ſibi qui in
ſanitate faciunt ſibi incidi vuulam ut me
lius cantent quoniam ſine dubio cum in
ſtrumentis uocalibus nunq̄ facient pul/
chram operationem Vigilate itaqꝫ Vuu/
la autem aliquando relaxatur ⁊ cadit in/
ferius ⁊ impedit viam cibi ⁊ anhelitus .
Aliquando etiam apoſtematur ⁊ modi/
ca materia ualde ſufficit ad ſui apoſtema/
tionem ⁊ ſicut apoſtematur vuula ita ⁊
due amigdale que ſunt in radice lingue .
Cauſe ſunt nec plus nec minus . ſicut dic/
tum eſt capitulo de ſquinantia. ¶ Signa
etiam ſunt eadem cum ſignis predictis.
¶ Pronoſticatio ¶ Ypocras docet pro
noſticari Vuulam tumentem ⁊ rubentē
timendum eſt incidere ⁊c̄. Timor eniꝫ
eſt quītuplex Primo quia timendum eſt
de nimio fluxu qui non poſſet reſtringi
Secundo quia ſi non fuerit matura ex
hoc accideret magnus dolor ⁊ ideo cur/
runt humores ⁊ magnificāt apoſtēa Ter
cio qm̄ ſi amittatur pars ſbē vuule amit
tit quicqꝫ iuuamenta q̄ hꝫ naturalr̄ Quar
to ꝙ ſi materia uadat ad pulmonē timen
dū eſt de ptiſi aut peripolmonia ⁊ ita de
aliis . Quinto quoniam ſi uadat ad ſto/
machum timendū eſt ne cauſet ibi nocu
mentuꝫ . vigilate ergo. ¶ Curatio.
¶ Curatio fere eſt eadem cum ſquinan/
cia In primis igitur fiant criſteria. flebo/
tomie. uentoſe. purgationes ⁊ ſimilia que
dicta ſunt ſuperius iuxta conuenientiam
particulariuꝫ ¶ Corpore autem mundifi/
cato repercutiatur materia cum dyamo/
ron ⁊ aqua calida. aut decoquantur in aq̄
galle. ſumac. pſidie. ⁊ ponatur ibi modicū
aceti ⁊ fiat gargariſmus . ⁊ ſi cauſa eſt fri
gida addamus alumen aſſuꝫ. ⁊ ſal aſſum
maſticē. thus. ⁊ mel. ⁊ ſi propter ſtiptica.
aut propter alia talia apoſtemata fuerit ni
mis indurata mollificentur ſic. ℞. pſillii.
draganti. gūbi arabici. fenugreci. ſe. lini.
ſe. malue. ordei. conquaſſentur om̄ia iſta
preterq̄ pſilliuꝫ. ⁊ fiat mucillago in aqua
calida ⁊ exprimatur ⁊ iſto poſſumus uti
multis modis ſiue intus ſiue extra. primo
ꝙ illiniantur partes indurate frequenter
cuꝫ pluma. aut ꝙ iſte mucillagines bulli/
ant in aqua calida ⁊ fiat gargariſmus aut
deſiccentur ⁊ ꝙ fiat puluis ⁊ ſuffletur in
tus uſqꝫ ad locum poſtea diſſoluamus ſic.
bulliat yſopus ⁊ radix lilii. in oximelle
ſquillitico ⁊ fiat gargariſmus ⁊ cum hoc
bulliat ſucus acrimonie ⁊ centauree in
oleo laurino . ⁊ intingatur lana ſucida
⁊ inuoluatur colluꝫ. ⁊ ſi fuerit caſus vuu
le cuꝫ febre gargarizetur dyamoron cum
aqua calida. aut bulliāt ro. mirtilli. ſumac.
galle. in aqua cū aceto. ⁊ fiat gargariſmus
⁊ ſi ē ſine febre. ⁊ dolore. ⁊ calore. adda/
mus iſtis . ſ. ſal aſſuꝫ. ⁊ alumen aſſuꝫ ⁊ ſal
armoniacuꝫ ⁊ gallamuſ. ⁊ fiat gargariſ/
mus In primis autem fiat ex iſtis illini/
tio cuꝫ pluma ⁊ inuoluatur collum lana
ſucida cuꝫ oleo de camomillis. ⁊ fricetur

caput z claudātur cōmiſſure ꝑtis anterio
ris cū thure z pice. z ꝓſeruentur oīo a reu
mate z exhibeantur exſiccatia ſicut ſunt
vigilie z minoratio cibi z potus. licet nō
poſſit deglutire. deſiccetur igit̄ hūiditas
ſuꝑflua ipſius vuule q̄tū erit poſſibile Ad
ſciſſionē igitur vuule veniamus. qñ vuu
la eſt gracilis uerſus radicē. ſ. in palato ſu/
periori z eſt groſſa iferius z nō eſt rubea
ſed vergit ad quādā albedinē z hu. mor
tificatur z ſigna maturitatis apparent z
corpus eſt mundificatuꝫ z eſt tanta groſ
ſicies ꝙ timendū eſt de ſuffocatione tunc
ſi aliqua hora incidendi eſt incidatur. cō
primatur igitur lingua z vuula cū forfici
bus incidatur. ſ. quantū augmentata eſt
preter naturā z ſi abſcinderet in ꝑua q̄ti
tate nō haberet iuuamentū z ſi in nimia
quantitate magnū nocumentū. mediocri
tas uero conſeruetur vel poteſt hoc fieri
cū tenaculis illis cū quibus abſcinduntur
dentes. Secundo modo poteſt abſcindi ꝑ
hūc modū. ℞. aſe fetide. arſenici. vitrioľ
ſalis ar. atramenti. aluminis. z fiant pille
cū aceto ſquillitico. z ingeietur cū aliquo
inſtrumento ꝙ poſſit applicari vuule per
vnā horā z cū incipit denigrari iā ſuffi
cit quia ifra tres dies cadet. Tercio modo
operamur ſic reſtaurator percutiat vuulaꝫ
cū flebotomo. in parte illa in qua maior
eſt maturatio z ideo ſanies z ſanguis exi
bunt Quarto modo ſic Accipe acum cū
ferro z ponatur in igne donec ſit bene
candens z cauterizetur locus. ſed caue z
fac ut acus tranſeat per calamuꝫ de ferro
ne partes vicine ledantur z acus ſit ſic fi
gurata ꝙ poſſit compleri operatio Nunc
autem debet patiens tenere os apertuꝫ ut
ſanguis z ſanies fluant ad exteriora z ſi
fluerent ad pectus mundificentur cum
tuſſi. z ſi ad ſtomachum cuꝫ vomitu aut
ſeceſſu. poſt hoc autem gargarizetur iſta
decoctio. ℞. yreos. yſopi. capillorūꝫ uene
ris recentiuꝫ ordei. decoquantur in ydro
melle. z tunc recipe duas partes huius de
coctionis z terciā oximel. diuretic. z fiat
gargariſmus z frequenter Si autem uelle
mus abſcindere apoſtema qđ eſt in amig
dalis tunc eleuetur cum vncino z eſt ca/
uendum ne auferatur tota pellicula quia
periculum eſſet amittere humiditatē ſali/
uarem. ¶ Clarificatio. ¶ Intelligē
dum ꝙ vuula magis declinat ad viam
anhelitus q̄ ad viam cibi cuius ratio eſt. ſ.
ut preſeruetur pulmo a nocumentis quo/
niam mēbra pectoris non habent aliud
foramen per quod poſſint mundificari
. ſ. quā traceam arteriam. ſed ſtomachus
poteſt mūdificari per ſuperiora z inferio
ra Conſeruāda eſt igitur vuula ne abſcin
datur quia qui eam amiſit pulchrum uo/
cale amiſit ¶ Secundo notanduꝫ ꝙ via
anhelitus. ſ. tracea arteria declinat magis
uerſus anterius z via cibi ſiue meri ma/
gis uerſus poſterius Et eſt duplex ratio
vna quoniā pectus declinat magis anteri
us z ſtomachus poſterius quare oportuit
ꝙ meatus cuiuſlibet declinaret uerſus par
tes ſuas Secunda rō q̄m anhelitus eſt ma
gis neceſſarius q̄ cibus z ideo oportuit ꝙ
via ſua eſſet rectior que eſt anterius. via
autem cibi ē magis tortuoſa z ꝙ non eſt
tantum neceſſaria ideo fuit poſterius col/
locata ¶ Secundo notanduꝫ ꝙ via cibi ē
magis dilatabilis q̄ via anhelitus ꝙ ſubti
liora ſunt illa que tranſeunt per traceā z
pro tanto fiunt cartilaginoſa Illa aūt que
tranſeunt per meri ſunt groſſiora et aliqñ
etiā tranſglutitur magnus bolus et niſi il
la via fuiſſet dilatabilis tūc ſequeret̄ ſuf
focatio ¶ Quarto conſiderādū ꝙ ea que
aſcendunt a ſtomacho magis nocent ſuis
viis. ſ. meri q̄ illa que aſcendunt a pecto
re quia huiuſmodi ſunt ſubtiliora z ma/
gis digeſta z tracea non eſt ita paſſibilis
cū ſit dura anuloſa cartilaginoſa. ¶ Qui
to notanduꝫ ꝙ tracea dilatatur z magni
ficatur naturaliter circa tempus pubeſcēdi

quare imutatur vox naturaliter dato ꝙ non coyret ſed ſi coeat ſeu ſupponat maniſeſtius imutatur cum coytus violenter faciat ad augmentum cuꝫ vox; imutatur naturaliter ſecundũ latitudinem aut ſtricturam canne ꝫ ſecundꝫ virtutem forteꝫ ꝫ debilem .ut G.in tegni. Vltimo notã dum ꝙ ſi radix vue eſſet groſſa ꝫ caput acutuꝫ tunc non eſſet ita timendum de ſuffocatione quia vie non ita claudentur ꝫ íõ nõ ẽ via incidere ſed quando radix uidetur gracil᷑ per comperationem ad caput ſuuꝫ tunc claudit ꝫ oppilat ꝫ impedit vias ꝫ tunc ꝓpter timorem ſuffocationis eſt incidenda aliter non ꝫ quomodocũꝗ fiat eſt magnum periculum

¶ Sequitur capitulum de raucedine uocis.

¶ Capitulum tercium de raucedine uocis.

Vox eſt nobiliſſima actio voluntaria ex nobiliſſima actione anime procedens.ſ.ex motu agitationis ꝫ dilatationis hec ſunt que legunt̃ a G.in ſuo libro de uoce materia aũt uocis ẽ proueniens a pulmone tranſiens per traceã arteriã percutiens cartillaginẽ epigloti. Principiũ autem uocis eſt in epigloto quoniam uenit aer a locis amplis ad loca ſtricta. ¶ Cauſa vero efficiens eſt virtus mouens lacertos pectoris ꝫ epigloti. ſecundum dilatationes ꝫ conſtrictiones Cauſa formalis ꝫ per ſe eſt vuula retinẽs aerem ſicut digitus retinet in fiſtula .vnde in informatione vocis vuula eſt per ſe ꝫ alia ſunt iuuamenta ſicut lingua palatum dentes ꝫ labia ꝫ ita de aliis. Cauſa finalis eſt explicatio conceptus .bene igiẽ dictum eſt vox eſt nobiliſſima actio ꝫc̃. Huic autem actioni adueniunt tria accidentia ſicut aliis actionibus quoniã vox aut aufertur.aut minoratur aut corrumpitur quando aufertur patet quia tunc nõ eſt vox.ſed minoratur ſicut cum aliquis loquitur cum quadam difficultate. ſicut patet in raucedine ꝫ voce tremula ꝫ pauca ꝫ aſpera ꝫ ita de aliis quorũ cauſe ſunt morbi officiales conſimiles ꝫ comunes

¶ Cauſa ¶ Corruptio uocis aut prouenit ex cauſis extrinſecis ſicut eſt puluis fumus ventus borealis cũ venit ſubito poſt auſtralem ꝫ econuerſo ꝫ comeſtio multarũ rerũ ſalſaruꝫ acutarum acetoſ᷑. ꝫ prouenit ex debilitate virtutis ſicut decrepitis ꝫ pueris ꝫ conualeſcẽtibus prouenit etiã ex caſu ſeu percuſſione colli. ꝫ nuche & ſpondilium ꝫ neruorum procedentium

ex eis z breuiter de nocumento omniuꝫ
illorū que faciunt ad informationem uo
cis Si autem ſit ex cauſis intrinſecis tunc
accidit corruptio z nocumentum in uoce
ꝓpter nocumenta cerebri z colli z nuche
z pectoris z ſtomachi z omniū mēbroꝝ
uocalium ſicut eſt pulmo tracca epiglotus
vuula lingua palatum ſuperius z inferius
labia z dentes z uenit ſpecialiter raucedo
ꝓpter nocumentū lacertorum dilatātiuꝫ
epiglotuꝫ ſecundū G. in libro de voce &
ſecūdū Auic. euenit eni corruptio in uo/
ce ꝓpter malā complexionē calidā ſiccam
hu. z fri. ¶ Signa ¶ Signa ſunt ſa/
tis manifeſta ꝓpter leſionē mēbroꝝ. qm̄
ſi a cauſis extrinſecis diſcernitur ꝑ iudi/
cia patientis aut aſtātiū z ſimiliū z ſi fue
rit a capite ē cū minoratione alioꝝ ſignoꝝ
aſ ſenſuū z grauitate capitis . z ſi ex col/
lo diſcernitur ex grauedie ipſius. et ſi a pec
tore ſimiliter. ſi ex ore diſcernitur ꝑ nocu
mēta illarū partiū . et ſi ex epigloto diſcer
nitur ex priuatione alioꝝ . et ſi fuerit ex
calido uox eſt magna. ſi ex frigido parua
ſi ex ſicco aſpera. ſi ex humido tūc ſi hūi/
ditas ē magna cātur raucedo. ſi maior tūc
cātur uox tremula. et ſi maxia tunc cātur
ſeu aufertur uox ſicut in paraliſi lingue.
et mēbrorū uocaliū ¶ Corrūpitur igitur
uox ꝓpter ſpaſmū repſonis et inanitionis
et ſimiliū. ſm̄ igitur fortitudinē et debili
tatē ſm̄ hoc adueniūt diuerſa nocumēta
in uoce aut ablationis. aut minoratiois
aut corruptiois ¶ Pronoſticatio Cor
ruptio uocis ꝓpter nocumenta nuche col
li et ſpondiliū et neruoruꝫ dilatantium z
ita de aliis nocumentis que ueniunt a par
te poſteriori ſicut eſt diſlocatio caſus et ꝑ
cuſſio malum vix eniꝫ aut nunq̄ curatur
¶ Raucedo in ſenibus nunq̄ curatur niſi

eſſet ualde nouella. Raucedo poſt vnum
annuꝫ non recipit curationem Raucedo
ex reumate nunq̄ curetur niſi reuma pri
us curetur Cum aliquis eſt reumaticus z
raucus et flebotomatur vix aut nunq̄ cu
ratur ¶ Curatio ¶ Tria ſunt que
competunt in omni raucedine Primum
ſunt ficus ſicce et debent aſſari donec in/
cipiant ſudare et ſtatim comedi . Secund̄
ē caulus ſiue ſucus ſiue herba ſiue brodiū
uel per modū electuarii conditi. Terciuꝫ
eſt pedes animalium et potiſſime vaccaꝝ
Si autem raucedo ſeu uocis imutatio ue/
nit ꝓpter laborem clamorem et uociſera/
tionem aut ꝓpter nimiam ſiccitatem tūc
iſta competunt. ſ. vitelſa ouorū tremulo/
rum lac. butirum ſine ſale. malue. atripli/
ces. oleum violatuꝫ. oleum ſiſaminū. oleū
amigdalarum dulciuꝫ ſiue intus ſiue ex/
tra applicatuꝫ . valet etiam dragantū. ami
duꝫ. penide. vue paſſe mundate. feſtuce.
pinee. piſces recen. ſquamoſi et de aquis
mundis. iuſcella z omnia ſorbilia Accipe
malum granatum dulce z decoquatur in
ter prunas z remoueatur cortex z coletur
z colature addatur zuccarum z ſorbeat.
competit etiam ſomnus quies z ſimilia
huiuſmodi humectantia corpus Si auteꝫ
inmutatio facta fuerit propter debilita/
tem alias caliditatem ſi corpus eſt plecto
ricum fiat flebotomia . z ſi habundet in
vno humore purgetur cum caſſia. z man
na. z vtatur dyapapauere. zuccaro roſ. &
violſ. z dyadraganto. z dyapenid̄. facto
cum ſpeciebus calidis z vtatur candidis.
z penidiis. cucurbita. z melonibus. portu
lac. z ordeo z lacte amigdola . z ſimili/
bus frigidis. Si autem uox inmutetur ex
cauſis frigidis vtatur dyairis. dyaiſopo
dyacalſ. origano. calam̄. z ſimilibus. Nūc

autem de raucedine ſpecialiter dicamus.
quia raucedo proprie uenit ex humido ⁊
frequentius aduenit q̄ alie uocis immuta
tiones ideo hanc curam diligentius proſe
quamur ⁊ quia plurimuȝ venit cum reu
mate ideo in primis ſuffumigetur caput
cum nigella. ⁊ ſacelletur cum milio. ⁊ ſa/
le aſſis. ⁊ teneat iſtas pillulas in ore. ℞.
ſtoracis. calͣ. ambre. maſticis. thuris. liquiri
cie munde. paſſularum enucleatarum. dra
ganti. gumbi arabici. ⁊ fiant pillule ⁊ con
ficiantur cum ydromelle. Reumate cura
to vtatur cubebis qualibet die ⁊ nocte.
mane ⁊ ſero. ſine omni miſericordia ſi/
cut ſi eſſet ludus puerorum. etiam iniun
gatur paruitas cibi & potus & eiuſdem
ſubtilitas ⁊ vigilie multe. vitet omne bal
neum ⁊ fomentationem ⁊ vitet omnia
ſalſa. ⁊ acuta. ⁊ acetoſa. ¶ Et ſi iſtis con/
tingat vti ratione curationis addantur
ſemper lenitiua. ſicut ſunt vue paſſe. dat/
tili. ficus ſicce. pinee. ⁊ ſimilia. Idem vta
tur iſto medicamine. ℞. zuccari conditi.
piperis longi. cubube. pulueris calamenti
añ. ℥. ſ. caricarum. paſſularum enucleata/
rum. pinearum. fiſticorum. añ. ʒ. ii. pul/
uerizanda pulueriȝentur. ⁊ conquaſſanda
conquaſſentur. ⁊ fortiſſime miſceantur
cum modico mellis ſuper cineres calidos
diu agitando ⁊ fiat conditum. quo vta/
tur frequenter in die. lambendo diu in
ore tenendo. ¶ Et iſtud medicamen re/
puto ualde bonum Nihilominus poteſt
digeri materia frigida ⁊ humida per hūc
modum. ⁊ ualet in omni paſſione pec/
toris de cauſa frigida ⁊ humida. ſicut in
raucedine. ⁊ aſmate. ⁊ tuſſi. ℞. radic. yre
os. lilii. ſquille. yſopi. origani. calamenti.
añ. ℥. ii. ſiſemel. fenugre. paſſularum enu
cleatarum. caricarum. fiſticorum. pinea/
rum. dattilorum pinguium. amigdolarū
munda. iuiubarum. ſebeſten. añ. ℥. i. mell
libr. i. fiat ſiropus. lib. i. ⁊. ſ. ¶ Materia
digeſta purgetur ſic. ℞. yerapapaueris. ʒ.
iii. yeralogodii. ʒ. ii. bdelli. pulpe colequin
tide. añ. g̃na. vi. miſceantur ⁊ fiant pil/
lule. ¶ Item gargarizet cotidie ydromel.
aquaticum cum oximelle ſquillitico. Et
quia diuerſitas particularium eſt multa
ualde ideo adhuc iſta medicamina ſub/
iungamus que multum valent in omni
paſſione pectoris de frigida cauſa ⁊ hu/
mida ſicut dictum eſt de medicamine
precedenti ⁊ ideo ſere iſta medicamina re
plicabuntur in capitulo de aſmate. ſeu de
difficultate anhelitus. ⁊ capitulo de tuſſi.
duȝ tñ materia fuerit frigida ⁊ humida.
¶ Primum eſt tale. ℞. trium generum
piperum. cubebarum. cinamomi añ. ℈. i.
fenugreci. ſeminis lini aſſi. maratri. pine/
arum amigdolarum dulc. liquiricie mun/
de. caricarum. paſſularum enucleatarum.
iuiubarum. ſebeſten. añ. ℥. i. condiatur cuȝ
elleboro lento igni. ⁊ ſumatur lamben/
do. Item ſecundum medicamen quod
valet in materia frigida ⁊ humida ⁊ reu
matica. ℞. ambre ſtoracis. calamenti. maſ
ticis. thuris. añ. ʒ. i. draganti. gumbi arabi
ci. infuſorum in ydromelle. mirre. liqui/
ricie munde. paſſularum enucleatarum.
caricarum. añ. ℈. i. conficiantur cum ydro
melle. ⁊ fiant pillule ⁊ teneantur in ore.
Terciū medicam̄. ℞. mirre. oliba. añ. ʒ. i.
pulueriȝentur ⁊ ſumāt cū ouo ſorbili ſiſr
ualet puluis calamenti cum ficubus ſiccis
valet etiam ius galli antiqui cocti cum
polipodii. añ. ⁊ yſopo ⁊ paſſulis enucleatiſ
Item vltimū medicamen quod ualet in
deſperatione cū materia eſt multū hūida
⁊ nō habemus aliā viaȝ. ℞. pipis. cubeba

tũ.mirre.coſti.ariſtol᷑.caſſiel᷑.ſiſel᷑.mara/
tri.añ.ʒ.i.arſenici.ſulfuris.citrini.aſe fe
tide.añ.ʒ.5.conficiantur cũ ſepo ircino.z
vitello ouoꝝ.z fiant trociſci z deſiccenť
in vmbra z cũ vti uolueris ponať vnus
ſuper carbones z recipiat fumũ ore aper
to et ſi ex iſta ſuffumigatione exaſpereť
guttur gargarizet frequenter ydremel z
vtať paſſulis enucleatis dattulis et fiſticis
Cibus autẽ farinaceus ſit iſte.farina tritici
cocta in furno et fabarũ et rizi.et fenu/
greci.et lupinoꝝ.et ciceꝝ.et colatura fur/
furis et amigdal.et ſit hoc frumẽtũ groſ
ſiter fractũ et quodlibet iſtoꝝ poteſt codiri
cũ lacte amigdal.aut caprarũ.aut brodio
carniũ Si aũt raucedo fuerit ab apoſtema
te vtatur vino dulci et aliis ſicut dictũ ẽ
et ſi ex vua et aliis curetur illa prius. Et
ſi fuerit ex mala cõplexione calida ſine
materia.vtatur iſtis pilſis que ualẽt in ſiti
ardore.aſperitate.et ſiccitate.et ſilibus ℞
pſillii.ſeminis citoioꝝ.draganti.fiat mu
cillago in aqua ca.et exprimať per pãnũ
tunc ℞.q̃tuor ſeminũ fr̃oꝝ mundatoꝝ.
ſe.lactuc.portulac.liquir.papaueris albi.
candi.penidiaꝝ.pinearũ.paſſul᷑.enucl᷑.cõ
ficiantur cũ predicta mucillagine.et fiãt
pilſe pue aliquantulũ extenſe et teneanť
ſupra linguã et in faucibus valent ad di/
gerẽdũ et alterandũ materiã calidã ꝙ poſt
ſequeretur euacuatio et ita ualent ante &
poſt ❡Clarificatio ❡Intelligenduꝫ
ꝙ hũiditas temperata et equalis facit uo/
cẽ equalem et lenẽ et ſi excedit facit uo/
cẽ raucã vnde ſicut caliditas excedens fa
cit uoceꝫ magnã.et frigiditas paruã.et ſic
citas aſperã.et virtutis debilitas tremulaꝫ
ita hũiditas ꝓprie cauſat raucã et raucedo
proprie nõ cauſatur niſi ex humido ſuper
fluo niſi largo modo accipiamus raucedi/
neꝫ omnẽ vocis aſperitatẽ et inequalitatẽ
humiditas aũt ſuperflua cũ uadit ad epi/
glotuꝫ relaxat z mollificat neruos z lacer
tos epigloti z ꝓprie dilatationis z ita cau
ſatur raucedo ❡Studeamus igitur conſu
mere omnẽ illam humiditatem ſuperflu
am cuꝫ applicatiõe ſex reruꝫ non natura/
lium ſicut eſt aer ſiccus ſiue per naturam
ſiue per artificium z ſic de aliis ❡Secun
do notandum ꝙ humiduꝫ cauſat rauce/
dinem z curat raucedineꝫ.humiditas enĩ
ſuperflua intrinſeca inbibita cauſat rauce
dinem Sed humiditas ab extra leniendo
z deſiccando z temperando curat z cum
hoc abſtergendo ſicut eſt dyadrag̃.gũbi
arabicũ.z ſimilia.humiditas igitur interi
or inducit aſperitatem lauando vnaꝫ par
tẽ ſupra alterã z remouet ſoliditatẽ natu
ralẽ molliendo z ideo cauſat uocem ineq̃
lem z raucaꝫ Sed humiditas exterior po
tiſſime q̃ eſt abſterſiua z mollificatiua aſ
mũdificatiua talis eniꝫ leit rarificat z ap
planat z facit ad hoc ut aer equaliter per
cutiatur z ideo cãpana que eſt iuxta aq̃s
habet molliorem ſonum ❡Tercio notã
dũ ꝙ licet humiditas reddat uoceꝫ raucã
tñ non propter hoc ſiccitas clarificat imo
reddit uoceꝫ aſperã cũ excedit.z ideo in
curatione raucedinis cũ ſiccis ſemper ap/
ponimus humida lenificatiua Siccitas au
tem tẽperata reddit vocem ſonoram ꝙ
aer tranſit equaliter z reuerberat. Nocet
igitur in exceſſu ſiccuꝫ z ideo tibicinato/
res proiciunt aquas tubis ſuis z nocet etiã
humidũ ſuperfluum eis z ideo viola ſeu
zaramella cuius ligınuꝫ inciſum fuerit in
plenilunio nunq̃ erit bene ſonora ꝓpter
nimiam humiditatem quam acquirit
❡Quarto notanduꝫ ꝙ quando accidit
raucedo ex nimia humiditate ſanguinea
bene poteſt tunc competere flebotomia.
ſed qui facit in alio caſu nimis infrigidat

z fluxž prouocat z ita inducit perpetuaž raucedinež ¶ Quinto notanduž ꝙ ſi raucus fleumaticus accipiat aquaž calidaž confert. z ratio poteſt eſſe iſta quoniaž aqua calida ratione actualis caliditatis lenit & poros aperit z facit ad hoc ut materia exaletur z digerit etiaž materiaž fleumaticã in ſtomacho ſecundũ Auic. ¶ Sexto notanduž ꝙ doctores qui alta uoce legunt z homines qui fatigant ſe in loquendo z uociferando frequenter incurrunt raucedinež quoniaž ratione laboris incurrũt laborež z caliditatež z ita trahitur materia humida aquoſa ad epiglotuž z cannaž In omni igitur morbo diligenter conſiderantur cauſe z cuž omni ſollicitudine abſcindantur. ¶ Septimo aduertenduž ꝙ calidum per ſe deſiccat humiduž cõſumendo. ſed per accidens humectat leniendo diſſoluendo z liquefaciendo in materia parata. frigida autež humectant conſeruando adunando per accidens autem frigiduž deſiccat conglutinando congegelando indurando putrificando. z cuž hoc alio modo. quoniaž omnis mala cõplexio z omnis error virtutis digeſtiue maturat z deſiccat niſi error virtutis aſſimilatiue. ſecunduž G. in tercia particula de morbo. frigiduž autem per hunc moduž poteſt exiccare. non eſt igitur inconueniens eundež effectuž fieri a diuerſis agentibus quoniaž vnus effectus introducitur per ſe alius per accidens.

¶ Capituluž de tuſſi

TVſſis eſt motus virtutis naturalis expulſiue ſuſcitatus z iuuatus per animalẽ ſenſibilẽ z motiuaž z eſt motus ſecunduž diſpoſitionež naturalež circa ſpiritualia conans ad expellẽdũ nociua ¶ Intelligendum ꝙ ſicut ſternutatio eſt motus cerebri naturalis nõ morbi ita tuſſis in pectore eſt motus nature z non morbi. Modus autem eſt iſte ꝙ cum aliquod nocumentum canne z canalibus pulmonis aduenit tũc virtus animalis ſenſibilis ſentit id nocumentum z ſuſcitat uirtutem expulſiuam naturalem naturalis autem ſuſcitata z adiuta per motiuam animalem velaminuž z totius clibani forti impetu permiſcet materiam z permiſcere intendit illam vidž que ẽ in canna vel canalibus cum aere & cum impetu expellit ad exteriora z expellere conatur z talis conatus z motus appellatur tuſſis ¶ Cauſa ¶ Cauſa autem huius motus poteſt eſſe omne illud quod in canna z cãnalibus pulmonis inducit nocumentum. iſta autež ſunt quedã ab intra quedam ab extra. ſi ab extra ſicut puluis z fumus z cibus acetoſus. aut ſalſus. aut uẽtoſus. aut iportune ſumptus idueẽs gutturi offendiculuž ut aer corruptus z febris peſtilentialꝭ z ſimilia. Si ab intus ſicut liquor aliquis deſcendens a capite infundens cannã z cãnulas per viã reũatiſmi. ꝓuenit ẽt a ſtomacho ꝙ mali fumi uadunt ad cãnas. aut cõprimit ſpiritualia z eodẽ mõ fit ab epate z ſplene z aliis. Si aũt fuerit ꝓpter vicia totius clibani tunc aut hoc eſt ꝓpter malã cõplexionẽ ca. fri. hu. z ſiccã. ſimplicẽ uel cõpoſitam. cũ materia aut ſine. ſicut eſt ſanguis. coſa. fla. meſia. ſ; raro ſm Auic. põt aũt prouenire ꝓpter apoſtẽa pleureticũ uel pipolmoniã aut ſanies aut ulcus. aut aquoſitas. aut fe. totius z ſiſia. ¶ Signa ¶ Signa aũt cãrũ extrinſecarũ ſunt manifeſta. aut ꝓpter ſui manifeſtationẽ. aut iudicio patientis aut aſſiſtentiũ. Signa capitis ſunt iſta. aut ſigna reũatis z grauedo capitis z ſputũ cũ ſcreatu z ꝙ ſentiẽ aliqd deſcendendo ad cãnã. Signa ſtomachi ſunt dolor loci z alia que ſignificant paſſiones ſtomachi q̃ dicenẽ ſuo loco. Signa aũt epatis z alioꝝ membroꝝ inferiorum ſunt dolores iſtorum locorum. z grauedines. z ſigna ſuarũ paſſionum que dicentur ſuo loco.

Si autem prouenerit a pectore tunc apoſ
tema et ſanies habent ſua ſigna que etiaȝ
dicentur ſuo loco Si autem venerit prop
ter malas complexiones tunc ſi caliditas
eſt in cauſa eſt cum calore et punctura et
quia leditur a calidis et iuuatur a frigidis
et ſi a frigore ſunt ſigna contraria . et ſi a
ſiccitate cum priuatione ſputi aſperitate et
ariditate. et ſi ab humiditate eſt cum qua
dam lenitate ſeu humiditate et cum qua
dam mollificatione. et ſi ex ſanguine eſt
ſputum rubeuȝ cuȝ dulcedine oris et aliis
ſignis ſanguinis . Et ſi a colera eſt quod
expuitur citrinum cum ſiti et amaritudi
ne oris et aliis ſignis colere . Et ſi eſt a
fleumate eſt cum acetoſitate humida et
ſputo multo et aliis Et ſi a melancolia eſt
cum acetoſitate ſtiptica et ſputum uergit
ad liuorem et groſſiciem ¶ Et intelligen
dum ꝙ ſputum retinetur uel tuſſis eſt ſic
ca a qua parū uel nihil egreditur aut quia
fit ab aliqua malarum complexionum ſi/
ne materia et potiſſime a ſicca aut quia
fit tuſſis ꝓpter complexionem dyafratis
et ſpiritualium ſiue ab intus ſiue ab extra
ab intus ſicut propter ſtomachū. aut epar
aut ſplenem. aut matricem . Si ab extra
ſicut ē caſus aut percuſſio aut aliqua frigi
ditas aeris conſtringentis aut vngento/
rum et ſimilium. Tercia cauſa poteſt eſſe
groſſicies aut viſcoſitas materie non ha/
bentis exitum . Quarta cauſa poteſt eſſe
nimia ſubtilitas quaȝ refugit natura quia
eam comprehendere non poteſt ut aquo
ſa ſubtilis. Quinta cauſa poteſt eſſe vir
tutis debilitas non potentis expellere ma
teriam et eſt peſſimum ſignum . et quia
poſt cognitioneȝ pronoſticatio debet pre
cedere operationem ideo debemus pro
noſticari ¶ Pronoſticatio ¶ Tuſſis
in ydropiſi ueniens propter ydropicuȝ
eſt moleſtum tuſſis in ſenibus et decrepi/
tis ſi diu durauerit eſt moleſta . tuſſis ni
mia et diu perſeuerans mala. quia ducit
ad ptiſim et ethicam et rupturam uene
in pectore et ad ſputum ſanguinis et ſa/
niei. Omnis tuſſis cum reumate mala et
potiſſime ſi diu durauerit . Omnis tuſſis
que ſomnū aufert eſt mala. Omnis tuſſis
cum agrauatione et moleſtatione et cum
multis conatibus et eductione oculorum
et rubedine ipſoruȝ et cum modica expul
ſione malum frequenter enim inducit
rupturam z in febribus acutis . ſignificat
morteȝ Omnis tuſſis cum modico cona
tu z alleuiatione z multa z ueloci expul
ſione z ſine labore z fatigatione optima
z ſalubris quoniam fortitudinem virtu/
tis ſignificat z mundificationem pecto/
ris z eductionem quecunq; fuerit z obe
dientiam eius ad exitū Si quis patiatur fe
breȝ z tuſſim z febris ceſſat z tuſſis rema
net ſignum eſt recidiui . Si quis patiatur
tuſſim humidam z ceſſet ſubito cum gra
uitate pectoris ſignificat futuram febrem
putridam aut ulcerationem pulmonis
¶ Omnis enim materia comota per tuſ/
ſim z non habens exitum virtute debili
exiſtente mortale eſt. quia ſuffocat z du/
cit ad originem tuſſis modica prouocata
in febre ualet contra ſitim. His viſis cuȝ
dei auxilio ad curaȝ accedamus. ¶ Cu
ratio. ¶ In primis ordinetur aer quia
illum non poſſumus effugere Aer igitur
ſemper ſit contrarius cauſe morbi z ſi na
turaliter habere non poſſumus propter tē
pora anni aut diſpoſitionem loci. artifici
aliter tamen acquiramas ut calida frigi/
dis ſicca humidis obuient z econuerſo z
rectificetur epidimiali . uel corruptus quo
cunq; modo fuerit ſicut dictum eſt in cu
ra febrium epidimialium . Sit igitur aer
mundus z purus iuxta conuenientiam
particularium. cibus enim ſubtilis & faci
lis digeſtionis z temperatus in quantita/
te & ordine & contrarius cauſe morbi

quantuꝫ conſuetudo z cōplexio z etas
permittunt quia morbus ſemper indiget
contrariis z cauſa ſimiliter ſicut inanitio
competit repletis z reſumptio inanitis
¶ Somnus temperatus competit ut plu/
rimum niſi in materia reumatica . frigi/
da.humida.cum repletione corporis ibi
enim competunt vigilie in plus exerciciū
etiā temperatū cōpetit repletꝭ corpore mū
dificato z ocium inanitis . Accidentia
autem anime infrigidatis competit ut
ira z calefactis amor . z comuniter gau/
dium z leticia. balneuꝫ competit in de/
clinatione corpore mundificato . z cum
ſi accidit ſincopis malum eſt uel peſſimaꝫ
eſt. et ſi expellatur cum laborioſa tuſſi et
febris remaneat et non ceſſet moleſtum.
Si autem ſputum fuerit leue album et cū
modica tuſſi et ſine moleſtia et cum alle-
uiatione fe. et bonitate appetitus et forti
ficatione uirium bonum eſt et ſignum ſa
lutis et ſi contrarium adueniat malum et
ſignum mortis. ¶ Intelligendum etiam
iuxta hoc ꝙ aliquando aggregatur mate-
ria flegmatica groſſa in pectore et globo-
ſa et uidetur medico uano ꝙ ſit ſanies et
frequenter fallitur. et ideo oportet habere
ſigna diſtinctiua. Primum quoniam ſa-
nies fetet. Secundum eſt quoniam ſanies
cadit ad fundum aque. Tertium ſignum
eſt quoniam ſanies ſemper inducit miti-
em. ſed flegma nihil horum facit.

Intelligendū etiā ꝙ ſanies ī cōcauitate pe ctoris exiſtens frequēter deludit medicū qm̄ ut plurimū ptiſici iudicātur et incura biles et inde ſanie mūdificata euadunt qđ ē medico ignominioſū. Conſiderent̄ igit̄ ſigna poſita ſuperius caº de ptiſi. Bonuʒ ē igitur aduertere ad pulſū nō ſignificet fe. nō uidetur ex ulcere pulmonis. Si igitur ē ordinatus et tardus non eſt ibi nec ptiſis nec ethica ſicut puto. ¶ Curatio. Intelli gendū ꝙ tres ſunt egritudines pectoris q̄ maximā habent cōuenientiā quo ad ma terialia curationis. ſ. raucedo et tuſſis de cā humida et empia. quare querēda ſunt me dicamina de uno in aliud. Si auteʒ empia fuerit ꝓpter rupturaʒ apoſtematū nōdum digeſtorū cōplete cuius ſignum ē ꝙ altera pars ē ſanioſa et altera ſanguinolenta tunc cōpetit flebothomia et breuiter ī omni re pletione et deinde mūdificet̄ hu. peccans et fiant fricationes et criſteria et alia ſicut decet. Vniuerſalibus ꝑmiſſis digerat̄ ma teria q̄ ē in pectore et diuidatur et ſubti lizetur et adiuuetur natura ad expellendū et mundificandū cū rebus q̄ habent aſpe ctum ad materiā groſſā in pectore exiſtē tē. modo ponēdo emplaſtra ſupra pectus modo unguentū modo ſirupū mō electu aria. mō pillulas. modo trociſcos mō gar gariſmata quorū materialia ſunt hec uide licet. Radix malue biſmalue. radices yre os ſquille ariſto. rafani et feniculi petroſi. et bruſti ſparagi gūmi yſopi origani cala menti capillo. uene. orobus fenugrecuʒ ſe. lini aſſi ſe. bombicis dactili pingues ficus ſicce uue paſſe liquiri. et ſucus eius. cubebe aniſi maratrū. pix naualis reſina terbentia ſtercus columbinū nitrū caſſiaſ. triū pipeꝝ mel oleū laurinū. butirū aſſungia gallina cea recens et ſimilia. ¶ Cōpoſita ſunt iſta ſ. metridatū tyriaca. dyairis. dyayſopus dyacalamentū. dyapraſſiū. dyaciminum. Intelligendū tn̄ ꝙ a leuioribus ſemꝑ ē in choandū niſi eſſet timendū de ſincopi aut repentina ſuffocatione. Attn̄ ꝙ ſocii ꝛ iu uenes uolūt ꝙ fiat diſtinctio inter iſta iō uolo magis particulariter ordinare licet ꝓ uecti non indigeāt. ¶ Emplaſtrū ad ma turandū et mollificandū et preparandum materiā ſanioſā in pectore ut de facili ex pellatur. ℞. dactilos pingues et ficus ſic cas radices malue biſmalue conq̄ſſentur ꝛ buliant in aqua tunc ℞. ſtercus colūbinuʒ terbentinā et reſinā miſceantur oīa fortit̄ cum muſcillagine fenugre. et ſe. lini et fi at emplaſtrū et extendatur ſupra pectus. Deinde fiat talis ſirupus ſi calor ē magnꝰ ℞. radicꝫ malue biſmalue. radicū yreos li lii yſopi an̄. ℥. ſ. capillo. ue. re. lib. ſ. quatu or ſe. froꝝ mun. ſe. bruſti ſe. ſparagi ſe. en diuie ſe. ſcarole ſe. lactuce an̄. ℥. ii. uuarum paſ. liquiri. mun. ſe. bombicis drag. candi pēnidi an̄. ℥. i. ordei lib. i. mellis. ℥. iii. ʒuc cari lib. i. fiat ſirupus quaſi lib. i. Si autem fuerit ſine fe. et materia fuerit groſſa cō pacta. ℞. radicū ariſtolo. lilii yreos yſo pi rafani ſquille feniculi petroſi. apii origa ni calamenti praſſii an̄. ℥. ii. orobi ſe. bom bicis fenugreci ſe. lini aſſi aniſi ſpice nardi liquir. mun. iuiube caricaꝝ paſſu. enuſ. ſe. malue an̄. ℥. i. mellis lib. i. fiat ſirupus lib. ii. Et purgetur cuʒ pillulis cochiis acuatis cum agarico ¶ Intelligendum quoniam quando uolumus maturare materiam in pectore exiſtentem tunc competit dormi re ſuper partem infirmā et quando uolu mus expellere competit tunc iacere ſuper partem ſanam et ꝙ pectus aliquo mō agi tetur. aqua ordei competit eis et ydromel aquaticum. et panis infuſus cuʒ ydromel le et farina cocta et farina cicerum. oua ſorbilia. pulle perdices auicule parue et co lumbe. Vinum claruʒ ſubtile et ſi limpha tetur cum ydromelle aquatico tanto me lius. valent etiam piſces ſalſi. auenatuʒ or deatum farina ordei et fenugreci iniunga tur pectus cū butiro bulito ī oleo laurino ſuffumiget̄ cū terbētina. balneū nullo mo

do competit et ſi competeret hoc eſſet in
fine negocio completo. Vtatur metri/
dato et tyriaca. Et cuz incipit uenire ad
aſma et difficilem exitum utatur aſſa feti
da cum lacte. Vltimoauté cum omnia
deficiunt cauterizetur locus ubi eſt mine/
ra aut incidatur et ponatur tenta cuz oleo
ro. nec claudatur et proiciatur mel et ſuga
tur ſanies cum cannula et non permittaẗ
egredi niſi paulatine et confortetur cor cú
dyatameron et dyambra et brodio galli/
ne. deinde curetur apertura. et cum nó ſal
uatur cóſcientia tua recurre ſuperius ſicut
eſt dictum ad capitulum de aſmate et ha
bebis opus completú. ¶ Clarificatio. In
telligendum ꝙ ſanies poſt ſputum ſangui
nis non dicitur mala per comparationem
ad humorem ex quo fluit quia forte ita
mala uel peior eſſet ex aliis humoribus ſʒ
dicitur mala ratione ſui et ratione loci ra
tione ſui eſt mala cum ſanies habeat ulce/
rare et corrodere undecunqꝫ fuerit. ratõne
loci é mala et potiſſime ſi fuerit a pulmo
ne. quoniam ſi cú tuſſi ueniat ſputú rube
um clarú cum modico dolore et multum
ſpumoſum ſi poſtea appareat ſanies ꝓcul/
dubio ulcus eſt i pulmone et ꝑ conſequés
ptiſis et per conſequens ethica et per con/
ſequens mors et i tali caſu ſanies poſt ſpu
tum ſanguinis mortale. Si autem ſputuz
ſanguinis fuerit a pectore et poſtea ſanies
minus malum. qm̃ nó eſt tanta pernicies
ſicut cum uenerit a pulmone. Secúdo no
tandum qm̃ licet piper ſit calidu3 in q̃rto
et ſiccum in quarto nihilominus cú mate
ria eſt frigida groſſa et alia particularia có
ueniant bene poteſt cópetere quia dirigit
et ſubtiliat et cú hoc amiſcetur cú aliis ſi/
cut eſt liquir. uue paſ. iuiube draga. et ſimi
lia et ita unú iuuat alterum et unuz repri/
mit alterú. et pro tanto in fe. flegmatica
competit piper cum ptiſana ut dictuz eſt
libro. i. Tertio aduertendú ꝙ calor natu
ralis et innaturalis ſunt idé ſpecie. qꝛ con

ueniunt i calore et ſunt idé in numero qꝛ
in eodé ſubiecto ſicut in radio caloris na
turalis qm̃ fe. nihil aliud eſt q̃ calor natu
ralis mutatus in igneum. calor igitur fe/
brilis implicat in ſe duplicé naturá. unam
naturalé per quá digerit. aliá innaturalem
per quá corrumpat. et ideo quia preter na
turá eſt non pót perfecte digerere et quia
aliquid de natura eſt ibi ideo non corrú/
pit. quodámodo igitur tenet uia3 mediá
Virulentia igitur cauſatur a re totaliter ꝑ
ter naturá ſi in generatõne ſaniei cócurrit
agens ſm naturá qd̃ declarat albedo. Ex
hoc eniz aſſimilatur membris radicalibus
ſed tñ ſanies nó pót nutrire nec mébris aſ
ſimilari et ꝑtim gratia agentis qꝛ non eſt
omnino ſm naturá. et ꝑtim gr̃a materie
qꝛ quedá é preter naturá qꝛ nó é in poten
tia ut tranſmutetur ꝓpter ſui malas quali
tates. et ió licet actio nature agentis ſupra
cibuz et agens ſupra materiá ſaniei ſit una
et eadé quia utrobiqꝫ intendiẗ aſſimilatio
nihilominus magna é differétia i effectu
qm̃ in tp̃e ſanitatis cú agit calor ſupra ci/
bú tunc calor naturalis a nullo impeditur
et cibus eſt in potétia. et ꝓ tanto pót fieri
tranſmutatio. ſed in tp̃e fe. in ſanié cóuer
titur ſed intentio nature eſſet ut fieret aſ/
ſimulatio corpori nó pót tñ ꝓpter indiſpo
ſitioné materie et inſtruméti ut dictú eſt
Sanies ení i tm̃ erit ſm naturá qm̃ lic3 na
tura non poſſit aſſiſare oio tñ hoc facit ut
ſit ſubicibil' uirtuti expulſiue. Sanies igiẗ
ſubiciẗ actioni naturali. ꝙ aút efficiẗ a re
ꝑter naturá uirulentia é. Quarto intellige
dú ꝙ húores ſm naturá cú ſút ex̃ et cum
ubiqꝫ fuerit pñt putrefieri et corrúpi ꝛ po
teſt inde ſanies generari. et ió nó é h° mi
rabile ſi hu. putrefiát et corrúpáẗ et dſtru
áẗ qm̃ huiditates tertie digeſtiue pñt pu
trefieri et corrúpi et pót fe. putrida inde
generari ſicut fuit declaratú a nobis ſupra
librú de differen. fe. Ga. nec de iſtis mira
rabile cum etiam membra ſolida putre/

fiant et corrumpantur et in ſanieṁ tranſ
mutentur ſicut patet in ulcere pulmonis
et in oſſe fiſtulato

¶ Capitulum octauū de difficultate ha
nelitus et aſmate.

ASma eſt difficultas hanelandi cū
ſonitu ſicut diſma eſt ſine ſonitu
In aſmate igiẽ cogitur patiēs ad
ueloce hanelitum et frequentem ſicut ho
mo q cucurrit et laborauit et ſicut homo
qui prefocatur . Sed in diſma eſt haneli/
tus ſicut hominis rauci aut hominis perfe
cte leproſi . et de hoc ſtat uerſus. Diſma
ſe celat canit aſma malumq; reuelat . Iſta
autem duo ſunt tanq̄ genus et habent q̄
tuor ſpecies ſub ſe. Prima ſpecies eſt cum
aliquis non poteſt expellere aerem ꝓ tan
to quia pectus et canne non poſſunt con/
ſtringi ſufficienter et ita retinentur fumo
ſe ſuperfluitates et talis ſpecies appellatur
ſanſugiū . Secunda ſpecies eſt cum aer nō
poteſt trahi ad cor cum ſufficientia qa cā
na et pectus non poſſunt bene dilatari et
uocatur haneloſus . Tertia ſpecies eſt quā
do laborat utroq; modo et attrahendo et
expellēdo et uocatur orthomia. vnde uer
ſus. Expirat late trahit ad ſe cum grauita
te. Omnis haneloſus ecōtra ſanſuginoſus
Orthomia quoq; morbo uexatur utroq;.
Quarta ſpecies eſt hanelitus duplicatus ſi
cut eſt in filocaptis aut pueris gemētibus
cum continent hanelitū et tractum poſt
tractum et atteſtatur in ſe. uehementem
caliditatem et duriciem organi et debili/
tatem uirtutis . Poſſet addi ſi uellet quis
quinta ſpecies ſicut hanelitus prefocati in
qua ſpecie homo parat ſe ad erigenduꝫ et
ſtandum ut poſſit attrahere hanelituꝫ uix
enim poteſt ſuſtinere cooperimenta ſupra
ſe . Vnde intelligendum ꝙ decubitus pei
ior in attrahendo hanelitum eſt iacere ſu
pra dorſum et melior ſupra facieꝫ. medio
autē modo ſe habet ſupra latera . In mag
na autem difficultate debet patiens ſeden
do iacere capite multum eleuato. Intelli
gendum etiam circa materiā iſtaꝫ ꝙ pul/
ſus et hanelitus conueniunt et differūt. cō
ueniunt in hoc qm̄ ſicut in pulſu eſt dila/
tatio cordis et arteriarum et eſt etiam con
ſtrictio ut fumoſe ſuperfluitates expellan
tur et ſunt etiam due quietes . ita in hane
litu eſt enim dilatatio pectoris ut aer fri/
gidus uadat ad pulmonem et cor et ē ibi
conſtrictio zc̄. et ſunt ibi due quietes . cō
ueniunt etiam in alio qm̄ ſicut immutatẽ
propter res naturales non naturales et con
tra naturaꝫ et ſm hoc efficitur pulſus par/
uus magnus frequens et tardus et ita de a
liis. ita ſimiliter hanelitus ſm iſta tria im
mutatur et efficiẽ magnus aut paruus zc̄
Attamen non eſt intentō noſtra determi
nare de omnibus immutationibus haneli
tus ſed ſolū de immutatōne q̄ fit a rebus
ꝑter naturam et ideo ſubiungimus cauſas

¶ Cauſa . Cauſa autem huius paſſionis
ſunt omnia illa que aggrauant dyaſlāma
aut pulmonē aut cānā aut epiglotū aut la
certos mouentes clibanū pectoris cuꝫ iſta
membra ſint propriū ſubiectū huius paſſi
onis. Cauſe igitur ſunt tres ſicut ē mor/
bus conſimilis. officialis et cōis . Proceda/
mus igitur per hūc modū. Difficultas ha
nelitus ꝓuenit aut a cauſis extrinſecis aut
intrinſecis. extrinſecis . ſicut ē caſus obuia
tio. nimia caliditas et frigiditas aut aer pe
ſtilentialis. aut aer cauernarū et mineraruꝫ
et fundentiū metalla. et aſſumptio uehe/
mens. et operari cū argēto uiuo et fructus
pontici et acetoſi z multa cōſilia. Et ſi ꝓp
ter cās intrinſecas hoc ē ꝓpter reuma aut
ꝓpter ſqnantiā et paſſiones oris aut ꝓpẽ
ſtomacū potiſſime cū ē nimis repletus et
ꝓpter paſſiones epatis et potiſſime ꝓpter
repletionē giribi et ꝓpẽ paſſiones matricis
ut in ſuffocatione matricis. et ꝓpter paſſi
ones ſplenis. z breuiẽ ꝓpter oīa illa q̄ pōt
cōpmere dyaſlāma. ueniunt etiā iſta ꝓpẽ
paſſiones ſpūaliū ſicut ē pleureſ et piroſa

ſanies aut humiditas aggregata in cannis
pulmonis aut in ſuis raritatibus aut in ue
nis pulmonis aut in concauitate pectoris
aut in tracea arteria aut in epigloto .et ue
nit etiam ꝓpter uentoſitatem et per malā
cōplexionem calidā humidā frigidā ⁊ ſic
cā .et uenit etiā propter oppilationes et ra
ro ſine materia .ſm igitur diuerſitatē cāꝝ
materialiū et q̄titatem et qualitatē et ſitū
ſ.n hoc aduenıunt diuerſitates magne in
hanelitu ſiue in attrahendo ſiue in utroqꝫ
mō et ita de aliis ſpeciebus difficultatis ha
nelitus. ⁋ Signa . Si autem uenerit ꝓpter
cauſas extriſecas diſcernitur ex iudicio pa
tientis.et ſi a capite diſcernitur per dolorē
et per ſigna reumatis .et quia aſma uenit
ſubito et ſi uenerit propter paſſiones oris
aut nutritiuorum.aut propter apoſtemata
pectoris ſatis cito diſcernitur ex illis .et ſi
uenerit propter caliditatem ſpiritualium
diſcernitꝰ quia hanelitus eſt magnus et fre
quens ⁊ adeſt ſitis calidior ⁊ leditur a cali
dis et iuuatur a frrgidis. Si ē ex frigidita
te hanelitus eſt paruus tardus et frigidus
et non eſt ſitis et iuuatur a calidis et leditꝰ
a frigidis . Et ſi eſt ex humiditate ē cum
ſcreatu multo .et ſi eſt ex ſiccitate non eſt
ſcreatus. Et ſi ē ꝓpter repletionē uenarū
pulmonis eſt hanelitus tremulus et eſt cā
mala ualde .et ſi uenerit ꝓpter debilitateꝫ
uirtutis non potentis mouere lacertos pe/
ctoris nares ſunt graciles et contracti ad
interiora et hanelitus eſt debilis. Et ſi fue
rit ex oppilatione et repletione trahit ha/
nelitum cum magno deſiderio et inflatur
pectus et deſiderat magis expellere q̄ at/
trahere. Et ſi fuerit ꝓpter magnū caloreꝫ
magis deſiderat attrahere q̄ expellere. Et
ſi fuerit ex uentoſitate eſt cum diſcenſiōe
et minori grauitate.et ſi fuerit a corde eſt
cum tremore. Si fuerit ex ſanguine diſ/
cernitur ex ſputo. ⁋ Pronoſticatio Aſma
in ſenibus nunq̄ curatur .aſma in omni e
tate nunq̄ curatur aut cū difficultate mag

na . Aſma poſtq̄ antiquatur nō recipit cu
rationem quando in aſmate hanelitus eſt
paruus et tardus et frigidus ſignuꝫ ē mor
tis proxime . In aſmate hanelitus tremu/
lus et pulſus tremulus malum ſignum eſt
ualde quia ſignificātur uene pulmonis eē
replete .in aſmate ſincopis peſſimum. In
omni difficultate hanelitus in qua patiēs
ſe ad eleuandum et hanelitum ſuſcipiēdū
mortale eſt .quia hanelitus eſt ꝓfocatiuus
Aſma ſi uenerit propter catarruꝫ et caput
naturaliter eſt debile curatur. Intelligēdū
ꝙ aſma et difficultas hanelitus ſunt egritu
dines cronice et mouētur paroxiſmaliter
Caueat ſibi igitur medicus de uariis paſſi
onibus . ⁋ Curatio . Curatio aſmatis eſt
multum difficilis et ideo diligentius pro
cedamus .Et prima regula eſt hec ſcilicet
ꝙ a principio non adminiſtremus nimis
calida quia materiā ingroſſarēt donec cor
pus ſit mundificatum . Secunda regula ē
ꝙ non continuemus nimis unum medi/
camen .ſed mutetur modus operandi.
Tertia regula talis eſt ꝙ non adminiſtrē
tur narcotica nec aliqua conſtrictiua ubi
materia eſſet reumatica et corpore purga/
to . Quarta regula ꝙ poſtq̄ materia fue/
rit ſubtiliata ꝙ purgetur per uomituꝫ aut
ſeceſſum .Quinta regula ꝙ nullo modo
fiat balneum nec fomentatio .Sexta regu
la ꝙ dormiat minus ꝙ poteſt et non dor
miat de die nec ſuper repletionem nimiā
nec ſomnus ſit profundus. Septima regu
la ꝙ ſi eſt poſſibile ꝙ non potent quando
comedunt ſed per unam horam aut duas
poſt et parum .Octaua regula ꝙ ſumme
uitent omnia cibaria uentoſa . His uiſis
uideamus de dieta .Panis ſit bene coctus
bene fermentatus .et cum temperata quā
titate ſalis et ſit de ſpelta et ſit paſtatus cū
aniſo et maratro et cimino. uinum ſit an
tiquius clarum et odoriferum ſed in par/
ua quantitate .Carnes ſint ut plurimū uo
latilium preter q̄ degentiū in aq̄s . carnes

uulpine et ericii nemoralis multū compe
tunt eis et potiſſime pulmones quocūq͂
mō ſumātur. poteſt etiam fieri pulmonis
expulſione et utatur iſto puluere ſecundū
omnem modum. broduim galli antiqui
multum competit et potiſſime coctū cuꝫ
multo polipodio et aniſo z cimino z ma
ratro. ficus ſicce calefacte ad ignem mul
tum ualēt et conſimilia ſicut ſunt uue paſ
ſe pinee feſtuce iuiube et ſimilia. Eligatᷣ
igitur aer ſiccus uel per naturam uel per ar
tificium temperatus tamen inter calidum
et frigidum utatur piſcibus ſq̄moſis de a
quis uiuis creſcentibus. Vtatur ouis ſorbi
libus recētibus. De oleribus utatur bugloſ
ſa boraginibus. feniculo. petroſil͛. origano
calamento. naſturcio. ſerpillo. yſopo. ſpara
go. ſaluia ortulana. bleta. Vitet omnia le/
gumina. De fructibus utatur ficubus et
uuis bene maturis. et dactulis pinguibus
et amigdalis dulcibus. De inanitione et
repletione intelligendum ꝙ nunq̄ debet
comedere ad ſaturitateꝫ niſi prius appetat
et aſſellet prius āteq̄ comedat et comedat
plus de mane q̄ de ſero. De motu et qui
ete utatur exercicio temperato ante cibuꝫ
ambulando equitando ſeu aliquo modo
uociferando ſeu aliquo modo cantando
ſed poſt comeſtionem modico exercicio
ſit contentus. De fricationibus. fricentur
extrema et pectus cum panno aſpero. ui
tet omnia balnea et potiſſime poſt cibuꝫ
ut dictum eſt. De ſomno. dormiat ſem
per q̄ſi ſedendo et nō dormiat de die nec
pꝰ cibū niſi poſt longā horā. ut. ſ̄. dictū ē
De accidentibus anime uitet iram et ſolli
citudinem et ſit in leticia ſempiterna. In
telligendum ſicut frequenter dictum eſt
ꝙ iſta tria habent magnam conuenientiā
in curatione ſcilicet raucedo et tuſſis et aſ
ma. His uiſis ad digerendum materiam
ueniamus et quia ut plurimum accidit aſ
ma et difficultas hanelitus de cauſa frigi/
da et humida ideo de iſta tractemus. ℞.
radicum yreos. lilii. arci. ro. centauree. enu
le campane. eupatorii. abſinthii. radicū ru.
maioris. utriuſq͂ calamenti. utriuſq͂ ſtica/
dos. yſopi. ſquille. aā. ℥. ii. ſuci feniculi. a
niſi. maratri. liquiricie mūde. uuarū paſſa.
munda. iuiube. praſſii. aā. ℥. i. mellis lib. i.
fiat ſirupus lib. i. et. ſ. quo utatur mane et
ſero cum aqua calida. Intelligenduꝫ hic
ꝙ ex his materialibus poteſt fieri criſtere
aut electuarium aut conditum aut empla
ſtrum ſupra pectus aut ꝙ buliant in oleo
et addita cera fiat unguentum quo inun/
gatur totum corpus corpore mundificato
materia auteꝫ digeſta purgetur ſic. ℞. aga
rici turbit ſe. urtice pollipodii. aā. ʒ. i. eu/
forbii pulpe colloquintide ſuci cucu. aſini
ni aā. ℈. i. yeralogo. ʒ. iii. aniſi maratri ſpi
ce nardi. bdellii. maſticis folii mente folii
abſinthii zinzi. aā. ℈. ſ. conficiantur cum
ydromelle et cum uti uolueris accipe du/
as. ʒ. uel unā de iſta confectione. et fiant
pillule. addatur igitur plus uꝉ minus iux
ta conuenientiam particulariuꝫ deinde po
teſt uti medicia uomitiua cuiꝰ materialia
ſūt hec uel illa ſalis gemme rafanus ſemē
croci ortenſis. ſal armoniacū. cappari ſalita
radix uolubilis et maior. que habent folia
ad modum uitis. armoniacum. caſtoreuꝫ
oppoponaci et ſimilia ut fiat ſic. ℞. rafa/
num et lardetur cum elleboro nigro et po
natur in aqua ad putrefiendꝫ uſq͂ ad di/
es tres uꝉ quatuor deinde remoueanᷣ om
nes lardones bene cauendo ꝙ nihil rema/
neat. deinde buliat rafanus in oximelle
ſquillitico et oximel ſorbeatur et facit mi
rabiliter uomere. corpore autem ſufficien
ter purgato cum medicinis ſeceſſiuis z uo
mitiuis utatur opiatis calidis et ſuffumiga
tionibus. opiate autem ſunt ille tyriaca ā
tiq̄ aurea. alexādrina. metridatū. filoantro
pos. filonium. Itē utatur illo ſuffumigio
℞. arſenici. ſulfuris uiui. ariſtologie roma
ne. aā. ℥. ſ. puluerizanda puluerizentur et
conficiantur cum butiro et efficianᷣ pilſe

ad modum auellane et ponat̄ una pillula
uel due ſupra carbones et recipat fumum
ore aperto . Intelligendum hic ꝙ aſmati
ci frequenter ſunt ptiſici et debiles et ali/
quando extenuati .et ideo in talibus for/
midemus medicinas laxatiuas et uomiti/
uas et omnia ea que ſunt fortis uirtutis .
Intelligendum etiam ꝙ ultimum reme/
dium eſt cum de morte ſumus deſperati
ꝙ fiat cauteriuꝫ in medio pectoris . Si au
tem aſma fuerit cum reumate curetur pri
us reuma quoniaꝫ aliter nihil ualeret ope
ratio. Curatio autem reumatis data eſt ſu
perius . Si autem difficultas hanelitus fue
rit propter ſiccitateꝫ utatur cibis humidis
ſicut ſũt borraginis. bugloſſe. ſpinargia uio
laria malua. oleũ ſiſaminũ. oleũ amigdala
rũ dulciũ. oleũ uiolarũ. butirum. et utatur
lacte mulieris aut aſine. aut capre et regan
tur ſicut ptiſici. ethici et cõſumpti . Si aũt
cauſa fuerit humida calida et corpus ple/
num et uirtus fortis fiat flebothomia cũ
dicit Auicen. ꝙ qñ uapores qui ſũt intra
coarterias ſũt cauſa difficultatis hanelitus
ꝙ tũc competit flebothomia et utatur or
deato et aqua ordei .et malexetur cera in
in uleo uiolato et nenufaris ⁊ ponat̄ ſupra
pectus aut inungatur pectus cuꝫ oleis fri/
gidis .et ſi aſma uenerit in pueris lactanti
bus detur ſibi ſucus feniculi tepidus cũ la/
cte .et ſi uenerit ex uentoſitate inungatur
cum oleo coſtino .laurino. caſtoreo. ruta/
ceo .et ſi uenerit propter alias paſſiones q̃
multe ſunt ualde. curentur illa prius ſicut
dictum eſt aut ſicut dicetur. Intelligẽdũ
ꝙ illud electuarium ualet fere ĩ omni paſ
ſione pectoris ſiue fuerit raucedo ſiue tuſ/
ſis ſeu aſma ℞. ſuci caulium lib. i. et buli/
at et diſpumetur circa. ʒ. iii. panis zuccari
mellis optimi añ. lib. 5. et fiat electuariuꝫ
¶ Clarificatio Intelligendum ꝙ haneli
tus retinetur aut uoluntarie aut coactiue
Si coactiue ſtatim fit mors tamen ꝓpter
carentiam euentationis et expulſioneꝫ fu/
moſarum ſuperfluitatum .et ideo homo
repente moritur ſicut ſtrangulati . Si autẽ
hanelitus retinetur uoluntarie tunc homo
ſatis diu poteſt eſſe ſine hanelitu ſicut ui/
demus in illis qui ſtant omnino ſub aqua
et in longa retentione hanelitus uolũtaria
qm̃ in uoluntaria fit continua euaporatio
naturalis. licet non ſit ſenſibilis cũ alia can
na conſtringitur uiolenter nulla fit euenta
tio nec in ſenſibus nec ſenſibili et ideo fit
mors . aliter igitur eſt de retentione hane
litus uoluntarie. et aliter non de uolunta/
ria ¶ Secundo notanduꝫ qm̃ licet cor ſit
membrum calidiſſimum nihilominus cũ
approximatur morti poteſt eſſe frigidum
et ita hanelitus licet ueniat ad cor põt eſſe
frigidum aut quia remiſſe calidũ aut quia
frigidum quoniam cor infrigidatum eſt
et ideo hanelitus frigidus in febribus acu
tis ſignum peſſimũ et mortale . ¶ Tertio
aduertendum ꝙ frigida ſtiptica bene poſ
ſunt competere in malicia hanelitus . ſicut
ſunt ſandal᷑. camphore et ſucum portula/
ce et ſimilia. Et hoc dico qm̃ uirtus moti
ua lacertorum debilitata eſt propter nimi
um calorem et nimiam corporis raritateꝫ
¶ Quarto conſiderandum eſt ꝙ motus
hanelitus partiꝫ fit a uirtute naturali mo
uentis uolũtarie. et partim fit a uirtute na
turali regitiua .et fit partim a uirtute cor
dis cum illa moueat dilatando et cõſtrin
gendo et forte fit ex illa uirtute que ĩfor
mat quia qui dedit formam dedit et mo
tum. et partim etiam fit a uirtute natura/
li attractiua que trahit et dilatat ex deſi/
derio et ex uirtute expulſiua que ualet ad
expellendum nociua et illa facit ad expul
ſionem licet motus uirtutis naturalis non
appareat nobis manifeſte corde exñte ſub
diſpoſitione naturali. Virtus igitur uital᷑
et uirtus naturalis reponantur ſub diſpoſi
tione uirtutis naturalis regitiue . Nũc aũt
ita eſt ꝙ motus uirtutis animalis uincit
naturalem in tempore uigiliaruꝫ ſꝫ motus

uirtutis naturalis uincit animalem in tem
pore ſomni. ¶ Vltimo notandum ꝙ mo
tus dilatationis et conſtrictionis ꝓcedūt
ab eadem uirtute .ſed cum diuerſis uillis
diuerſa faciunt modo dilatādo modo cō
ſtringendo.

¶ Capitulum de pleureſi

Pleureſis eſt apoſtema calidū ła
certorum ſeu panniculorum ſeu
uelaminum coſtarum interiorū
clibani pectoris. ¶ Intelligendū
ꝙ duplex eſt pleureſis .ſ. uera et non uera.
Non uera autem eſt in lacertis. ſeu carne
coſtarum aut in coſtis falſis que ſunt ſub
dyaflāmate ſiue ſint exterius ſiue interius
ſiue ſit cum uentoſitate ¶ Vera autē pleu
reſis fit in uelaminibus coſtarum interius
et potiſſime in parte ubi uelamina coniū
guntur coſtis .quoniam quidam ē panni
culus qui tegit coſtas interius. et quidaꝫ ē
qui diuidit ſpiritualia a nutritiuis et appel
latur dyaflāma. et quidaꝫ eſt qui diuidit
pectus ſm longum in duas partes .iſta au
tem eſt in partibus remotis a coſtis .et in
iſtis uelaminibus non poteſt generari apo
ſtema .ſed in partibus in quibus coniūgū
tur coſte cum ibi ſint uene et arterie et a
liqua carnoſitas et humor et ideo pōt cau
ſari apoſtema. Eſt igitur pleureſis uera a
poſtema uelaminum coſtarum interiorꝫ
et eſt apoſtema calidum aut quia materia
eſt calida aut quia acquiſiuit caliditatē ex
putrefactione. Generatur autem pleureſis
in utroqꝫ latere in dextro et ſiniſtro. Sed
illa que eſt in latere ſiniſtro eſt magis peri
culoſa ſed uelocius terminatur .ſed illa q̄
eſt in parte dextra nō eſt ita periculoſa .ſꝫ
tardius terminatur ſm Auic. Nunc autē
iſtud apoſtema terminatur multis modis
Aliquādo inſenſibiliter et per euaporatio
nem et eſt melior terminatio .aliquando
auteꝫ reſudat et ſicut reſudat uadit ad pul
monem et expellitur cum tuſſi .et aliquā
do terminatur per ſaniem et uadit ad can
nalem pulmonis .aliquando uadit ad cō
cauitatem pectoris et mūdificatur in .xl.
diebus quoniaꝫ pulmo cum dilatatur im
bibit ſibi illam materiam ꝛ cum conſtrin
gitur impellit ad cannales et tunc expellitē
cum tuſſi ſicut docet Gali. de interioribus
Aliquando materia pleureſis induratur ꝛ
lapificatur .et aliquando uadit ad uias uri
nales per uenam magnam. aliquando ua
dit ad inteſtina .aliquando tranſit ad alia
membra multa ſicut patebit in caº de ſig
nis ¶ Cauſe Pleureſis cauſatur aliquādo
ex cauſis exterioribus .aliquando ab inte
rioribus. Ab extra ſicut a nimio calore ꝛ
frigore et potiſſime cum ſuperuenerit mo
tus nimius et prouenit a potatione nimia
aque frigide .aut quando uentus borealis
uenit poſt auſtralem .et prouenit ex diſ
poſitione ſm proprietatem aut attributio
nem temporum anni .et ideo frequentius
uenit in uere q̄tum eſt ex proprietate ple
nitudinis et plus in eſtate q̄tum eſt ex ha
būdantia colere .et plus in autumno q̄tuꝫ
eſt de melancolia .et plus in hyeme q̄tuꝫ
eſt de flegmate .in ſenibus autem raro et
ſi ueniat ē magni periculi et rariſſime ue
nit in aride ructuantibus. Si autem ue
nerit a cauſis intrinſecis tunc cauſa antece
dens eſt repletio capitis et corporis et po
tiſſime cum ſuperuenerit ſubito uehemēs
frigiditas in aere .cauſa autem immedia
ta ut plurimum eſt colera. ſcđo ſanguis.
tertio flegma. quarto melancolia. ventoſi
tas autem poteſt eſſe cauſa ſed non pleure
ſis uere. ¶ Signa Signa quedam ſunt q̄
ſignificant pleureſim ueram. et quedā ſūt
que ſignificant humoreꝫ peccantē .et que
dam ſunt que ſignificant tempora morbi
et quedam ſunt que ſignificant tranſlatio
nem materie ad aliam partem .et quedaꝫ
ſunt que ſignificant ſalutem .et quedā ſūt
que ſignificant mortem .et quedam ſunt
que diſtinguunt inter hoc et illud .et ita

pronoſtica comprehendentur in eis nec o
portet ponere rubricam de hoc et cogno
ſcemus etiam per iſta quando egritudo ē
longa et quando erit breuis et per iſta ſci
emus longitudinem ſtatus a principio .et
ex his pendet tota curatio.agamus ergo p̄
mo de primis . Si aūt que ſignificant pleu
reſim ſunt quatuor ſm Galie. in de criſi.
Primū ſcilicet dolor lateris cum punctu/
ra quia ibi eſt duplex cauſa doloris .mala
complexio et ſolutio continui.et hoc inq̄
tum materia que iam exiuit orificia uena
rum et illius que adhuc habūdat in uenis
Scdm ſignum eſt febris continua q̄ mate
ria eſt putrefacta in locis proximis cordi
Tertium ſignum eſt difficultas hanelitus
propter compreſſionem pulmonis. Quar
tū eſt ſignū tuſſis cōcomitans propter illd̄
quod reſudat ad cannales . Quintum pōt
addi pulſus ſerinus .quia morbus eſt i mē
bro panniculoſo niſi ꝙ multū atteſtatur
hec diſpoſitio quando materia eſt flegma
tica . Signa autem hu.peccantis ſunt iſta.
quoniam ſi materia eſt colerica urina eſt
tincta quia citrina intēſa et tenuis et pul
ſus durus et uelox et frequens et dolor a/
cutus pungitiuus multum intenſus et ſpu
tum citrinū et alia ſigna colore diſcurren/
do per res naturales non naturales et con
tra naturam. Si aūt ſanguis fuerit in cau
ſa urina erit multa ſpiſſa et pulſus plenus.
et ſputum ſubrubeū . Intelligendum hic
ꝙ ſputū rubeum eſt ualde malū quia ſig/
nificatur uena rupta .et tūc cōpetit contra
ria curatio.ſicut in ydropiſi cum fe. quo/
niam pleureſis indiget mundificatiuis et
uena aperta conſtrictiuis . Sputū aūt ſub
rubeū eſt bonū a principio quia atteſtatur
ſuper dominiū ſanguinis qui de facili di/
geritur et uenit per uiā reſudationis a pā/
niculo nō per uiā rupture. cognoſcitur igi
tur per iſta ſigna et per alia que atteſtātur
ſuper dominiū ſanguinis . Flegma aūt di
ſcernit̄ quia urina ē remiſſa et ſpiſſa et pul

ſus inordinatus et ſaliua multa et ſcreatus
flegmaticus et ſomnus grauis . Materia
aūt melancolica diſcernitur quia dolor nō
eſt multū intenſus nec acutus et ſputum
liuidum paucū et urina remiſſa et alia ſig
na que atteſtantur ſupra melācoliam qm̄
rariſſime accidit ex melancolia. Et tertia
ſpecies ſignorū ſumitur ex tēporibus mor
bi et habetur a Gali.libro ſuo de criſi.Cū
igitur illud in quo nihil expuitur aut in/
digeſtum aut liquidū aquoſū aut groſſū
uiſcoſum globoſum aut cū laborioſa tuſſi
Principiū eſt morbi et cum incipit expue
re aliqualiter digeſtū et cū alleuiatione et
cum minori labore tunc eſt augmentum
et quando ſputum eſt album leue et equa
le et cū facili tuſſi et alleuiatione tunc eſt
ſtatus ⁊ cū iſta incipiūt minorari et ſe mi
nui tunc eſt declinatio . Et hic eſt aduer
tendum ꝙ ſi principiū morbi eſt longū
tūc egritudo erit longa et ecōuerſo. Nūc
autē pleureſis de colera in eſtate in iuuene
uirtute forti exiſtente breuis eſt termina/
tionis . Si aūt omnia particularia non cō
ueniant terminātur ut plurimū in quarto
die.quādo aūt materia eſt frigida ,et tem
pus frigidū tunc prolongatur ⁊ ideo extē
dit ſe uſq̄ ad uiceſimū diem . aliqn̄ uſq̄
ad .xxxiiii. ſicut in anſione et aliquando
plus .et de hoc dicebat ypo. de pleureſi d̄
materia frigida .ap̄atum quedam in.xx.
quedā in.xl.quedam in.lx. rupturā diffe
runt . Neceſſariū ē igitur medico ut ſalti
quadā coniectura ꝓxima ueritati cognoſ
cat elongationē ſtatus a p̄cipio. Sicut igi
tur tempora morbi cognoſcuntur per uri
nam in egritudinibus pectoris et pulmo/
nis cognoſcūtur ꝑ ſputum . In egritudini
bus igitur pectoris et pulmonis ſputū di
ligenter conſideret̄. aliqn̄ aūt neſciremus
ꝓnoſticare nec dictare nec curare. Eſt igit̄
regula ꝙ in pleureſi et peripol. q̄to plus ex
puit tanto plus alleuiatur et iō q̄to plus ac
cedit ad ſtatū tanto plus alleuiantur quia

in pleureſi ſalubri ſtatus nó é nequior ho
rarú ꝑ tanto qm̄ ſicut materia reſudando
exit panniculú ita expellitur .et ita ſemꝑ
uadit alleuiando quia ibi nó é ſtatus quo
ad accidétia ſed quo ad digeſtioné. Quar
ta ſpecies ſignoꝝ ſumitur ex his que ſigni
ficant tranſlationé materie. materia enim
pleureſis ſinthomatice tranſmittic̄ ad cor
cuius ſignú é .quia dolor non é ita acutus
ſed difficultas hanelitus é maior . aliquan
do autem tranſmittitur ad ptiſiz cuius ſig
num é calefactio maior poſt cibú. aliquā
do mittic̄ ad cerebrú cuius ſignú é freneſ
Aliquãdo mittitur ad neruos cuius ſignú
eſt ſpaſmus . Et omnes iſte delegationes
ſunt peſſime .aliquãdo tamé mittitur re
tro aures et túc poſſet eſſe bonú cú multꝭ
aliis ſignis bonis . Quinta ſpecies ſignoꝝ
ſumitur ex his q̄ diſtinguunt ſigna diſtin
cta inter apoſtema epatis et pleureſiz quo
niá in apāte epatis pulſus é undoſus z do
lor é ſub dyaflāmate in dextera parte .et
tuſſis eſt ſicca et dolor non é acutus .et ſi
eſt in ſyma egeſtio é ſicut lotura carnis. z
ſi é in gilbo urina é ſpiſſa et confuſa z tu
mor é ad modum nauacule . Illa autem
que diſtinguút inter pleureſim et peripol
moniam ſunt iſta qm̄ i peripolmonia pul
ſus eſt undoſus et dolor non eſt acutus et
difficultas hanelitus é maior et é dolor i
ter ſpatulas et maxille rubee . Illa autem
que ſignificant ſalutem ſputum album le
ne et equale et cum modica tuſſi et cuz al
leuiatione patientis et ꝙ continuetur et ꝙ
cito appareat a principio ſalutez ſignificat
et potiſſime quando alia ſigna conueniút
ſicut eſt bonitas ſomni et appetitus et bo/
na tollerantia. et ꝙ applicatio medicami/
num conferat et ꝙ egeſtio nó ſit frequens
nec liquida ſed coniuncta et equalis et ho
ra ſolita et ꝙ urina uergat ad rubedinem
et ad quandam mediocritatem .et ꝙ cito
incipiat facere bonam reſidentiam. Et in
tellige uná boná regulam de urina ſecúdú
yſaac . Vrina in egritudinibus epatꝭ et ve
narum certá habet ſignificationez .ſiue ſit
bona ſiue mala. In egritudinibus autez q̄
ſunt extra uenas ſicut in pleureſi et ſimili
bus .ſi urina fuerit laudabilis bonum é ſꝫ
non eſt certum ſignú ſalutis. ex aliis enīz
poteſt periclitariꝭ. Si auté urina fuerit ma
la et indigeſta et ita de aliis malis conditi
onibus certum ſignum é ad mortem .qa
poſtq̄ digeſtio deficit in radice deficit eti
am in ramis . Septimú ſignú ſumitur ex
pronoſticatione ad mortez. Omnia ſigna
quatuor pleureſis que fuerint multuz inté
ſa et laborioſa morté ſignificant .ſicut eſt
dolor uehemens in iuuene .cum uirtus to
taliter proſternatur ex uehementia dolorꝭ
Similiter uehemens difficultas hanelitus
et frequentia cú frequétia addat in calidi/
tatem et caliditas in frequentiaz et ita fit
circulus cú unum addat in aliud . Similic̄
tuſſis multum laborioſa cú impediat ſom
nú et cibú. ſimiliter fe. fortiſſima cum ſit
moleſtior omnibus morbis ſicut ſcribitur
a Gali°. de inge. Ex ſputo ſimiliter acci/
piuntur ſigna mortalia ſicut é liuidum ni
ger uiſcoſum et cum laborioſa tuſſi .ſimi
liter cú nó pót expelli ꝙ debilitas uirtutis
et lacertorú ſignificatur aut materie uiſco
ſitas et groſſities . Et é intelligendú ꝙ in
omni egritudine pectoris materiali non
pót expelli aut ſi expellatur et ſubito reti/
neatur grauedine remanente mortale eſt
dato ꝙ materia eſſet digeſta qm̄ prefocat
egeſtio etiá frequens et liquida mala. vri/
na é nimis tenuis aut ſpiſſa liuens uiridis
et nigra ſunt ſigna mortalia ſimiliter pul
ſus debilitas. Et é intelligédum ꝙ i pleu
reſi et quacunqꝫ egritudine ſi medicus re/
cte operetur et nullus error itercidat . ſi pa
tiens propter medicamina recte applicata
uniuerſalia et particularia non alleuiec̄ .ſꝫ
potius aggrauetur ſignú é peſſimú et mor
tale in talibus igitur non eſt inſiſtendum
Viſis igitur ſignis et pronoſticatóne ad cu

ram accedamus . ¶ Curatio. ¶ Imprimis
conſideremus utrum fuerit conſtipatus et
ſm exigentiam particulariuꝫ fiat ſibi ſup/
poſitorium et criſtere. deinde applicentur
calefactoria quoniam aut curant aut dige
runt . Si corpus non eſt plenum curant. ſi
plenum dolorem augmentant et ita indi
cant . quoniam uniuerſalis purgatio debet
precedere ſi dolor deſcendit materia uidet
grauis et tunc purget cū uiolis caſſiafiſt et
manna . tamen Gali. uoluit ꝙ tutius eſt
in omni dolore ſiue aſcendente ſiue deſcē
dente facere flebothomiā . In pleureſi er/
go corpore pleno et uirtute forti primo fi
at flebothomia ſm Auicꝫ d ſaphena eiuſ
dem lateris. deinde ſi plenitudo adeſt de
baſilica oppoſiti lateris. deinde de cephali/
ca eiuſdem lateris . Et eſt intelligendum
hic ſm doctrinā Gali. ſupra illaꝫ partem
quando dolor ad ſpatulas . ab epate enim
procedit quedaꝫ uena et protenditur uſꝙ
ad cor . et deinde truncus aſcendit recte
uſꝙ ad duas guidegi ſed poſtq̄ procedit a
corde quidam ramus egreditur a trunco
recte uerſus dextrum et ſiniſtrum et con
ſtituunt baſilicā in curuatura brachii . Iſte
igitur due baſilice equaliter hauriūt ex pu
teo et ideo equale eſſet q̄tum ē ex hoc de
flebothomia de quacunꝙ parte fieret . q̄a
equalis eſt diſtantia. Sed aliud eſt q̄niam
uene capillares que nutriunt coſtas ſuperi
ores habent conuenientiam cum uenis ca
pillaribus que procedunt a baſilica et ita fi
eret tractus ad locum per uenas capillares
et ita faceret augmentum . Et ſi egritudi
ne confirmata et corpore nō exiſtente ple
ctorico fieret de parte oppoſita tunc fieret
tractus materie corrupte ad membra no/
bilia . Reſtat igitur ꝙ in principio corpo
re exiſtēte plectorico debet fieri flebotho
mia oppoſiti lateris aut de ſaphena eiuſdē
partis et poſtea fiat de eadem parte . Et
dicit Galie. ꝙ ſi non inueniatur baſilica ꝙ
fiat de mediana . et ſi non inueniatur me

diana fiat de cephalica quia de quacunꝙ
parte fiat a toto corpore euacuat . Atta/
men intelligenduꝫ ꝙ flebothomia et far/
macia ſunt multuꝫ conſeruanda ne uirtus
debilitetur quia uirtus eſt que curat mor/
bos. deinde fiat calefactoria et ſi materia
eſt colerica fiat calefactorium cum ſpon/
gia aut cum uaſe eneo uitreo terreo et ui/
treo et ita de aliis panno interpoſito inter
latus et uas. Si autem materia fuerit groſ
ſa uiſcoſa fiat calefactorium de orobo et
fenugreco et furfure etiam contritis ⁊ po
ſitis in ſacculis et bulitis in aqua ubi ſit a/
cetum et expreſſis fortiter et lateri applica
tis . Sed in omnibus iſtis debet eſſe cau/
tela quia poſtq̄ incipiunt infrigidari ꝙ re
moueantur . Si autem materia fuerit ſāg
uinea aquoſa fiat calefactorium de ſale ⁊
milio torrefactis et in ſacculo poſitis . de
inde utatur tali potione gargarizando ſor
bendo et diu in ore retinendo. ℞. radicū
bruſci ſparagi graminis an̄. ʒ. i. endiuie ſca
riole an̄. ʒ. ii. capillorum ueneris re. ordei
an̄. lib. ſ. quatuor ſeminum frigidorū ma
iorum et minorum. ſeminis papaueris al
bi. liquiritie munde cubebe an̄. ʒ. i. mellis
ʒ. ii. zuccari lib. i. Et ſi materia eſſet frigi
da aut tempus frigidum et materia diffi/
cilis exitus poſſemus addere de melle. ʒ.
ii. radicum yreos et yſopi et apii an̄. ʒ. ſ.
et modicum aceti. Si tuſſis eſſet debilis ⁊
non timeremus debilitateꝫ pectoris opor
tet igitur addere iſta et illa minuere iux/
ta conuenientiam particularium . Cum
enim uidemus ꝙ predicta non iuuant ſi/
cut deberent tunc faciamus emplaſtruꝫ ta
le maturatiuum poſtq̄ uidemus ꝙ egritu
do incipit prolongari . ℞. radicum malue
orobi fenugreci. ſeminuꝫ lini naſturcii ſe.
feniculi amigdo. dulcium. draganti gum/
mi arabici iuiube liquiritie an̄. ʒ. ii. conq̄ſ
ſentur et buliant in aqua et fiat emplaſtꝫ
cū oleo ſiſamino. Et ſi materia eſſet mul
tum calida fiat unguentū de populeon et

butiro ſine ſale aut aſſungia anatis et oleo
et cera alba et iſta olea et unguentum poſ
ſunt poni in lana ſucida et ꝙ pectori ap/
plicetur et ꝙ ſtet ibi per unam horam uſꝫ
per duas et modo apponatur unuꝫ et mo
do aliud . ¶ Modo uidendum eſt de die
ta. Dieta eniꝫ oportet ꝙ diuerſificetur ſe/
cundum elongationem ſtatus a principio
quando igitur parum ſpuit plus eſt dan/
dum quia uirtus non poſſet. et quando e
gritudo breuis eſt modico cibo poteſt eſſe
contentus quia uirtus bene poterit tollera
re et quando parum expuit parum eſt dã
dum per comparationem ad unam exibi
tionem . quia uirtus uidetur debilis et nõ
poſſet digerere una uice . et ſi multum ex
puit uirtus uidetur fortis et ideo multuꝫ
de cibo per comparationem ad unam exi
bitionem licet parum demus per compa/
rationem ad totum morbum . quia mor
bus breuis eſt terminationis. Nullus igi/
tur poteſt dictare niſi qui cognouerit elon
gationem ſtatus a principio . Pleureticus
igitur ſit contentus aqua ordei cum toto
hec eſt dicta ptiſana ſpiſſa. Et ſi egritudo
elongetur utatur ordeato aliquantuluꝫ de
mane et minus de ſero . Pleureticus igit̃
poteſt uti octo potibus. Primo ſcilicet aq̃
ordei cum uolumus nutrire infrigidare ⁊
mundificare ¶ Secundo poteſt uti ydro/
melle aquatico ſcilicet. ℥. ſ. mellis et aque
fontis lib. i. cum uolumus fortius incidere
et abſtergere ¶ Tertio poteſt uti uino al/
bo debili aquoſo nato in montanis cum
multitudine aque . et hoc cum uolumus
magis uirtutem confortare. et iſti duo po
tus uitentur in principio . et cum materia
eſt calida . Quartus potus poteſt eſſe ſiru
pus iulep uel aqua fontis cum pane cũ eſt
delicatus et uolumus infrigidare . Quin/
tus potus poteſt eſſe ſucus maloruꝫ grana
torum dulcium cum multa aqua fontana
cum uolumus humectare et confortare.
Sextus potus poteſt eſſe talis. ℞. aque fon

tis lib. i. mellis aceti . añ. ℥. ſ. zuccari. ℥. ii.
miſceantur et eſt potus diuinus pro delica
tis cum uolumus infrigidare et mundifi
care . Septimus potus poteſt eſſe brodiuꝫ
pulle parue cum homo eſt delicatus et de
bilis et pleno faſtidio. ℞. pullam albã par
uam et decoquatur in aqua fontis cum la
ctucis et ſeminibus frigidis ſine ſale ⁊ car
nibus ſalſis et in omni alio beneficio et d̃
coquantur uſqꝫ ad oſſium ſeparationem ⁊
utatur illo brodio ſi qua eſſet ¶ Octauus
potus poteſt eſſe ubi eſſet ſitis inſomnie/
tas ariditas lingue ſcilicet ſirupus uiolaruꝫ
aut nenufaris aut ſirupus de papauerꝫ. cuꝫ
multitudine ſirupi iulep . aut aqua ordei
aut aqua fontana et ſimilibus ¶ Et eſt in
telligendum hic bonum uerbuꝫ quod d̃i/
cit Auic. ꝙ non debet negligi mel in paſ
ſionibus ſpiritualium quoniam uehiculuꝫ
eſt omnium medicinarum que competũt
in pectoralibus. Adminiſtrentur igit̃ me
dicamina cum melle potiſſime cum ma/
teria eſt frigida groſſa compacta et tem/
pus eſt frigidum et ita de aliis. ſed ſit pa/
ratum et repreſſum ſicut oportet . Pleure
ticus igitur ſi iſta non ſufficiant poteſt uti
auenato et farina tritici decocta in furno
et parata cum lacte amigdolarum et po/
teſt uti colatura furfuris . et etiam in caſu
ſuo poteſt uti piſcibus ſquamoſis de aquis
mundis currentibus coctis cum ſale et pe
troſilio et aqua. Ingroſſetur igit̃ regimen
ſecundum elongationem ſtatus . hec om/
nia et cõſimilia medici induſtrie relinquã
tur . Poteſt etiam uti aqua maluarum et
uiolarum et bugloſ. et boragi. et poteſt uti
ſpinagiis et lactucis paſſulis amigdalis iu/
iube et cucurbitis . Et ſi materia eſt fleg/
matica utatur iure caulium et yſopi cum
melle . Et ſi materia eſt melancolica utat̃
bugloſſa cum melle et ſorbitione tritici.
De pane eſt intelligendum quoniaꝫ panis
aut eſt fermentatus aut azimus . azimus ñ
competit quoniam oppilat nec fermenta/

tus quoniam feſtinat rupturam apoſtema
tis et ideo panis nō exhibeatur niſi fermē
tatus et hoc poſt rupturam et in declinati
one et ſi apoſtema nimis tardaret ad rum
pendum. In declinatione igitur mica pa/
nis lota ter in aqua .poſſunt etiā dari oua
ſorbilia et decoctiones carnium edulinaꝝ
et dētur poma cocta et mala granata dul
cia et pruna bene matura.ceraſa dulcia. In
telligende tamen ſunt hic aliq̄ regule ypo
cratis ꝙ nunq̄ fiat flebothomia nec detur
farmacia uentre exiſtente conſtipato .p̄ce
dant igitur criſteria aut ſuppoſitoria nunq̄
detur cibus ī magno dolore niſi uirtus ca
deret per uiam inanitionis .nunq̄ fiat fle/
bothomia nec farmacia .niſi in tempore
maioris quietis. Non detur oximel mul
te acetoſitatis niſi iſta particularia conueni
ant ſcilicet ꝙ morbus ſit ī declinatione et
materia groſſa uiſcoſa .et uirtus fortis et
tuſſis modica et difficilis hanelitus.nō ſit
magna quantitas et ꝙ detur in parua quā
titate et cū multitudine ptiſane. aliter ꝓp
ter eius fortitudinem in eius uia perierūt
multi. Intelligendum eſt iuxta hoc ꝙ a
liqui ponūt repercuſſiua in principio pleu
reſis . Sed ego non ſum iſtius opinionis
quoniam aut applicantur interius .et tunc
ingroſſant et conſtringunt et crudificant
et addunt in putrefactionem .aut āmini
ſtrantur exterius et tūc non poteſt fieri re
percuſſio quia obliquitas uenarum impe/
dit et depreſſitas coſtarum . Preterea hoc
non eſſet repercutere.ſed magis facere ma
teriam ad locum currere cum materia re/
percutiatur a parte poſt et non a parte an/
te . Preterea aliqui nituntur curare pleure
ſim cum attractiuis corpore iam mundi
ficato ponendo uentoſas ſupra locum et
emplaſtra calida de ſinapi et ſimilibus. ſꝫ
ego non ſum bene iſtius opinionis .tum
quia materia nō eſt tractabilis propter na
turam .tum quia ſemper timendum eſt
de apoſtematione et augmentatione apo/
ſtematis propter uiolentum tractum .pre
terea quidam multum nituntur circa mi
tigationem accidentium .ſicut eſt aliena
tio.inſomnietas.ſitis .conſtipatio laxatio
et ſimilia .in iſtis aſſentio niſi ꝙ ſi a prin
cipio pleureticus bene regatur et egritudo
ſit curabilis. melancolia ſinthomatum nō
ſuperuenit. Sed ponatur ꝙ ſit erratum cer
te utile conſilium eſt adhibere remedia q̄
remedia inueniunt̄ in locis ſuis nec opor
tet propter hoc prolongare . Si autem egri
tudo prolongetur et ſumus coacti matur
rare utatur tali ſirupo .℞.radicum yreos
yſopi lilii an̄ .℥.i. caricarum .dactilorum
an̄ .℥.ii.paſſularum enucleatarum. iniube
liquiritie.draganti gummi arabici quatu/
or ſeminum frigidorum an̄.ʒ.iiii.capillo
rum ueneris re.lib.ſ.mellis et zuccari an̄.
lib.ſ..fiant ſirupi quaſi librarum duarum
et ex iſtis eiſdem cum orobo et fenugre/
co et ſemine lini et ſtercore columbino ⁊
oppoponaco fiat emplaſtrum et ſuper la/
tus apponatur .Et ſi fiat queſtio de ruptu
ra et ſanie et tuſſi et multis talibus recur/
ramus ad capitulum de tuſſi et capitulum
de aſmate et empimate et ptiſi et inuenie
tur plenitudo mundificationis quia ꝓpter
iſta non oportet opus prolongare . ¶ Re
ſtat igitur de ptiſana dicere .Collige or/
deum groſſum plenum ponderoſum be/
ne maturum non nimis antiquum nec ni
mis recens ſine omni malo odore et ſapo
re et ſine ammixtione alterius rei et ꝙ ſit
collectum in anno fertili et non corrupto
quod ſit natum in terra alta uentoſa non
infima nec iuxta paludes nec loca corrup
ta et ꝙ granum ſit conſeruatum in loco e
uaporabili .et de tali ordeo recipe libram
unam et conquaſſetur .et ponatur in olla
terrea uitreata noua cum uiginti libris aq̄
fontis et buliat lēto igne ſine fumo et lig
na non ſint corrupta nec putrefacta ſed ſi
poſſibile eſt ſint de iunipero aut quercu ⁊
ꝙ ignis ſit clarus et mūdus. et buliat uſq;

ad conſumptionem medietatis et tunc ꝑ
mittatur infrigidari et poſtea ſuauiter co/
letur et reſeruetur quia iſta aqua habꝫ om
nes bonitates in abſtergendo et mundifi/
cando et infrigidando et ita de aliis . Et
eſt intelligendum ꝙ ordeum cum cortice
magis abſtergit ꝛ mundificat. ſed ſine cor
tice magis nutrit et confortat . Si autem
uolumus ꝙ magis nutriat . buliat donec
due partes aque ſint conſumpte et ſit qua
ſi ſpiſſa et ſorbeatur cum illa ſpiſſitudine.
Et appellatur apud ypocratem ptiſana cū
toto . ſicut puta appellatur ptiſana colata.
Si autem ordeatuꝫ facere uolumus . excor
ticetur ordeum et abluatur cum multis a
quis dulcibus et decoquatur in tantuꝫ quo
uſqꝫ caro uaccina eſſet cocta et poſtea tera
tur in mortario et diſtemperetur cum la/
cte amigdolarum et coletur et apponatur
lento igni donec incipiat inſpiſſari. Aliq
tamen faciunt ptiſanā ſic ponunt ordeum
contritum in amphora . et poſtea ponunt
amphoram in cacabo pleno aqua et buli/
ant aqua caccabi lento igne ſine fumo . et
per conſequens aqua amphore et poſtea r̄
ſeruetur et eſt bona pro delicatis quia pe/
nitus nihil habet de fumo . Et eſt intel/
ligendum ꝙ decoctiones fiunt de multis
granis ſicut eſt triticum et ſpelta auena ci
cera orobus fenugrecum . et multa conſi/
milia. Sed ſecundum ypocratem et om
nes ſapientes decoctio ordei excedit boni
tatem omnium aliorum et peto ueniaꝫ ꝙ
ita breuiter pertranſiui cuꝫ materia ſit ita
difficilis et periculoſa . ſed alibi a nobis ſu
pra regimen pertractatum eſt ſatis. Et cū
fuerit in conualeſcentia balneetur et parti
cula patientis diligenter mundificetur et
confortet̄ ꝛc̄ . ¶ CLARIFICATIO
Intelligendum ꝙ pleureſis non eſt apoſte
ma ſolum in dyaframmate ymo in pan
niculis coſtarum interioribus ſecundum
Galienum in illo affori. aride ructuan/
tes ubi dicit ꝙ pleureſis eſt apoſtema in i
terioribus coſtarum panniculis . Et notā/
dum ꝙ ſi generetur pleureſis ex multitu/
dine et habundātia plus generatur ex ſāg
uine . et ſi generatur per uiam penetratio/
nis plus generatur ex colera cum pannicu/
lus ſit demulſus et colera plus penetret . et
ſi generetur per uiam reumatis et ſtillici/
dii plus generatur ex flegmate . et ſi gene
retur per uiaꝫ congeſtionis plus generatur
ex melancolia. abſolute tamen et frequen
tius generatur ex colera . et ſecunduꝫ hāc
rationem plus generatur in uere quantuꝫ
eſt ex dominio ſanguinis. et plus in eſtate
quantum eſt ex dominio colere niſi ꝙ de
facili euaporat. et plus in autumno quan/
tum eſt de dominio melancolie . ſed acci
dentaliter plus quantum eſt de colera ge/
nerata iam in eſtate . In hyeme plus de
flegmate . Sed accidentaliter plus quantū
eſt de colera generata in eſtate et conſerua
ta per autumnum et hyemem et tunc ad
panniculos penetrantem . et ſecundū hanc
rationeꝫ raro cauſatur pleureſis in ſenibus
et ſi cauſaretur ut plurimum erit de fleg/
mate et erit ꝑiculoſa ualde ratōne debilita
tis uirtutis . ſicut in iuuenibus ratione ni/
mii ſenſus eſt multum periculoſa . In iu/
uenibus autem accidit plus de colera. in a
doleſcentibus plus de ſanguine . ¶ Tertio
debemus intelligere ꝙ ſputum rubeum ꝑ
ſe et ſolum peſſimum eſt quia rupturam
uene ſignificat et tunc competunt contra/
ria medicamina ut dictum eſt . Si autem
mixtum cum albo bonuꝫ eſt . et tunc ma
gis eſt ſubrubeum ¶ Quarto notandum
ꝙ in corporibus plenis facienda eſt flebo/
thomia de parte oppoſita . et ſi non eſt ita
plenum et egritudo ſit confirmata fiat de
eadem parte flebothomia . et ſi humores
ſint frigidi cum multitudine humorum
adhuc poteſt competere flebothomia etiā
in dolore deſcendente . quia timor eſt uia

ſecundum Galienuz . et debet fieri primo
in corporibus plenis ſecundum Auicennã
de ſaphena eiuſdem lateris . et ſi ulterius ĩ
diget fiat de baſilica eiuſdẽ lateris. Quin
to notandum ꝙ nulla fortis medicina po
teſt dari in pleureſi q̃q̃ dicant antiqui et a
liqui moderni iactant ſe illam uiam tene
nere. Sed diſputationibus pretermiſſis nõ
uidetur rationabile . Detur igitur manna
caſſia fiſtula tamarin . iuiube borrago . bu/
gloſſa pruna et ſimilia . per iſtam enĩ uiaz
medicus nunq̃ erit ignominioſus. et fiant
etiam ſuppoſitoria et criſteria lenificatiua.
¶Sexto intelligendum ſicut dictum eſt
ꝙ repercuſſiua nunq̃ competunt in pleure
ſi et ſi aliquo modo competerẽt ſicut uo/
luit bebem meſue tunc competerẽt in ini
cio iniciante. Si quis eſſet et deus dediſſz
talem gratiam ꝙ principium cognoſcere/
tur et ꝙ portaret in manu aut ĩ burſa me
dicamina repercuſſiua . ſed ꝙ poſſint talia
concurrere non uidetur . et ideo ſumme
miror quomodo bonus bebem meſue ſo
lus dormitauit ¶Septimo aduertendum
ꝙ maturatiua non competunt in pleureſi
niſi quando egritudo prolongaretur et nõ
habemus aliam uiam . Mundificetur igi
tur perfecte corpus et applicentur euapora
tiua quoniam ſanies erit multum pericu/
loſa . ¶Vltimo notanduz ꝙ uapores aſcẽ
dentes ad caput infrigidantur et cadunt
ad panniculos et conculcantur et putrefi/
unt et ita calefiunt et pleureſim generant

## ¶Capitulum de peripleumonia.

PEripolmonia eſt apoſtema cali/
dũ pulmonis quoddã autez apo
ſtema aliquando terminatur ꝑ
uiam reſolutionis. aliquando in
duratur . aliquando delegatur materia ad
cerebrum . aliquando exituras exteriores.
aliquando ad pleureſim ſed raro. aliquan/
do ad neruos . aliquando tranſit ad empi
ma et ſi mundificetur in quadraginta die
bus bonum eſt et ſi non et uirtus eſt debi
lis multum ſuſpectum eſt. ¶CAVSA
Aliquãdo cauſatur peripolmonia ex pleu
reſi et eſt ſemper maluz . et generatur fre/
quenter de catarro et generatur ex quoli/
bet humore . ſed ſicut pleureſis generatur
ut plurimum ex colera . ita peripolmonia
ut plurimum de flegmate . ¶SIGNA
Pulſus eſt undoſus febris fortiſſima diffi
cultas hanelitus uehemẽs duricies quaſi ad
prefocationem. oculorum inflatio rubedo
maxillarum . dolor in medio ſpatularum
¶PRONOSTICATIO . Peripol/
monia generata ex pleureſi ut plurimum
facit alterum duorum aut interficit infra
ſeptem dies aut tranſit in ptiſim . Si ma/
teria peripolmonie terminetur ad uias uri
nales liberationem ſignificat. Et eſt intel
ligenduz hic gratia materie ꝙ pleureſis de
colera ut plurimum eſt mortalis et ita ut
plurimũ omnis pleureſ eſt mortalis. tñ ut
plurimum de colera generatur cuius ratio
eſt quoniaz hnc pleureſim ſequitur calor
uehemens et dolor uehementiſſimus rati
one pũcture et difficultatis medicaminis
non potentis uenire cum totalitate ſua ſi/
ue applicetur inferius per moduz potionis
quia uia eſt longinqua ſiue applicetur ex/
terius quia coſte impediunt. ¶CVRA
TIO. Curatio eſt fere eadem cum pleure
ſi niſi ꝙ in peripolmonia debemus medi
camina fortia applicare et ſupra particulaz
patientem apponere debemus et magis eẽ
attenti ut materia cum tuſſi mundificet.

## ¶De tremore cordis

TRemor cordis eſt motus cordis
tremulus ꝑter naturã. ¶CAV
SE . Cauſe quedam ſunt extrin
ſece quedam intrinſece. Extrinſece ſicut ẽ

calor ſubitus nimius aut frigiditas nimia aut inanitio nimia .aut accidentia anime cum ſint in exceſſu aut uenenum ſumptū aut morſus animalium uenenoſorum aut fe. peſtilentialis aut uermes et omnia breuiter que in exceſſu debilitant uirtuté cordis. Si ab intus tunc prouenit ex magnis paſſionibus membrorum habentium uicinitatem aut colligantiam cum corde. Et ita poteſt prouenire propter paſſiones cerebri et pulmois et ſtomaci et epatis et ſplenis et matricis .et prouenit etiam hec paſſio propter uentoſitatem aut propter nimium ſenſum. et prouenit etiam propter uapores ſanguinis corrupti prouenientis ad cor et colere flegmatis et melācolie. SIGNA. Signa cauſarum extrinſecarum habentur ex iudicio patientis .et quando ꝓuenit ex paſſionibus aliorum membrorū diſcernitur per paſſiones et ſigna illorum. et ſi uenerit ex uermibus plus affligitur ante cibum et cum cibus aſſumitur incipiūt aſcendere. et ſi fuerit ex inanitione plus affligitur ante cibum. et ſi ex repletione plus affligitur poſt. et ſi ex nimio ſenſu et raritate aduenit ſibi ex quacunq̧ facili cauſa. et ſi ex uentoſitate cito aduenit ꝛ cito recedit. et ſi ex calore pulſus et hanelitus ſunt ueloces et frequentes et inordinati. Et ſi ex frigiditate pulſus et hanelitus ſunt parui et tardi et inordinati. Et ſi ex ſanguine diſcernitur per res naturales et contra naturam. Si igitur urina fuerit rubea et ſpiſſa et pulſus undoſus et facies rubea et calor in precordiis et patiatur ſitim et ſi fuerit adoleſcens et fuerit in ocio .et comedit cibaria multiplicantia ſanguinē et fuerit homo letus et liberalis. vere iſtis particularibus concurrentibus aut ut plurimum coniectura eſt propinqua ueritati ꝙ tremor cordis ſit propter ſanguinem ꝛ per hunc modum poſſumus dicere de colera. Si urina fuerit citria et tenuis et pulſus uelox et frequens et ſitis nimia et calor intenſus et ipe eſt iuuenis animoſus q̧ cucurrit et laborauit et multiplicauit ea q̄ generant coleram tunc uidetur ex colera ſimiliter ex flegmate ſi urina eſt remiſſa ꝛ ſpiſſa et pulſus iordinatus et paruus et ipſe ſit ſomniculoſus et ſtupidus et flegmaticus et in yeme et puſillanimus tunc uidetur ꝙ humiditas flegmatica petit cor ꝛ non permittit ipſum moueri motu naturali cum impediat ſitum eius ideo mouetur motu inordinato tremulo. Similiter de melancolia ſi fuerit melancolicus extenuatus in autūno et ſi fuerit timidus .et ita de aliis uidetur ꝙ tunc ſit propter fumos melācolicos inuadētes ad cor et capſulam eius et quia cor eſt indignantis nature ꝛ non ſuſtinet iſtos fumos horribiles iō mouetur inordinato et tremulo motu Sicut treōr accidit i capite et maibus cū uirtus membrorum regere non poteſt. qꝛ tremor eſt motus compoſitus ſicut ſcribit Galie. in de morbo. ¶ PRONOSTICATIO. Omnis mala complexio cū excedit debilitat et uirtus debilis inducit tremorem et tremor ſincopim et ſincopis mortem. Si igitur tremor cordis diu durauerit mortem ſignificat. Si autem poſt tremorem aduenıat uomitus practicus et tremor non ceſſet ſpaſmum ſignificat et mortem. Si apoſtema uenerit cordi aut ē magnum aut paruum. ſi magnum aut calidum aut frigidum. ſi calidum interficit in eadē die. et ſi frigidū interficit in ſcḋo et ſi paruum ſicut puſtule et ſimilia tūc interficit in quarta et emittit ſanguinem ꝑ nares ſicut encaſtrum. Si uulnus ſuperuenit cordi aut eſt in parte dextra aut ſiniſtra. ſi in dextra aut eſt magnum aut paruum. ſi magnum ſtatim interficit. ſi paruum in prima die. ſi in ſiniſtra in eadem die interficit ſiue magnum ſiua paruum Vlcus in corde mortem inducit.

CVRATIO . Intelligendum ꝙ in om
ni tremore cordis cōpetunt aromatica ita
ꝙ ſi cauſa eſt calida amminiſtrentur aro/
matica frigida cum modica appoſitione a
romaticorum calidorum ut melius pene/
trent . Et ſi cauſa eſt frigida amminiſtren
tur aromatica calida cum modica appoſiti
one frigidorum ut melior fiat conſerua/
tio . Attamen intelligendum ꝙ ſi diſcra
ſia eſſet nimis intenſa tunc ſufficit appo/
nere ſoluꝫ compoſita aromatica ſine appo
ſitione ſimilium . Aromatica autem cor
dialia frigida ſunt iſta ſcilicet uiole nenu
farꝗ roſe ſanduli omnes . camphora acetū
agreſta ſucus acetoſe . ſucus malorum gra
natorum . acetoſitas citri et limonum et
citranguloruꝫ et aqua roſarum et Karabe
coriandrum preparatuꝫ . et fructus aroma
tici . ſicut ſunt citonia . pira dulcia . et ualet
lac acetoſum ptiſana zuccarum ¶ Compo
ſita ſunt iſta Sirupus limonuꝫ et ribes . ta
men in terra iſta non inuenitur ribes . et ſi
rupus ro . et nenufarinus triaſandal̄ . zucca
rum roſatum et uiolatum et conſtitutio/
nes que fiunt ex his ꝫ trociſci de campho
ra et dyadragantum frigidum . et omnia
ſimilia ¶ Aromatica autem calida ſūt iſta
ſcilicet ambra ſtorax calamētum muſcus
lignum aloes . gariofali cortex citri ꝫ citrā
gulorum . nux muſcata cinnamomum ſe
men maiorane baſiliconis . uinum aroma
ticum . folia enule . Compoſita auteꝫ ſunt
iſta ſcilicet tyriaca mitridatum potio mu
ſcata leticia Galie . dyambra dyamargari
ton dyarodon iulii . alipta muſcata . gallia
muſcata et ſimilia ſicut eſt pulla lardata ꝫ
aſſa cum uino aromatico et aqua roſarum
Ea que ualent in utroqꝫ caſu ſunt iſta ſcili
cet Aurum purum foliatum . margarite
corallus . raſura eboris . ſpodium . os de cor
de cerui iacicti . blacte biſantia ſmaraldus
doronici croci mellis̄ . borrago . bugloſſa .

Ex his autem poſſunt fieri electuaria aut
pulueres aut trociſci et ſirupus et omnia
ſimilia . et cum his poteſt rectificari ¶ Vi
ſis uniuerſalibus ad particularia ueniamus
Si fuerit de ſanguine fiat flebothomia et
utatur ſirupo de borragine et de bugloſſa .
et ſirupo roſaruꝫ et acetoſo et ſirupo limo
num ubi fuerint ſandal̄ . et camphora et
mundificet̄ corpus cum prunis et manna
et floribus borraginis et bugloſſe et odo/
ret ſandalum mucatelinos et roſas et aquā
ro . et acetoſitatem citri . Si auteꝫ materia
fuerit colerica digeratur cuꝫ ſirupo de bor
ragine et de bugloſſa . et ſirupo nenufaris
et ro . et acetoſitate citri . Et ſi fuerit me
lancolica digeratur cum ſirupo de borrag .
et bugloſ . et oximelle diurꝗ . ubi fuerit cor
tices citri et nux muſcata . et ſemen maio
rane et baſiliconis et fiat pomum de am
bra ligno aloes muſco . et purgetur cuꝫ ye
rapi . et yeral̄o acuatis cum pulpa collogn
tida . Et ſi materia fuerit melancolica di
geratur cuꝫ ſirupo de borragine et bugloſ
ſa et fumoterre et oximelle ſquillitico ubi
fuerint epithimus lignum aloes gariofali
cinnamomum et odor alipte muſcate . et
purgetur cum yeral̄o . et yeraruſi . acuatis
cum lapide armeno . Et ſi fuerint uento
ſitates fiant fricationes et detur dyanthos
cum muſco et dyani . et uitet omnia que
generant uentoſitatem . et ſi fuerit ex ni/
mio ſenſu dentur ſibi aromatica frigida
cum paucis calidis . uitet omnem nimiuꝫ
laborem tam animalem q̄ corporalem .
Et ſi fuerit propter uermes . aut propter
paſſionem aliorum membrorum aut ꝓp
ter uenenum et conſimilia curentur illa p̄
us ſicut dictum eſt in locis ſuis . ¶ Notan
dum etiam hic de croco ꝙ non debꝫ dari
niſi in parua quantitate . Si autem dare/
tur in magna quantitate uenenum ē et in
ficit ridendo . q̄titas aūt ſue magnitudinis

doceri non debet ¶ Et eſt notandum ꝙ
ſucus bagloſſe qualibet uice ſumptus cuꝫ
gariofalis multum ualet in tremoꝛ cordis
Similiter intelligendũ ꝙ pullus debet lar
dari et aſſari et aſpergi aqua ro. et acetoſi/
tate citri et uino aromatico et ꝙ odoret.
Et ſi cauſa fuerit frigida pullus calidus co
medatur. ſi calida comedatur ſi fuerit in
frigidatus. et ſi fuerit talis conditionis ꝙ
poſſit comedere carnes. quoniam frigida
competunt etiam in tali caſu. conſiderentꝰ
igitur particularia et applicentur iuxta cõ
uenientiam particulariuꝫ. ¶ CLARIFI
CATIO. Intelligendum ꝙ licet motus
cordis naturalis ſit motus dilatationis et
conſtrictionis. et in tremore uideatur eſſe
motus dilatationis et conſtrictionis non
tamen eſt naturalis ymo inordinatus et ꝑ
ter naturam et forte motus tremoris pro
prie loquendo non eſt in corde cũ motus
tremoris non ſit niſi in membro qđ uolũ
tarie mouetur. motus autem cordis nõ ē
motus uoluntarius. ſed naturalis ſequens
formam. Sed poſſemus dicere ꝙ iſte mo
tus poſſet quodammodo reſpondere mo
tui uoluntario. et aliquo modo motus tre
moris poteſt attribui cordi per quandam
attributionem. Cor igitur patitur tremo
rem et iectitationem. Cum igitur cor/
ſit membrum primum et radix omniuꝫ
uirtutum et membrum delicatum et non
poſſet ſuſtinere materiam ſibi odioſã mo
uetur ad fugandum uł fugiendum uł ad
utrunqꝫ. uel talis motus uelox et inordina
tus appellatur tremor et ſentitur et mani/
feſte uerſus mãmillam ſiniſtrã. Si enim
nullus motus naturalis erit cordi motus
tremoris apparere non poſſet ideo tał mo
tus non attribuitur epati. nec aliis multis
membris nec capiti quando inclinatur ſu/
per puluinar nec brachia quando inclinatꝰ
ſupra latus niſi paſſio eſſet nimia et uio/
lenta et proxima paraliſi et tũc ē iſte mo
tus ſicut uermiculoſus aut formicans. Sed

tunc manifeſte apparet cum aliquis inten
dit mouere caput aut manum uoluntarie
aut aliquid agere et potiſſime motuꝫ re/
ctitudinis tunc apparet motus tremoris.
quoniam cum aliqua res preter naturã ue
nerit membris mouẽtibus uoluntarie tũc
uirtus debilitatur et non poteſt complere
motum ſuum mouet igitur partim ſꝫ cõ/
plere non poteſt et tunc deficit quia natu
ra mouet ſuperius et morbus inferius. et
tunc deficit motus rectitudinis quem na
tura intendebat complere et non põt ꝓpꝰ
debilitatem uirtutis et ita proprie loquen
do non eſt niſi i membris ubi eſt motus
uoluntarius. attamen poteſt attribui cor/
di quoniaꝫ licet motus cordis non ſit uo
luntarius in hoc tamen ꝙ naturale eſt lo/
co uoluntarii. ſicut igitur motus uolunta
rius cum ab aliquo non impeditur cõple/
tur ſine impedimento. ita motus cordis
cum ab aliquo non impeditur. Cum igi
tur aliqua res preter naturam aduenit cor
di motum ſuum naturalem complere nõ
poteſt quia nec complete dilatari nec com
plete conſtringi ſed ad utrunque feſtinat
et neutrum peragit et talis motus frequẽs
et agitatiuus ad ſuperius et ad inferius ap
pellatur tremor. Cum igitur predicat ſin
copim et mortem ideo cum diligẽtia ad
uertendum ¶ Secundo intelligendum ꝙ
cor poteſt apoſtemari et in ſe et i ſua cap
ſula. non ꝙ apoſtema ueniat ad comple/
mentum. quia cor eſt indignantis nature
et non poſſet pati tantum lapſum et licet
forte poſſet aliquo modo pati oĩes mor
bos. apoſtema tamen uſqꝫ ad ſui comple/
mentum non cum in apoſtemate ſint om
nes morbi in genere ſcđm principium po
teſt eſſe principium. ſed complementum
non antea enim adueniret mors centies
¶ Tertio notandum quoniam licet cali/
dum et frigidum contrarientur nihilomi
nnus tñ bene cõuenire pñt in effectu uno
ſicut i cardiaca cũ utrũqꝫ debilitet uirtutẽ

ſed diuerſimode quia frigiditas facit hoc
comprimendo et caliditas exalando et qñ
eſt cum ſudore appellatur cardiaca dyaſo
retica et pro tanto accidétia anime poſſũt
cauſare cardiacam ſicut timor triſticia gau
diuz et letitia. ¶ Quarto notandum quo
niam licet flebothomia habeat multú de
bilitare. nihilominus bñ pót competere in
tremore . cum uirtus debilitatur propter
multitudinem . ¶ Vltimo notandum ꝙ
ſucus maiorane et bugloſſe cum gariofal
multum ualet in tremore cordis et cardia
ca paſſione et potiſſime ſi cauſa eſſet frigi
da et corpus mundificatum

¶ Capitulum. xii. de ſincopi.

SIncopis eſt ablatio ſenſus z mo
tus in toto corpore ſecundú ma
iorm partez propter debilitatez
cordis . Intelligendum hic ꝙ tremor é in
ſincopi et ió cauſe et ſigna et curatio mag
nam conuenientiam habent . Secundo in
telligendum ꝙ cauſe immediate ſincopis
poſſunt eſſe due ſcilicet omne illud quod
facit ſubito exalationem caloris ex corde
et omne illud quod facit ad conculcatóné
caloris in corde. ¶ CAVSA. Cauſaruz
ſincopis quedam ſunt intrinſice et quedá
extrinſice. Extrinſice ſunt ſicut eſt ſudor
nimius et balnea nimia et uenenuz aſſúp
tum et morſus reptilium. et ſubita cali-
ditas et frigus . Similiter et fames et coy
tus ſuperfluus et omne illud quod ſubito
inanit et nimia repletio cibi et potus . aer
cauernarum et tumbarú et aer peſtilentia
lis . et uenit etiam propter accidentia ani-
me nimis intenſa ſicut eſt gaudiú . et om
nia conſimilia ¶ Cauſe intrinſice ſunt paſ
ſiones magne membrorum corporis ſicut
patet in cerebro propter epilenſiam et apo
plexiam . et ſicut patet in paſſionibus ſto
maci ſicut eſt nimia repletio. aut inanitio
et ſicut patet in appetitu canino et in boliſ
mo et in dolore ſtomaci et mordicatione
eius . et ſicut pz i colica et yliaca et fluxu
uentris et uermibus . ſicut patet in nimio
fluxu menſtruorum et emorroydaruz. et
fluxus ſanguinis narium et in ſuffocatióe
matricis . et in humoribus corruptis exeú
tibus ab epate et ſplene cuz uapores uadũt
ad cor . Euenit etiam ſincopis propter ni
miam corporis repletionem aut oppilatio
nem . aut propter nimiam cordis calidita
tem et humorum ſubtilitatem et frigidi
tatem . et humorum groſſitiem. et ꝓpter
febres peſtilentiales. et propter principiuz
paroxiſmorum . et propter dolores et ꝓp
ter accidétia intenſa que fuerunt fe. et ꝓp
ter uulnera et propter apoſtemata et ſani
em et dolores fortiſſimos et omnes labo
res tam animales q̃ corporales. et ſicut eſt
flebothomia in non aſſuetis . et omnia có
ſimilia que ſubito conculcant calorez í cor
de aut ipſum faciunt exalare ſicut dictuz
eſt . ¶ Signorum quedam ſunt que ſigni
ficant futuram ſincopim ſicut eſt tremor
cordis et mutatio coloris faciei in non na
turalem colorem et mutatio pulſus in par
uitatem et tarditatem et frigiditas extre
mitatum ¶ Signorum quedam ſunt que
demonſtrant paroxiſmum ſincopis ſicut
eſt ablató ſenſus et motus et pulſus formi
cans et mortificatio faciei et omnia illa q̃
dicta ſũt ſuperius libro. ii° ubi poſuimus
ſigna diſtictiua inter omnes ſpecies ſinco
pis et inter ſincopim et mortem . Signoꝝ
quedaz ſunt que ſignificant cauſas et ſi fu
erint primitiue habentur per iudicium aſ
ſiſtentium ſi bene inueſtigentur. et ſi ꝓpē
paſſionem membrorum cognitio habẽt
per iudicia illorum. Et ſi ſincopis uenerit
ſine omni cauſa manifeſta tam extrinſeca
q̃ intrinſeca et uenerit ſubito . tunc é ſig-
nú ꝙ uenerit ꝓpter paſſiones cordis z tal
ſincopis é peſſima et mortalis. Inueſtigẽt
igiť diligenter ſingule partes corpis . et nó
effugiet te cauſa paſſiois ſi fuerit depſſitas

uel raritas.repletio.inanitio.caliditas frigi
ditas uenenuꝫ diſcernatur quia ſapor hor
ribilis eſt in ore alie cauſe ſunt manifeſte.
¶ Pronoſticatio. ¶ Si aliquis ex longo tē
pore patiatur tremorē cordis aut ē multū
formidoloſus tunc debet ſumere aliq̄d et
ſubito ueniat ſincopis expeditum eſt ne/
gocium quia cauſa eſt equata. Si auteꝫ ali
quis patiatur longaꝫ ſincopim et color fa/
ciei fuerit mutatus in liuorem aut uiroreꝫ
aut nigredinem nunq̄ calcabit terram .Si
ſubito ueniat ſincopis et ſine omni cā ma
nifeſta et ſincopis fuerit longa conſumatū
eſt .Si autem alicui ſincopanti datum fu
erit ſternutatoriū .ſicut eſt puluis ellebori
albi et non ſternutauerit nullum eſt conſi
lium niſi ꝙ crux et turribuluꝫ apportetur
¶ Curatio ¶ Aliter enim eſt operandum
in paroxiſmo et aliter poſt. Signis igitur
mortalibus non apparentibus ut dictuꝫ ē
operemur ſicut dum ſincopis adeſt . Pri/
ma igitur operatio ē ꝙ fricentur extrema
cum manibus et cum pāno aſpero aut cū
ſale et aceto et ꝙ fiant ligationes extremi
tatum doloroſe. Secundo ꝙ ponantur in
aere claro et ꝙ uocentur proprio nomine
in aure alta uoce et mltis uicibus. Tertio
proiciat̄ aqua roſarum in faciē ex alto aut
aqua frigida niſi in duobus caſibus.ſ.ſi ſin
copis eſſet propter nimiam repletionē aut
propter fluxum uētris .Quarto debemus
applicare aromatica naribus frigida in cā
calida et in frigida econuerſo .et etiā pul/
uerem aromaticum naribus inſufflare niſi
in uno caſu.ſ.ſi ſincopis eſſet propter ſuf/
focationem matricis quia tunc apponatur
naribus galbanum et aſſa fetida .et alipta
muſcata inferius ¶ Quinto debemus i cā
calida adhibere uinum frigidum cū aqua
frigida .et in cauſa frigida detur cuꝫ aqua
calida .et ſi fuerit propter repletionem de
tur uinum aromaticum purum ſed i par/
ua q̄titate . Sexto aperiamus os cum cul/
tello ligneo et fricemus linguam et dētes

cum tyriaca et potione muſcata . Septi/
mo et ultimo apponātur naribus ſternuta
toria et ſi ſternutet bonum eſt .et ſi non
ſtatim fugiat medicus. ¶ Si autem nō fu
erit in paroxiſmo .ſed timet ne ueniat
propter paroxiſmum febris aut quia uult
facere flebothomiā et alias non fecit .aut
quia patiatur tremorem cordis aut ē mul
tum formidoloſus tunc debet ſumere ali
quid aromaticum ſtipticum. Sumat igit̄
bolum panis intinctum in ſuco citonioꝝ
aut uino aut aqua roſarum aut acetoſitate
citri aut brodio carnium aut ꝙ accipiatur
de dyacameron aut zuccaro ro.aut dyam
bra aut potione muſcata et ita de aliis aro
maticis iuxta conuenientiam particulariū
His uiſis accedamus ad curationem iuxta
diuerſitatem cauſarum . Si igitur uenerit
ex cauſis primitiuis uel ex egritudinibus
manifeſtis curentur illa per ſua contraria
ſicut oportet .et ſicut ſcriptum eſt in locis
ſuis .ſicut uerbi gratia Si fuerit ex uene/
nis detur tyriaca et alia ſicut dictum ē in
capitulo de ueneno . Et ſi fuerit ex acci
dentibus anime inducatur contrariumut
ſi ex gaudio inducatur triſticia et applicen
tur ſandol̄ et camphora ¶ Et ſi ex fluxi/
bus reſtringantur cum aromaticis frigidis
Et ſi ex uermibus interficiantur cū amarꝭ
et ſic de aliis . Et ideo cum cauſe ſint mlt
te ualde reducamus ad quatuor cauſas ſci
licet ad nimium calorem.aut nimiam fri
giditatem .aut nimiam inanitionem aut
ad nimiam repletionem ¶ Ponamus igi
tur ꝙ caliditas ſit in cauſa detur ſibi lac a/
cetoſum butiro extracto et omnia frigi/
da ſicut ſunt ſandalum et roſe et campho
ra.et domus ſit ſubterranea .et porte ſint
ſeptemtrionales . aſpergatur domus ace/
to et aqua frigida et foliis ſalicis et nenu/
faris .et utatur ſirupo uiolaruꝫ et nenufarꝭ
et ſirupo limonum et tria ſandal̄ et zuc/
caro roſarum et camphora et ſimilibus a/
romaticis dictis in capitulo de tremo re

cordis. Si autem ſincopis uenerit propter
cauſam frigidam dentur aromatica calida
ſicut eſt muſcus lignuꝫ aloes. ambra potio
muſcata et ita de aliis ſuperius nominatis
ca° de tremore . et dentur omnia actu ca
lida et diſponatur aer per artificium q ſit
calidus cū aromaticis calidis . Si aūt ſinco
pis fuerit ex repletione . et repletio fuerit
ſtomaci inducatur uomitus . Medicīe au
tem uomitiue frequenter dicte ſunt. Et
ſi repletio fuerit circa inteſtina fiat criſteꝛ
et ſi ſanguis dominatur fiat flebothomia
cum confortatione ſtomaci et ab intus et
ab extra . et ſi fuerit repletio aliorū humo
rum purgetur paulatīne et minuaꝛ cibus.
et fiat abſtinentia ſicut oportet . nec ī hoc
caſu cogatur accipere cibū qm̄ cōiter datur
cibus cū uirtus deficit propter repletioneꝫ
et tunc citius ſuffocatur . Et ideo dicebat
ypo. neqꝫ quiſpiā medicorū inceptus ē q
uires egritudinū cognoſcere ualeat. cōiter
enim non diſtinguitur utruꝫ uirtus ſit de
bilis propter inanitionē aut propter reple
tionem iniungatur abſtinentia temperata
iuxta conuenientiā particulariū . Si auteꝫ
fuerit ſincopis ꝓpter inanitionē deꝛ cibus
ſubtilis et facilis digeſtionis frequenter et
in parua quantitate . Detur ergo brodiuꝫ
panis carnis cum mica panis trita et oua
trita et carnibus tritis cū parua quantita-
te uini aromatici . Vel fiat talis cibus aſſē
tur galline uel perdices uel caro muntoni-
na et lardetur cū lardo et gariofa. et aſp-
gantur aqua ro. muſcata et uino muſcatel
lo et odoretur diu et poſtea teratur fortiſ
ſime et aſpergatur aromatico. et deīde po
nantur iſta in panno mundo et deinde in
torculari et extrahatur ſucus et calefiat lē
to igne et exhibeatur et hoc ē magis con
fortatiuū in extenuatis ſine fe. qđ nunq̄
deus benedictus uoluit reuelare uſqꝫ in p̄-
ſentem diem. et dentur alia nutrientia et
reſumptiua que dicta ſunt in extenuatis
et ethicis et conſumptis . Sed aromatica

ſemper dentur in parua q̄titate gradatim
per ordineꝫ . Alie cāe dicentur in locis ſu
is et ideo recurramus ad illa. ¶ Clarifica-
tio ¶ Intelligendum ꝙ ſincopis primo et
principaliter eſt apoſtema cordis. ſecunda
rio ratione compaſſionis eſt paſſio cerebrī
qm̄ aufertur ſenſus et motus ſm̄ maioreꝫ
partem. ¶ Secundo intelligendū ꝙ in ſin
copi aufertur pulſus ſm̄ maiorem parteꝫ
aliquo modo remanet licet inperceptibili
ter uel quaſi . aliter enim non eſſet uita
¶ Tertio intelligendum ꝙ impoſſibile ē
ſubito mori ex gaudio ſm̄ Gali. ī de mor
bo. quia calor totus uadit ad extra et cum
natura ſentit ſe depauperataꝫ reſtringit ſe
in corde et fit magis clauſio et magna cō
culcatio et ita immediatius moritur prop
ter motus ſecundarios q̄ propter primos.
Et licet ſincopis poſſit cauſari ex ira nō ta
men ſubito . et ita mors non uenit ex ira
ſubito qm̄ licet in ira fiat magna exalatio
et ſubito. nihilominus fit magna genera-
tio et ſubito cuꝫ ira ſit ebulitio ſanguinis
in corde et ita cor nō cogit ſe conſtringeꝛ
propter defectuꝫ . Sed in gaudio fit mag
na exalatio et continua deperditio cuꝫ cō-
tinue mutatur et non generetur . et iō cuꝫ
deficit natura credit ſe iuuare in conſtrin
gendo et interficit ſe per accidēs totaliter
ſuffocando et forte deficeret dato ꝙ ſe n̄
conſtringeret propter caloris defectum et
priuationem ¶ Quarto intelligendum uꝉ
notanduꝫ ꝙ in magno corde citius fit ſin
copis q̄ in paruo quoniam uelotius fit ca-
loris emiſſio et exalatio. in paruo fit ma
ior conſeruatio . et ideo in magnis anima
libus timidis ordinauit natura os in me-
dio cordis ſiue cartillaginem ad modum
oſſis ut non cito deficeret ex timore. ſicut
patet in ceruo ¶ Quinto notandum ꝙ a
qua frigida directe non competit in ſin-
copi de cā frigida. aut in ſincopi de pleitu
dine qm̄ poros hꝫ claudere et infrigidaꝛ
et ita addit ī cāꝫ. attamē aliq̄ modo eſſet

tollerabile non propter primam intentio
né ſed propter ſecúdam ſcilicet q̄ excitat
calorem et ſomnū ratione ictus .et qa ca
dit ex alto et proicitur impetuoſe inq̄tuʒ
igitur excitat poſſet competere .attamen
mihi uidetur q̄tuʒ é de preſenti q̄ ſit me
lius excitare cum fricationibus et clamo/
ribus et aromatibus et euacuationibus .et
ſternutationibus et ſimilibus .quid igitur
ſit faciendum conſcientie medici reliquo
¶ Vltimo notandum q̄ fricatio ualet in
ſincopi de inanitione quoniam non deſic
cat et cóſumit ſed excitat ſi fuerit tempe/
rata.

¶ De paſſionibus mámillarum

MAmmilla eſt membrú glando/
ſum ſiue album ex uenis et arte
riis contextum ad generationeʒ
lactis ordinatum ut baccularius nouiē ge/
nitus nutriatur donec cibum groſſum ſu
mere poſſit . Nunc auté mámille ſupue
niunt multe paſſiones ſicut eſt diminutio
lactis et nimia eius exuberantia et coagu/
latio. vñ eueniunt mámille inflatónes tu
mores et generantur in mámilla apata no
di et glandule .duricies et ulcera .corroſio
et fiſtula et nimia mámillarum augmen
tatio et gratia huius agitur de fetore aſtel
larum et totius corporis. De iſtis igiē bre
uiter tractemus . De minoratione lactis
Lac enim multiplicatur propter multitu/
dinem ſanguinis et bonitatem eius . ergo
minoratur propter paucitaté ſanguinis et
eius maliciá . Cauſe igitur que paruificát
lac ſunt multe ſicut eſt diſtractio ſangui/
nis ad aliam parteʒ . ſicut eſt nimius flux
us menſtruorum et ita de aliis . Paruifica
tur etiam propter ea que deſiccant ſangui
nem ſicut eſt paruitas cibi et potus .labor
nimius et conſimilia .et fit etiam propter
nimiam ſanguinis habundantiam cum ei
us mala qualitate .quia natura non poteſt
illud regere et cum hoc fit ex habundan/
tia colere flegmatis et melácolie . ¶ Signa
Si fuerit ex fluxibus aut ex abſtinétia aut
laboribus ſatis eſt nota iudicio patientis.
Et ſi fuerit ex aquoſitate ſignificat ocio ꝫ
q̄ uſus eſt oleribus et fructibus et piſcibꝰ
Et ſi eſt ex multitudine ſáguinis male có
plexionati cognoſcitur ex cacochimia to/
tius corporis et quia ſanguis eſt filoſus. Si
autem fuerit ex colera cognoſcitur ex ci/
trinitate lactis et ex aliis ſignis colere . Et
ſi ex flegmate cognoſcitur quia lac eſt mľ
tum aquoſum et ex aliis ſignis flegmatis
Et ſi eſt ex melancolia cognoſcitur .quia
lac eſt multum ſtipticum et ex aliis ſignis
melancolie . ¶ Curatio Si fuerit ex ni/
mio fluxu reſtringatur et trahatur ad par
tem oppoſitam . Et ſi fuerit ex priuatione
cibi aut ex mala qualitate cibi .aut labore
et ſimilibus inducatur contrarium ſcilicet
exhibeatur cibus et rectificetur mala qua
litas et iniungatur quięs et ocium et ſimi
lia. Et ſi fuerit ex aquoſitate detur cibus
calidus et ſiccus et iniungatur exercicium
Et ſi fuerit multitudo ſanguinis male có/
plexionati .rectificetur mala complexio
et mundificetur . Et ſi fuerit propter co/
leram alteretur et euacuetur et dentur ci/
baria frigida ſicut lactuce cucurbite et me
lones . Et ſi fuerit ex flegmate digeratur
materia et euacuetur et dentur cibaria ca/
lida deſiccantia temperate . Idé eſt de me
lancolia et purgetur et dentur cibaria cali/
da et humida. Cibaria autem materialia
ex quibus generatur et multiplicatur lac
in corporibus mundis ſunt ſicut decoctio
tritici et farina eius et amidum. et confe
ctio que appellatur tri. et riſi. ordeum mú
dum .farina cicerum et fabarum .et ſiſa/
minum. amigdole dulces .oleum ſiſami
num. carice .ʒinʒiber album. cinnamomū
et panis ʒuccari Ex iſtis poteſt fieri cibus
aut decoctio colata cum uino .aut potio
aut aliqua alia confectio . et ita de aliis
iuxta induſtriam boni medici.

¶ Et intelligendū ꝙ ea que multiplicāt
lac multiplicant ſperma et econuerſo. De
nimia lactis habundantia. Sanguis enim
naturaliter uadit ad mammillas et cōuer/
titur in naturā lactis in tribus caſibus aut
quia mulier concepit. aut quia peperit aut
quia menſtrua ſunt retenta. Nunc autem
cum exuberat lac in mām̄illa inducit do/
lores. tumorem duriciem. congeſtionem
et caſeationem. Diſcernitur autem iſta cō
geſtio ſeu caſeatio ab apoſtemate, pro tan
to quia iſte tumor ſeu caſeatio ſunt equa/
liter in tota mām̄illa cum quadam lucidi
tate. apoſtema autem eſt in altera parte tā
tum. Imprimis repercutiatur et ſoluatur
cum aqua calida et aceto et embrocatis de
ſuper et frequenter minoratur lac altero q̄
tuor modorum. aut cum ualde deſiccati/
uis ſicut ſunt lentes fabe aut acetum uel cū
fortiter infrigidantibus ſicut eſt mucilla/
go pſilium. et citoni. et papaueris albi. aut
cum fortiter reſolutiuis calefactiuis. ſicut
eſt gummi ruta agreſtis. aut cum nimis
humectatiuis ſicut ſunt folia coriandri re
centia et ſucus cucurbite. Omnia igitur q̄
paruificant ſemen paruificant lac. Minu
atur igitur nutrimentū et deſiccetur ſāg/
uis et reſoluatur et infrigidetur et hume/
ctetur et ita actio minorabitur cum eius
multiplicatio non fiat niſi ex ſanguine et
laudabili. Veniamus igitur ad caſeationē
lactis in mām̄illa. Hec autem caſeatio fit
aliquando a nimio calore quod diſcernitē
quia lac eſt citrinum et tota mām̄illa cali
da. Aliquando autem cauſatur a frigido
quod diſcernitur quia lac eſt ualde aquo/
ſum et tota mām̄illa frigida. Si autē ca
ſeatio fiat a frigido reſoluatur cū calidis
reſolutiuis. Iſta autem ſunt. ſucus apii ſu
cus blete ſucus rute fenugreci aniſi cymi/
ni ſiſeleos. abrotanum et ſucus feniculi. ac
cipiatur igitur ex iſtis aut multa et cum
farina lupinorum et mirra et croco et ui/
no albo. faciamus emplaſtrū et ſuper mā

millam apponamus et imponantur panni
intincti in predictis ſucis. et tepidi ſuper
ponantur. Si autem caſeatio fit propter
caliditatem tūc ℞. ſuci caulium ſuci mau
relle ſuci coriandri ſuci portulace añ. tunc
omnia cum oleo ro. et aceto fortiſſimo ⁊
farina ordei miſceantur et fiat emplaſtrū
et poſſumus addere paruam quantitatem
mirre et croci. ut frigida melius penetrēt
et apponantur ſemper actu calida. Illud
autem quod utrunq; reſoluit caſeationem
et dolorem et tumorem mām̄illarū ſup
poſito bono regime ſicut acetum uinū al
bum et aqua calefiant igitur iſta et proi/
ciantur de alto ſuper mām̄illam et fiat cō
pleta reſolutio. ¶ De apoſtemate mam
millarum. Mammille apoſtemantur ſi/
cut alia membra. Et ſi fuerit apoſtema ď
cauſa calida particularibus conuenientibꝰ
fiat flebothomia et ſi plenitudo ē magna
fiat de parte oppoſita et ſi non de eadē et
mundificetur corpus ſcḋm exigentiam ma
terie. hoc facto ſi materia eſt calida appo/
nantur pure repercuſſiua et ſi non cum re
percuſſiuis addantur reſolutiua quoniā ali
ter eſſet timendū ne materia iret ad cor
In primis igitur fomentetur mām̄illa cū
aqua calida et aceto et oleo ro. et empla/
ſtretur cum farina fabarum et ordei et ca
mom̄illarū et aliqua parua quantitate ſan
dali et miſceantur cum aceto ⁊ uino albo
debili et fiat emplaſtrum. Deinde pona
tur illud quod maturat et mitigat. ℞. me
dullam uituli. fenugrecū ſemen lini fari/
nā uolatilis molendini miſceantur cum
oleo ſiſamino et fiat emplaſtrum. Si autē
materia fuerit frigida corpore mundifica
to. in primis fomentetur cum aqua cali/
da et aceto et uino albo debili. deinde fi
at emplaſtrum tale. ℞. rizi. ℥. ii. apii. ℥. i.
conquaſſentur et buliant in uino albo de/
bili et poſtea exprimatur uinū et fiat em
plaſtrum et deſuper apponatur. Deinde
maturetur ſic. ℞. radicū lilii apii. añ. ℥. i.

fenugreci. ſeminis lini. farine tritici. mir
re. añ. ℥. ſ. croci. ℥. i. miſceantur cum me
dulſ z fiat emplaſtrũ Et ſi uolumus for
tius operari ita ꝙ ſi non eſt bene maturũ
maturabit z ſi eſt maturũ rumpet z ape/
riet fiat emplaſtrum de folijs rute z per/
ſici re. cum felle bouis. uel poteſt rumpi
cum calce viua. z ſapone molli. uel aperi
atur cũ ſagittella z eſt ualde cauendu ꝙ
ſuauiter exprimatur propter dolorem Et
ſi eſſent apoſtẽata uenenoſa ſicut antrax.
z carbunculus fiat ſicut dictũ eſt in pri/
mo libro De nodis z glandulis z duricie
mamillaru. Accipe igitur draganti. gũbi
arabici. vitella ouoꝝ. oleum violatum. ſz
miſceantur. z ſi fortius operari uoluimus
liquefiat pix z cera. in oleo roſ. z adda/
tur modicu fellis z ſtercoris columbini.
z fecis vini antiqui. z fiat emplaſtrum z
ſuper apponatur ❡ De corroſione. z vlce
re. et fiſtula mamillarũ. ℞. nucis cipreſſi.
gallarum. caſſie lignoe. añ. ʒ. ii. aloe. corti
cum. thuris. añ. ʒ. i. litargiri. ʒ. iiii. pulueri
zentur et temperentur in vino claro ſub
rubeo tribus diebus et tribus noctibus z
poſtea bulliant uſqꝫquo veniant ad ſpiſſi
tudine mellis et tunc vlcus ſeu corroſio
illiniatur. Et iſtud medicamẽ ualz in om
ni ulcere ſeu corroſione. et potiſſime in
membro molli. Si autem mamilla fuerit
fiſtulata curetur leuiter cum vino puro
calido vbi bullierit mirra. et poſtea deſic
centur. Deinde ℞. ſarcocollam. et aloe.
puluerizentur et miſceantur cum melle.
et inuoluatur tenta et in fiſtula intromit
tatur et eſt de ſecretis contra fiſtulam licz
ſuperius in primo libro de omnibus iſtis
ſumus locuti ❡ De magnificatione ma
millarũ. Aliquando mamille nimis mag
nificantur quod nolumus in paruis puel
lis augmentari abluantur frequenter cu
aqua et aceto. deinde emplaſtrentur cum
ceruſa. et chimolea. bolo. ar. et terra ſigilla
ta. z ſi fortiora facere uolumus operemur

cum narcoticis ſicut eſt opium. mandra
gora. iuſquiamus. paꝑ. albũ. mucillago. pſil
lii. et quod diximus de mamilla. ide de
teſticulis intelligamus ❡ De fetore aſ
ſellarũ. et totius corporis. Fetor aſſellaru
ſi diu durauerit ſine cauſa manifeſta le/
prã futurã ſignificat. Rectificetur igitur
dieta et regimen et purgetur corpus cu
fl'omia et farmacia. ſecundũ exigẽtiã hu.
peccantis. et deinde fiat balneũ. deinde
abluatur in exitu balnei cũ aqua decoctio
nis yreos. aluminis. litargiri. mirre. ſpice
nar. roſe. deinde aromatizentur aſſelle et
totũ corpus ſic. ſ. reſoluatur alipta muſca/
ta. ſandal. pulueri zati z roſ. in aqua roſ.
uel oleo laurino. z illiniantur aſcelle z to
tũ corpus ❡ Clarificatio ❡ Circa iſtã
materiã multa ſunt conſideranda. ꝑmo
quare in viris z mulieribus ſunt in pec/
tore. in alijs animalibus in parte poſterio
ri ſicut in vaccis aut in vẽtre ſicut in ſui/
bus z porcis. Dico ꝙ in viris z mulieri/
bus ſunt in pectore pro tanto ꝙ ibi nul
lu nocumentũ preſtant in motu. z ſi eſ/
ſent inferius ĩpedirent motũ. z nõ ẽent
in loco honeſto ꝑpter lactationẽ. Secũda
cauſa eſt ꝙ lac eſt ſanguis bis coctus z iõ
ĩuatur in pectore ꝑpter calorẽ cordis. in
vaccis aũt nõ ſunt in pectore quia impe/
diretur motus pedũ anteriorũ ſed ſunt ĩ
parte poſteriori quia verſus illas partes de
clinat epar z nõ impeditur motus de quo
ſit curandũ cũ pedes poſteriores ſequã/
tur motũ anteriorem. Scrophe aũt habẽt
per totũ uentrem ꝑpter multitudine fe
tuu ❡ Secundo aduertendu quare viri
habent mamillas z nõ habent lac qm̃ ſꝫ
a℞. i de yſtorijs aialiũ inuẽtus ẽ yrcus q
habuit lac ex quo caſeus fuit factus z ha/
buit fetũ maſculũ z factũ ẽ illud idẽ q̃re
ergo ſit in viris. dico viri ꝓprie nõ hñt
maillas ſꝫ ſimulachrũ maillarũ. ſicut muli
eres nõ hñt teſticulos ſꝫ ſimulacra teſticu
loꝝ ab intus. hoc aũt hñt viri ꝓpẽ decorẽ

tm̄ ut nó viderentur eſſe diminuti ⁊ ió
nó habent ꝓpter opationé ſed ꝓpter deco
ré De ſecunda dico ꝙ nó hn̄t lac qꝛ non
habent menſtrua ſꝫ illi qui habét maillas
carnoſas bene eſt poſſibile ꝙ habeant hūi
ditaté quandā albā ſimilé lacti. ſed nó é
uerú lac . ⁊ ita fuit in illo capreolo ꝓpter
bonitaté paſcue nó ꝙ eſſet uerú lac ¶ Ter
cio notādú ꝙ mamille creſcunt in mulie
ribus tp̄e pubeſcentie ⁊ in viris nó. dico
ꝙ in utriſqꝫ creſcunt ⁊ indurantur capita
⁊ hn̄t uerruliones ſed parú in viris qꝛ nó
ſunt niſi ad decoré ſed in mulieribus ꝓp
ter opationé lactis creſcunt ¶ Quarto co
conſiderandú ꝙ mamille mediocres ſunt
meliores qꝛ pue nó poſſunt ſatis recipere
de lacte in magnis aút nó fit bona digeſ
tio ¶ Quinto notandú ꝙ apoſtemata ⁊
morbi frequentius accidunt in mamillis
mulieꝝ q̄ uiroꝝ ⁊ qꝛ maiores ⁊ magis ra
re ⁊ plures accipiunt ſupfluitates ⁊ qꝛ uir
tus é debilior. in uiris aút totú conſumit
⁊ ió nó ita frequenter generatur morbus
¶ Sexto intelligendú ꝙ coagulatio lactis
in mamilla ꝓprie loquēdo nó fit a frō qꝛ
illud eſt magis cógelatio ſeu induratio . ſꝫ
fit a calo digerente dealbāte ⁊ aſſimilāte
oportet eni digeſta ée groſſiora ⁊ hoc fit
a calido ¶ Septimo nōndú ꝙ repercuſſi
ua mediocria in apoſtéatibus mamillarú
bene pn̄t applicari qꝛ mamille appropin
quātur in emunctuoriis mébroꝝ principa
liú nó tn̄ ſunt emūtuoria ⁊ ió foramina
nó ſunt lata nec ſilr̄ repercuſſiua debent
eſſe nimis frā ſꝫ ſemꝑ cū quibuſdā reſolu
tiuis mixta qꝛ timendú eſſet ne materia
iret ad mébra nobilia mediocria igit̄ ap
ponantur ¶ Octauo intelligendú ꝙ len
tes ⁊ fabe fracte pn̄t cópetere ad reſoluen
dú lac ⁊ qꝛ deſiccant ⁊ qꝛ cū aliis reſolu
tiuis adminiſtrātur ſicut é fenugrecū. ⁊
ſiſia. ¶ Nono intelligendú ꝙ fetor in aſ
ſellis pót cauſari a meſia ⁊ a quolibet hu
more nó ꝓprie a putrefactione q̄ eſt ebul
litio ſed a putrefactione q̄ eſt ſbé corrup
tio ꝓprie ¶ Decimo intelligendú ꝙ in
fetore aſſellaꝝ pn̄t cópetere repcuſſiua pro
tāto qꝛ nó adminiſtrent niſi corpore mūdi
ficato ⁊ tūc nó repercuciūt ſꝫ deſiccāt. cū
ſint ſicca ⁊ ſꝫ hūc modú pót cópeteꝛ mir
tus ⁊ ſiſia. ¶ Vndeº aduertēdú ꝙ ī iuue
nibus magis fetent q̄ in ſenibus qm̄ licet
materia corrupta magis habūdet in ſeni
bus deficit tn̄ calor mouens ⁊ cū hoc qꝛ
iuuenes ſunt peioris regiminis ⁊ calor é
fortis.

Explicit quarta particula huius libri Et
incipit quinta particula.

Capitulú ꝑmú de difficultate trāſglutiēdi
Ca. ſecundú de debilitate appetitus
Ca. terciú de indigeſtiōe ſtomachi ⁊ do
loꝛ ⁊ debilitate ⁊ mala ꝯplexiōe ⁊ ſiſibus
Ca. quartú de canino appetitu
Ca. quintú de ſiti
Ca. ſextú de eructuatione
Cu. ſeptimú de ſingultu
Ca. viii. de faſtidio ⁊ regimīe ſanitatis
Ca. ix. de abhoiatione ⁊ nauſea ⁊ ſubuer
ſione anime
Ca. x. de uomitu ⁊ appendiculis eius.
Ca. xi. de inflatione ſtomachi
Ca. xii. de tortura inteſtinorú
Ca. xiii. de lienteria
Ca. xiiii. de diſſinteria
Ca. xv. de tenaſmone
Ca. xvi. de recapitulatiōe omniú fluxuú
uentris. ⁊ continet xxii. capitula
Ca. xvii. de yliaca paſſione
Ca. xviii. de colica
Ca. xix. de mirachia
Ca. xx. de uermibus
Ca. xxi. de paſſionibus ani

¶ Ca. primú de difficutate tranſglutiendi.

TRanſglutio cibi é motus cópoſi
tus ex ꝟtute aiali ſenſibili moué
te uolūtarie ⁊ ex motu naturali

Mébrú aút per qđ fit iſta operatio ē mery. deſeruit eni ſtomacho in tranſglutitōe cibi Mery aút eſt mébrú cópoſitú ex duabus tunicis z carne. tunica aút īferior hʒ villos lógitudinales cú quibus fit motus uoluntarius. tunica aút exterior habet uillos tranſuerſales cú quibus fit motus naturalis Nunc aút fit tranſglutitio primo z principaliter cú villis longitudinalibus īterioribus qui mouent uolútarie z cú uillis latitudinalibus exterioribus qui mouētur naturalibus z iō motus tranſglutiēdi ē facilis cú iſta ſe hñt ſecundú naturá Vomitus aút fit cú villis exterioribus iō fit cú difficultate. carnoſitas aút habúdat circa tunicá exterioré Nunc aút ſicut uia anhelitus ē ſituata in ꝑte anteriori ita uia cibi q̄ appellatur mery ſeu yſofagus ē in ꝑte poſteriori uerſus collú z ſpódilia. Hec aút actio alñ aufertur cú nó pót tranſglutire. alñ diminuiť qñ cú difficultate. alñ corrúpitur qñ fit cú tremore z titillatiōe ¶ Cauſa ¶ Difficultas aút tranſglutiēdi alñ uenit ꝓpter nocumenta q̄ ueniút ipi meri. alñ ꝓpter nocumenta q̄ ueniút mébris uicinis ſicut ꝓpter diſlocationé ſpondiliorú. aut ꝓpter ſquinantiá. aut ꝓpter ſpaſmú. aut ꝓpter maliciá rei q̄ uomitur. aut ꝓpter illud qđ tranſglutitur z ita de aliis. Si aút uenit ꝓpter meri hoc accidit ꝓpter tria. aut ꝓpter maliciá cóplexionis. aut ꝓpter apoſtéata. aut ꝓpter ulcera Malicia cóplexionis quedá ē calida q̄dá frigida. q̄dá ſicca. quedá húida. apoſtemata ēt quedá calˀa. quedá frˀa. Aduenit ēt ꝓpter debilitaté uirtutis ſicut in illis qui patiúť fortes egritudines aut paſſi ſunt cronicas aut ſunt cóualeſcentes aut ſenes ¶ Signa. Si fuerit ꝓpter diſlocationé ſentitur dolō in collo. ſpondilibus z ſpatulis. z nó pót iacere ſuꝑ dorſuʒ Et ſi fuerit ꝓpť ſpaſmú ſentitur dolor i mailla z pectore z tenet os clauſuʒ Et ſi fuerit ꝓpter ſquinantiá z alia cognoſcitur ex illo Et ſi fuerit ex nocuméto uomendi ſicut ſunt ꝓnes z ſimˀia cognoſcitur ex illo. z ſiſr ſi fuerit ꝓpter ré q̄ tranſglutitur ſicut ē ariſta z ſilia Et ſi fuerit ꝓpter debilitaté facile ē cognoſcere aut róe ſe. aut róe etatis. aut alioꝝ notorú morboꝝ z ita de aliis Et ſi fuerit ex mala cóplexione diſcernitur ꝙ tranſglutitio fit paulatine z cú labore z ſine dolore. z ſi fuerit caliditas adeſt ſitis z aſperitas. z ſi ex frigiditate adeſt grauitas z extenſio z ꝑua ſitis. z ſi fuerit apoſtéa túc ē dolor in tranſglutiendo z poſt tráſglutitōné quieſcit. z ſi fuerit apoſtéata calida diſcernitur ut dictú ē de mala cóplexiōe ca. ex ſe. et ſi ē frˀm diſcernitur ut dictú ē Et ſi fuerit ex ulcere diſcerniť ꝙ cú comedit aliq̄ acuta. ſicut ē ſinapis. acetú z ſimilia tunc patitur magnú doloré. et ſi comedat dulcia et vnctuoſa nó ¶ Pronoſticatio ¶ Qñ aliquis patitur apoſtéa i mery et ſuperuenerit tremor rupturá apoſtematis ſignificat. alia ſunt oíbus manifeſta cú aliquis nó pót tranſglutir̄ quare zč. ¶ Curatio ¶ Circa curationé paſſionum mery debemus tres regulas notare. ꝓma ꝙ qñ datur aliquid pro paſſionibus mery ab itus ꝙ diutiſſime teneatur i ore z paulatine tráſglutiatur. ſcđa ꝙ in illo túc nullus ſumatur potus quia nimis cito faceret deſcendere medicamé Tercia ꝙ qñ medicamia applicátur ab ex̄ ꝙ applicétur collo et iter duas ſpatulas ꝙ uerſus illas ꝑtes tráſit meri Túc ueniamus ad curónes ꝑticlˀares reddédo ſinglˀa ſingulis Si aút fuerit ꝓpter diſlocationé apponátur uentoſe et fricationes fiát et alia q̄ cópetunt in diſlocatione Et ſi fuerit ꝓpter ſquimátiá. aut ſpaſmú curétur ut dictú ē Et ſi ꝓpter ea q̄ attrahuntur aut expellútur. apponantur lenitiua ſicut ficus liquir̄. et ſimˀia Et ſi ꝓpter debilitaté uirtutis dené reſumptia et nutriétia ſicut oua ſorbilia. medulla uituli brodiú carniú. carnes uolatiliú. et piſces ſquamoſi. et iungatur collú cú oleo uiolˀ.

ſiſamino. ꝛ oleo amigda. dulciū Et utat̃
eſio reſumptio ꝛ dyadrag̃. frõ. ꝛ utatur
lacte ꝛ balneo Et ſi fuerit ꝓpter malam
cōplexionē ſiccā fiat illud idē. ſi ꝓpter
calā utatur ſirop. ro. violato. nenufare. ꝛ
empl̃etur collū ex mucillagine pſillii. ꝛ ci
toiorū. ꝛ ſandal̃. ꝛ ro. ꝛ ſpodio. ꝛ utatur
iſtis pill̃is quas diu teneat in ore. ℞. iiii.
ſe. frorū. maiorū. ꝛ minorū. añ. ʒ. i. omniū
ſandalorū. ʒ. ii. liquir. mū. ℥. ß. cōficiantur
cū mucillagi. drag̃. ꝛ aq̃ ro. ꝛ fiant pill̃e.
ꝛ utatur lacte acetoſo. ptiſana. lactuc. por
tulac. cucurbi. ꝛ ſil̃ibus Si autē fuerit ex
mala cōplexione fr̃a tunc bulliant iſta in
oleo laurino. ꝛ coſtino. ſ. mirra. ſtorax. ca
lami. ſpica nar. caſtore. armoniacū. ꝛ inti
gatur lana ꝛ ponatur ſup̃ collū ꝛ iter ſpa
tulas ꝛ utatur iſtis electuariis. ℞. dyairis
dyacala. roſate nouelle. pliris. dyatrion. pi
pereon. añ. ℈. ii. miſceātur. vel fiat ſirop.
de maiorana bectonica. ꝛ utroq̃ calamē.
aſaro. ꝛ añ. maratro. ꝛ melle. Et ſi fuerit
mala cōplexio hũida. bulliat yſopus. ꝛ oxi
mell̃. diure. ꝛ utatur eo ꝛ purgetur cū ye
rap̃. ꝛ utatur uomitu ꝛ fiāt ea que dicta
ſunt in mala cōplexione fr̃a. ex materiali
bus igitur q̃ dicta ſunt pōt fieri gargariſ
mus empl̃m. oleū. ſiropus. el̃m. aut ↄditū
ꝛ ſil̃ia. Si igitur fiat ex mala cōplexione
fe. ꝛ hũida fiat ut dictū ē Si aūt propter
apoſtēa ipſius meri ponatur iſtud empl̃m
ſup̃ collū ꝛ iter ſpatulas ꝙ eſt ꝑtiꝫ matu/
ratiuū ꝛ ꝑti repcuſſiuū. ℞. iiii. ſe. frorū ſe.
maluc. ſe. portulac. ſe. lini. fenugre. añ. ℈.
ß. cōterantur fortit̃ ꝛ miſceātur cū mucil
lagine. pſillii. ꝛ tepidū ſup̃ dictū locū ap/
ponatur ꝛ reliquū regimē ſit ſicut dictū
ē in mala cōplexione cal̃a Et ſi apoſtema
fuerit frigidū ponatur iſtud empl̃m iter
ſpatulas ſup̃ collū. ℞. galbani. armoniaci.
bdellii. reſoluantur in oleo laurino. ꝛ cuꝫ
cera fiat empl̃m ꝛ ſi ēet difficilis maturō
nis ualde addat̃ iſtis. ſ. piretꝛ radix. ariſ/
tol̃o. lō. yreos. ꝛ reliq̃ ſicut dictū ē in ma

la cōplexione fr̃a Si aūt apoſtēa fuerit rup
tū fiat talis potio. ℞. ireos yſopi. radic. li
lii. añ. ℥. i. caricarū vuarū. paſſ̃. mund.
ab ariſſ̃. liquiri. munde. maratri. añ. ℈. i.
mellis libr. ß. fiat decoctionis libr. i. et ß.
ꝛ utatur iſto gargariſmo ſorbēdo Si aūt
fuerit ꝓpter ulcera q̃ ſunt in meri utatur
iſta potione. ℞. iſopi. abſinthii. añ. ℥. ß.
liquir. mū. uuarū paſſ̃. iuiube. draganti. gū
bi ara. añ. ℈. ii. mirtillorū. ſe. citoniorū. añ. ʒ
i. mellis ꝙ ſufficit q. ſ. fiat decoctiōis lib.
i. ꝛ ß. q̃ utatur gargariꝫando diu ꝛ freq̄n
ter in ore tenendo paulatine ſorbendo ꝛ
cū hoc teneat iſtas pillulas in ore. ℞. ſarco
coll̃. ſpodii. Karabe. dragāti gūbi ara. ami
di. añ. ʒ. i. conficiantur cū melle. ꝛ fiant
pill̃e. ꝛ pōt uti lacte ita ꝙ ſint vii ꝑtes lac
tis ꝛ vna mellis. ꝛ ſi uolumus mūdifica/
re magis extrahatur butirū ꝛ ſi uolumus
conglutinare nō extrahatur ¶ Clarifica
tio ¶ Intelligendū ꝙ in paſſionibus ꝛ ul
ceribus meri cōpetit lac ubi calculi fluuia/
les candentes ſunt proiecti ꝛ nō dubitarꝫ
aliq̄s ꝙ nō. tū ꝙ lac acquirit malā cōplexi
onē fr̃am ꝛ ſiccā tū ꝙ nimis deſiccat &
ita exaſperat ꝛ ſil̃ia Dico ꝙ cōpetunt qñ
uolumus abſtergere vñ ex hoc lac multa
iuuamēta acquirit ꝑmo ꝙ nō permittit i
ſtomacho caſeari nec putrefieri nec corrū
pi ꝓterea acquirit ſtipticitatē al̃ ſiccitateꝫ
tꝑatā conſumendo butiroſitatē rōe cuius
ſiccitatis abſtergit ꝛ mundificat ꝛ ita nec
alterationē fr̃am acquirit ꝙ cal̃m ponit̃
nec nimiā ſiccitatē ꝙ totiens nō apponit̃

¶ De debilitate appetitus

Deſiderīū cibi ꝛ potus ē appetitus
ſtomachi ſuā ianitionē ſentiens
Nunc aūt fames ē appetitus ca.
ꝛ ſicci. in rōne cibi. et ſitis ē appetitus fri
ꝛ hu. in rōne potus. Iſta aūt uirtus deſi
deratiua ꝓprie ꝑtinet orificio ſtomachi.
ſicut tranſglutitio ꝑtinet meri ꝛ digeſtio
fundo ſtomachi. Cōponitur aūt hec potus

ex naturali z animali z iō qñ ſtomachꝰ z
alie ſe hñt ſecundū naturā tūc actio ē bo
na z qñ ſunt preter naturā tūc actio aut
aufertur aut minorat̄ aut corrūpitur Nūc
aūt de ablatione z minoratione agit̄ hic
qm̄ cāe nō differūt niſi ſcḋm itenſuz z re/
miſſuz ¶ Cauſa ¶ Cauſa debilitatis appe
titus aut ē extriſeca aut intriſeca Si ē extri
ſeca tunc ē nimia caľitas reſoluens aut fri
giditas mōtificās aut nimius labor z exer
ciciū Iſta enī licet a pricipio intendāt ap
petitū tñ poſtea diminuūt z ſiľr diminui
tur appetitus cū trāſit hora in q̄ conſueuit
comedere z ſomnus ſupfluus z aer uene
noſus ·diminuit̄ z crapula z cibaria faſti
dioſa z ociū z accidētia aie ;z nimius po/
tus aq̄ f̄re z ſiľia · Si aūt fuerit ꝓpter cās
intriſecas tūc ē aut ꝓpter ſtōachū aut ꝓpt̄
alia mēbra · ſi ꝓpter ſtomachū hoc ē ꝓpt̄
tria aut ꝓpter ablationē uirtutis ſenſitiue
ſtomachi ex hoc ꝙ ſpūs nō ueit a cerebro
z ita nō ſentit inanitionē ſuā · aut ꝓpter
malā cōplexionē f̄raz ſtomachi ipſius aut
ꝓpter nimiū calorē z iſta cā eueit frequē
tius· Si aūt auferatur aut minuatur ꝓpter
alia mēbra hoc ē ſicut in mania z meľia
ꝙ obliuiſcuntur aut nō ymaginātur aut
ꝓpter catarrū aut ꝓpter fe· fortes· aut peſti
lētiales z cronicas· aut ꝓpter fluxū uētris
aut ꝙ ſplen nō mittit meľiaz ad ſtoma/
chū aut nimis mittit fit etiā ꝓpt̄ nimiū
fluxū mēſtrui aut ꝓpter retentionē· aut
cū incipiunt fluere in quibuſdā aut ꝓpter
uermes aut ꝓpter conceptū aut apoſtēata·
¶ Signa ¶ Signa ſunt ſatis manifeſta ex
iudicio z ꝙ cāe ſunt notabiles ꝓpter egri
tudines q̄ precedūt niſi qñ ueit ꝓpter ſto
machū Nūc aūt qñ uenit ꝓpter ablationē
ſenſus ſtomachi tria ſunt ſigna· primū ꝙ
nihil appetit· ſcḋm ꝙ cibū prius deſidera
tū renuit· t̄ciū ꝙ ſi comedat acuta z mor
dicantia· ſicut ē ſinapis z pip̄ z poſtea po
tet vinū purū nō grauatur ex illis· Si aūt
cā fuerit f̄ra tunc ſentit indigeſtionē z

uētoſitatē z ē priuatio ſitis Si aūt caľitas
ſentitur calor z ſitis z alia oīa ſunt mani
feſta diligenter inquirenti ¶ Pronoſtica
tio ¶ Ablatio appetitus ſi diu durauerit
mortis ē ſignū Minoratio appetitus ſi ue
nerit ꝓpt̄ f̄ratē malū ē ualde cū f̄ras acuit
appetitū oīs debilitas appetitus in oī mor
bo cronico peſſimū ē ¶ Curatio ¶ In cu
ratiōe appetitus debemus uitare crocū· bu
tirū z oīa vnctuoſa Ea aūt que prouocāt
appetitū ſunt oīa acuta z aromatica· ſicut
cepe allia porri naſturciū z ſinapis pip̄ &
cinamo· gariof· ſpic· nar· nuxmuſ· z · oīa
ſtiptica ſicut ſunt mēta· abſcintiū· maſtix
thus ſtorax cīa· lignū aľ· ſucus citonioꝝ ſu
mac berberes· roſ· galliamuſ· ſandaľ z oīa
acetoſa ſicut acetū· vinū ḡnatoꝝ· ſucus ace
toſe z acetoſitas citri z triāguloꝝ z limo
nū· z cortices eoꝝ cōdite z oēs confectio
nes que fiunt ex eis z ualet tiriaca z mi
tridatū potio muſ· dyaciconiten· dyābra·
dyamēta· zuccarū roſ· z ſiľia In cā igitur
ca· dentur f̄ra· ſtiptica aromatica· z in cā
f̄ra dentur caľa aromatica ſtiptica In oī
igitur defectu appetitus· lardetur gallina·
cū lardo z gariof· z aſſetur deiñ aſpergat̄
aqua ro· z vino muſcatello et odoret̄ fre
quenter et multis vicibus valēt etiā oliue
cōdite pſica cōdita ſpagus conditus· piſces
ſalſi· ʒʒ· cōditū· auellane caſtanee· cicera· fa
be cū ſunt torrefacta ¶ His uiſis ad pti/
cularia ueniamus · Si malicia appetitus
uenerit ꝓpter debilitatē ſenſus ſtomachi·
tūc purgetur cerebrū et mundificetur &
cōfortet̄ cū aromatibus · Deiñ utatur iſto
eľio · ℞· potiōis muſcate· dyamēte· dyā
bre añ· lib· ʒ· miſceātur· deiñ fiāt pilľe de
aliptamuſ· et cotidie de mane trāſglutiat
tres integras deiñ utatur tiriaca mitrida/
to · Si aūt uenerit ꝓpter malā cōplexionē
f̄raz aut hu· aut utrūq; digerat̄ cū oximelľ
ſquilli· ubi bullierit abſcinth· yſop· et mē
ta Deiñ purgetur cū yerap̄· acuta cū aloe·
aut purgetur cū mirobaľľ· Kebuľ· Dein/

de utatur iſto e̅lˀio ℞.diatrion pipereon
dyacicoitē.dyagalā.dyamentc.dyambre
an̄.lib.ʒ.oia miſceātur Deinde bulliāt ab
ſcinciū mēta nux.muſ.nux.cipreſ.in oľo
laurino ⁊ lana intingatur ⁊ ſupra ſtoma
chū apponatur Si aūt fuerit ꝓpter cāīm ca
lidā tunc digeratur materia cū oxizaccara
⁊ ſiropo acetoſo ⁊ ſiropo limonū ⁊ ſiro/
po ro. ubi bullierint ſandaľ.ſpodiū. roſ.
cū pauca cāphora ⁊ citonia cū quibuſdam
folijs abſcinth. Deinde purgetur cū man
na caſſia fiſtu. aut mirobollani.citri. aut
trifera reuberberata.deīde utatur iſto e̅lˀio
℞.tria ſandaľ.zucca.roſ.carniū citonioꝝ
conditorū cū zuccaro dyadraga.fri.an̄.ʒ.
ij. miſceantur . deinde bulliant roſ.ſan
da.citonia.acetoſitates citri.in oleo roſ.
⁊ lana infundatur ⁊ ſtomacho applicetur
Si aūt fuerit ꝓpter ſplenē deoppiletur ⁊ a
melancolia mūdetur Et ſi ꝓpter concep/
tū utatur exercicio tēperato ⁊ vino anti/
quo odorifero ⁊ utatur iſto e̅lˀio ℞.dya
ciconitē.potionis muſ.an̄.lib.ʒ. conſerue
citrangulorū.ʒ.i.miſceātur Alie aūt om
nes cauſe curentur ſicut dicitur in locis
ſuis et per contrariū reducantur ad tēpera
mentū Si aūt cauſa fuerit ſicca ⁊ humoꝝ
priuatio detur lac et brodia carniū cū aro
matibus et oua ſorbilia et dieta reſumpti
ua ¶ Notandū ꝙ ablatio uel diminutio
multū notabilis cibi in morbis cronicis ē
malū ſignū ⁊ malū in ſe. cum nullus diu
poſſit eſſe ſine cibo et malū in cronicis cū
mala complexio uidetur eſſe equata ¶ Se
cundo notandū ꝙ frequenter accidit ꝙ
aliquis nihil penitus appetit et ꝙ quaſi co
actus incipit comedere et poſtea fortiter
et multū appetit et attrahit et comedit et
hoc accidit ꝙ uirtus appetitiua que ſopita
erat ꝓpter cibū acceptū excitaē aut cibus
acceptus deſtruit cāīm diminutionis appe
titus ut ꝓbi gr̄a.ponatur ꝙ aliquis amiſit
appetitū ꝓpter malā cōplexionē frīam. et
ꝙ incipiat comedere cepas et allia tūc eni

augmentatur appetitus ꝙ cibus deſtruit
cāīm aut ſi cā ē ca. ⁊ ipſe acciperet acetū et
ſilia.diminutionē igitur appetitus cibus
ſupueniēs augmentat appetitū.aut ꝙ ſuſ
citat.aut ꝙ rectificat ¶ Tercio aduerten
dū ꝙ nō ē incōueniens duas cās ꝯcurrere
ad vnū effectū.ſ.vnā ꝑ ſe et aliā ꝑ accn̄s.
iō nō ē mirabile ſi uirtus appetitia ſeu at
tractiua ſeu deſideratiua ſeu tranſglutiua
deficiat ꝓpē ca.et ꝓpter frīatē cū excedūt
q̄m licet ca. tꝑata ualeat ad hoc tn̄ cū ex
cedit corrugat et deſiccat et exalat . et ita
diminuit .frīm etiā hoc facit ꝙ mortifi
cat ¶ Quarto notandū ꝙ uirtus attracti
ua directe et per ſe nō ꝯfortatur ex ſtip
ticis niſi ꝙ deſiccāt abſtergunt et mundi
ficant uel ꝙ uirtutē ꝯaduuant ſi fuerit
diſſoluta ¶ Quinto intelligēdū ꝙ uirtus
deſideratiua ſeu attractiua ⁊c̄. ē cōpoſita
ex naturali et aīali naturaľ tn̄ eſt in toto
corpore ſed ſtomacho additur aīalis et ꝙ
ab extra trahit et ꝙ a remotis et ꝙ nō ſo
lū ꝓpter ſe ſed etiaꝫ ꝓpter totū corpus et
iō natura ordinauit ut ſtomachus ſentiꝛ
ſuā inanitionē et ad hoc fuit neceſſarius
ſenſus aīalis nihilominus aīalis alīn ſuperat
naturalē ut in canino appetitu.alīn ecõn/
uerſo ſicut uidemus in famileītis ubi attr̄
hiē ab epate anq̄ in ſtomacho ſit digeſtus
et ſicut uidemus in iudeis cū ſuſpēdūtur
ꝑ pedes nihilominus tn̄ cibus attrahitur
ad ſtōchū qd̄ nō fieret niſi naturalis attrhe
ret et ſuperius ꝯue faceret aſcēdere ¶ Sex
to intelligendum q̄m licet appetitia epa/
tis fit ꝓpter totū corpus ſicut in ſtoma
nihilominus tn̄ ē naturalis et nō aīalis ꝓ
tāto ꝙ attrhit ad mediū ⁊ a ꝓxio et iō ē
ſimplex ſꝫ illa ſtomachi ē cōpoſita et cā ē
dicta ¶ Septimo notandum ꝙ ſtoma/
chus tripliciter nutritur ſecunduꝫ Auic.
vno mō ex ſanguine qui ē in uenis ſuis
exterioribus et iterioribus alr̄ fruſtra eſſet
ibi.ſcd̄o nutritur ex chilo. ſꝫG.de uirtu
tibus naturalibus. Tercio nutriē ex ſāguie

attracto a uenís meſaícis z ab epe nec in
hoc é difficultas ſʒ ex quo iſtoꝝ triũ melí
us z pfectius nutriatur é difficultas z de
hoc ſunt longi ſermones qm̃ quidã dicút
ꝙ ex chilo Sʒ mihi nó uidetur rõnabile.
melius eni uř ex ſanguine qui é in uenis
interioribus ſtomachi ſʒ nunc nó é locus
ratiocinãdi. quare. zc̃.

Capitulũ terciũ de indigeſtione ſtomachí
z dolore z debilitate z mala cóplexione
zc̃.

INtelligendũ ꝙ iſta hñt magnã
couenientiã z q̃ſi vnũ ſine alio
eſſe nó pót z fere curationes ſũt
eedé Digeſtiua igitur ſtomachi alñ aufer
tur alñ mioratur alñ corrũpitur z hoc to
tũ accidit ſecundũ intẽſioné z remiſſioné
z q̃litaté cauſarũ Qꝛ aũt digeſtiua ſtõachí
auferatur minoretur zc̃. hoc accidit aut
ꝑpter cãs extrinſecas aut intriſecas. ſi ꝑp
ter extrinſecas ſicut ꝑpter accidentia aie
ut ira. triſticia ſollicitudo z ſimiliũ z cũ
hoc eueit ꝑpter q̃titaté cibí z potus addí
tã z diminutã aut ꝑpter malã q̃litaté aut
uenenoſaꝫ aut fraꝫ z ita de aliis ſicut eſt
duricies z ſiſia. aut ꝙ cibus inordinate
ſuptus é aut ꝙ groſſũ poſtponitur ſubtil
aut crudũ ponitur ſup̃ ſemicoctũ . aut ꝙ
hora ſolita ſumendi cibũ trãſiuit aut quia
ſomnus nó fuit cópletus aut ꝑpter motũ
nimiũ cũ digeſtía uigeat p quieté aut ꝙ
aer é diſtẽperatus nimis. aut ꝑpter crapu/
lã z uomitũ z ſiſia. Si aũt fuerit ꝑpẽ cãs
intriſecas hoc é aut ꝑpter ſtomachũ. aut
ꝑpter alia mẽbra. ſicut ꝑpter paſſiones ce
rebri ſicut é reũa z ſimilia z ꝑpter paſſio
nes cordis . ſicut é tremor z ſiſia. aut ꝑp
ter paſſiones epatis ut ꝙ mittit ſibi ni/
mis de colera aut ꝑpter uenas meſaícas z
inteſtina aut ꝑpter ſpleneꝫ . ut ꝙ mittit
ſtomacho me iaꝫ in nimia q̃titate aut ꝑp
ter paſſiones matricis z ita de aliis mem
bris q̃ pñt mittere ſuas ſupfluitates ad ſto
machũ Si autem indigeſtio fiat ratione

ſtomachí tũc hoc é ꝑpẽ tria aut rõne ma
le cóplexionis aut male cópónis aut ſolõis
cotinui. z aducit etiã rõne doloris z debi
litatis. ſi rõne male cóplexionis .ſ. uel ca.
uel fre zc̃. licet frequẽtius accidat ex fra.
aut ꝙ nimis ſicca z ducit ad ethicam aut
nimis hũida z ducit ad ydropiſiꝫ z accit
etiã ex mala cóplexione nó ſolũ ſimplici
ſʒ cópoſita z cũ materia z ſine . ſʒ hoc fit
ꝑpter uẽtoſitates. z aquoſitates. z hũores
ad ſtõachũ delegatos ſicut ſanguis. fla. co
lera. uel meſia aduſti uel nó aduſti z ſani
es z ſiſia. Aducit etiã ꝑpter officialia ſicꝗ
apoſtema aut nimia putas ſtõachi aut ní
mía q̃titas aut peccatũ in ſitu zc̃. z adue
nit ꝑpter ſolutã ꝯtinuitaté intriſecus ſiue
extriſecus aut ꝙ ſtomachus é debilitatus
ꝑpter lõgã abſtinẽtiã z ſiſia. aut ꝙ dolet
in ſe aut ꝑpter doloré alioꝝ mẽbroꝝ ꝑpẽ
eni oia iſta z cóſiſia ſtomachus patiẽ abla
tioné digeſtionis ſicut patet in lienteria.
aut miorationé ſicut cũ multũ moratur cí
bus in ſtõacho z cũ grauitate. aut patitur
corruptioné ſicut pꝫ in eructuatione ace/
toſa. aut fumoſa. aut ſapore alicuius male
q̃litatis z ſiſia ¶ Signa ¶ Intelligẽdũ ꝙ
cũ aliquis bñ dormit z cũ ſurgit a ſópno
ſentit ſe letũ getũ z ſine turbatiõe z egeſ
tiões ſunt in hora ſolita z ſicꝗ oꝫ z vrina
bñ digeſta z nó ſentit eructuationé . nec
uẽtoſitaté rugitũ nec torſioné nec doloré
nec aliqué motũ ſubuerſiuũ nec ſentit alí
quã grauediné in capite nec habuit in ſóp
no fãtaſmata terribilia fla nec doloſa tũc
ſignificatur ꝙ ſtomachus optíe cóprehen
dit cibũ vndiqꝫ z hũit geté z tps ſuffici
ens z ꝙ bóa z pfcã fuit digio Si aũt aliq̃
illoꝝ aut mſta affuerit pturba° digeſtióis
ſignificatẽ alia z alia ſʒ ꝙ diuerſa apparẽt
accñia. z ſi fuerit ex cãis extriſecis hẽt ex
iudi° patiẽtis z aſſiſtẽtiũ z medici induſ
tria ẽt ſi fuerit ex paſſioibꝰ alioꝝ mẽbroꝝ
a ſtõacho circũſpiciãtur diligẽt oía mẽbra
z noticia nó latebit . Et ſi fuerit propter

ſtomachū ⁊ fuerit mala ꝯplexio ca. ſentiť
calor in ſtoacho ⁊ ſitis ⁊ male digerit ciba
ria ſubtilia et iuuať a fris ⁊ leditur a caſis
et ſi ē cū hūoris uicio adeſt pōdus et agḡ/
uatio et oris amaritudo et ſꝫ ꝗtitatē ⁊ qli
tatē colere eſſuſe accidūt micrationes et cor
ruptiones in digeſtia. et ſi fuerit ꝑpter ma
lā cōplexionē frāꝫ ſtomachi ſentitur fras
et paucitas ſitis . et ut plurimū appetitus i
tenſus et qꝛ male digerit res difficilis di/
geſtiois et leditur a fris et iuuať a calidis
et ſi ē cū hu. uicio adeſt pōdus ⁊ agḡuatio
et ſi flā ē cū acetoſitate et ita de aliis ſpē
bus flatis iuxta naturā ſperū. et ſi ē melia
ē cū ſtipticitate. et ſi ex ſanguie ē cū dul/
cedie. et ſi ex hūiditate cū ſaliua multa. et
ſi cū ſiccitate ē ſaliua pauca et cū ꝗdā ari/
ditate. et ſi ꝑpter apoſtema adē magnus
dolō et fe. et nauſea. et ſi ꝑpter ſolutionē
continuitatis ē dolor cū punctura . et cibus
in ſtomacho parū moratur et qñ materia
mittitur ad concauitatē adeſt uoitus et ſi
ad uillos et fiat ibidē inuiſcatio tūc ē nau
ſea. et ſi ꝑpť dolorē res ē manifeſta dolo
res eni nō ueniūt niſi aut propť malā cō/
plexionē aut ſolutā continuitatē Et ſi eſt
ex debilitate diſcernitť ex etate tpe et cō/
plexione et cōſuetudie ⁊ propť morbos q
ꝓceſſerūt et aliī qꝛ naturalr ē debiľ virtus
aūt nūꝗ debilitať in ſe niſi rōne alicuius
ſui inſtrumēti ſicut ē ꝯpoſitio et vnitas.
¶ Pronoſticatio ¶ Ois idigeſtio ſtōachi
ē mala et potiſſime corruptio et qꝛ nō rec
tificatur ꝑ alias digeſtias et qꝛ radix mate
ria et origo ē fere omniū egritudinū cro
nicarū ſicut ē epilēia. lepra. ſcabies. ydropꝭ.
et ſiſia. vigilate igitur ſi aliquis in conua
leſcētia patiať indigeſtionē et hēat os race
toſuꝫ timēdū ē de recidiua. et qꝛ materia
putrefiat ſi aliquis ſit crapulatus et appare
at in facie puſtula multorū colorū ſicut ē
color rubeus liuidus et niger . diu viuere
nō pōt qꝛ materia ē ſūme uenenoſa ⁊ cor
pus mūdificari nō pōt propť crapulam ad
bonā igitur digeſtionē ſtomachi diligen
tiſſime aduertamus ¶ Curatio ¶ Si
indigeſtio fuerit ꝑpter accidētia aīe indu
catur gaudiū leticia ⁊c̄. ⁊ ſi ꝑpter crapulā
⁊ repletio fuerit nouella iniūgatur uoitus
⁊ fiat abſtinētia ⁊ ſomnus lōgus exerci/
ciū tpatū. ⁊ bal. detur cibus facilis digeſti
onis dētur aromatica ſtiptica ſtomachū cō
fortātia ſicꝫ ē dyābra dyamēta triaſand.
⁊ dicit G. in de inge. in hoc caſu cōpetūt
ſomnus ⁊ vigilia . ſomnus ut fiat bona
digeſtio ⁊ caloris reuocatio . vigilie ꝑpter
expulſionē ſupfluitatū. ⁊ ſi fuerit ꝑpť ſto
machū detur cibus digeſtibilis in pua ꝗti
tate ⁊ frequenter ⁊ ſi ꝑpter cibū per con
trariū reducatur ⁊ ita de oibus cāis ꝑmi
tiuis rectificetur igitur ſicut oꝫ ⁊ ſi ꝑpter
egritudines alioꝝ mēbroꝝ a ſtomacho cō
ſiderentur illa diligēter ⁊ curētur ſicut di
citur in locis ſuis nō eni eſſet decēs qlli
bet in quolibet loco ponere Et ſi propter
apoſtema ſtōachi calīm curetur ſic In pri
mis detur dieta tenuis ſicut ordeatū aue
natū. amid. ſpinag. lactuc. lac amigd. aꝗ
ordei. ſiropus iulep. poma cocta cū zucca
ro. pruna matura ⁊ oia dentur actu caſa.
nullo mō prouocetur uoitus ⁊ iō oīa den
tur lenitia mixta cū ſtipticis . nihil pure
diſſolutiuū detur ¶ In ꝑmis igitur ſi pti
cularia conueniūt fiat flemia. deiñ ponēť
empľm ſuꝑ ſtomachū de portulacis. plan
tagine. abſcinth. cōfectis cū aꝗ ro. deinde
utatur iſto ſciropo. ℞. abſcinth. ſcarioľ. lac
tuce. aā. ℥. iii. ꝗtuor ſe. froꝝ. dragā. liquir
mū. ordei. aā. ℥. i. p nūoꝝ xxx. zuccari lib. i
deiñ purgetur ſic . diſtēperetur in ꝑdicto
ſiropo. ⁊ aꝗ ordei. ℥. i. ⁊. ʒ. caſſiefiſ. mūde
⁊ dētur aā diē ⁊ de iſta potione deť quo
tiēs idiguerit ⁊ alia nō. deinde fiat iſtud
empľm ſuꝑ ſtomachū. ℞. endiuie. ſcarioľ

malū·roſ·añ·℥·i·maſtic·℥·ſ·farine ordei
℥·ii·cōquaſſentur fortiter ſiſ·z bulliāt &
fiat empſm Et ſi uolumus fortius matu
rare addamus ſucū apii z auxūgiā galline
z anatis z ſi antiquaretur addamus cū his
ſpica nar·bdelliū z dattilos Et ſi apoſtēa
fuerit frm tunc in primis fiat empſm de
abſcinthio roſ·camomilla z apio· poſtea
addamus cū uolumus maturare maluā ſū
mitatē feñ·ſpicā nar·maſtic·z thus· fenu
gre·z ſe·lini Et ſi ꝓlongaretur z eſſet ni
mis durū addamus mirrā·bdelliū·armo/
niacū·galbanū·z utatur tali ſiropo·℞·ab
ſcinthiū·ſūmitatū feñ·yſopi·capilľ ue·re·
añ·℥·ii·maſtic·thuꝛ·ſpic·nar·roſ·añ·℥·i
melľ·roſ·zuccari·añ·lib·ſ·z fiat ſiropus·
z in ſiropo diſtēperetur ℥·ſ·yerap̄· z exi
beatur cūdecoctione yſopi·z abſcinthii·
ſemꝑ cauendo ꝙ uoitus nō ꝓuocetur nūq̄
ſtiptica ſeperētur a maturatiuis z a reſolu
tiuis z ſedetur dolor cū auxūgiis z cāmo
millis·mellilot·z ſiſibus z ita de materi
alibus nominatis pōt fieri oleū· z cū lana
deſuper apponi z ita de aliis Et ſi fiat idi
geſtio ꝑpter vulnera ſtomachi curetur ſic
Curatio vulnerū ſtomachi·vtatur in pri
mis iſto ſiropo·℞·oxizaccar· ydromelľ·
añ·lib·ſ·miſceāt z bulliāt ibi citoioꝝ·ab
ſcinth·añ·℥·i·z detur māe z ſero cū aqua
ordei·deinde detur yerap̄·cū decoctione
ordei z abſcinth·Deinde ·℞·draḡganti
gūbi arabici maſtic·thuꝛ·Karabe añ·ʒ·ii·
conficiantur cū ſuco abſcinth·z fiāt pilľe
z cotidie utatur duabus uel tribus Cibus
ſit lac acetoſuꝫ a quo butirū ē abſtractuꝫ
z accipiantur inteſtina uituloruꝫ z edi z
condiantur cū aceto z utatur illo Et ſi in
digeſtio fuerit propter dolorē ſtomachi·
curetur dolor prius ¶ Curatio doloris ſto
machi Si dolor accidat ꝑpter malā com/
plexionē ca·utatur lacte acetoſo a quo ex
tractū eſt butirū Et utatur pullis coctis i

aqua ubi ſit acetū z cū infrati fuerint cōe
datur·idē fiat de piſcibus ꝑuis Et utatur
ſiropo roſ·z acetoſo ubi ſint foľ·abſcith·
ſi colera habundet purgetur ſic· ℞·floruꝫ
borraginis·uioľ·paſſuľ·enucl· liquir·mū·
abſcinth·añ·℥·i·fiat decoctio z in decoc
tione temperentur corticum mirobalľ·ci
tri·℥·i·fricentur z colentur · z colature
addatur aloes loti·ʒ·i·miſceantur z dētur
in aurora vtatur triaſandalis zuccaro roſ·
z emplaſtretur ſtomachus cum roſis ſan
dalis·camphora z farina ordei Si autem
dolor fuerit propter uentoſitatem fiat ſa
cellatio cum milio uel ſale z milio · Vel
ſic bulliant in oleo laurino ruta· caſtoř ·
radix ariſtoſo· añ· conquaſſentur z poſ
tea lana infundatur z modicum expri/
matur z ſupra locum doloroſum appo
natur · ¶ Deinde fiant uentoſe compre
hendentes vmbilicum Et ſi non ualeant
iſte fiant criſteria ubi ſit iſtud oleum &
yerap̄·ſuppoſita decoctione comuni vta/
tur dyaniſo·dyacimino · vinum purum
ualet ad conſumendum uentoſitatem·
z alia · ¶ Et ſi dolor fuerit ex apoſte/
mate curetur ut dictum eſt Et quandoq̧
accidit dolor ſtomachi z non poteſt ſeda
ri donec euomerit z ſi colera eſt in cauſa
fiat ut dictum eſt· Et ſi melancolia dige
ratur cum ſiropo de borragine z bugloſ
ſa z ſiropo ſquillitico ubi fuerint folia ab
ſcinthii z purgetur ſic ℞·floruꝫ borragi/
nis floꝝ·utriuſq̧ ſticados folioꝝ abſcithii·
liquiricie munde·paſſularum enucleatarū
añ·℥·i·fiat decoctio et in decoctione tē
perenť mirobaľl·indi·℥·i·fricentur lento
igne z coletur et colature addatur lapi·
armenici nouies loti·ʒ·i·et detur in auro
ra·vtatur dyambra·dyacameron·emplaſ
tretur ſtomachus cum abſcinthio· camo/
mila bugloſſ·ſpica nar·z oleo coſtino Si
aūt fuerit ꝑpter materiam fleumaticā di/

geratur materia cũ oximelſ. diure. ubi fue
rit yſopus et abſcinthiũ et purgeť ſic. ℞.
floꝝ. utriuſqꝫ ſticados. polipodii. añ. mara
tri. liquir. mũ. paſſulaꝝ enu. foliorũ abſcin
thii. añ. ℥. ſ. fiat decoctio et in decoctiõe
tẽperẽtur cortic. mirobalſ. Kebuli ℥. i. fri/
centur lento igne et colentur et colature
addatur turbit ℈. ii. et detur in aurora Et
utatur dyamẽta et dyãbra. et dyatrion.
pipeon et empſ̃etur ſtomachus cũ menta
et abſcinth. et coſto. et maiorana Et ẽ in
telligẽdũ ꝙ in doloribus antiquis ſtõachi
ſincopalibus et ꝑoxiſmalibus nõ ĩueni tã/
tũ iuuamentũ ſicut in hoc. ℞. ſuci mente
℥. ſ. ſuci abſcinth. ʒ. ii. gariof. lign. aloe. ſi
lobalſemi. añ. ℈. ſ. puluerizentur et miſceã
tur et accipiatur tepidũ cotidie de mane.
ſed ſtomacho uacuo uel ꝙ accipiatur cum
ouo ſorbili et facit mirabilia. Et aliqui
ſunt qui dolent ſemper ante cibũ et qeſ/
cit dolor poſt cibũ et hoc uidetur eſſe ꝓp
ter colerã mordicantẽ aut melancoliã q̃r
oportet ꝙ purgetur ut dictũ ẽ. et ꝙ utať
lacte acetoſo butiro extracto et conforte
tur ſtomachus cũ ſtipticis et ſumat cibuꝫ
multũ nutribilẽ et in ꝑua q̃titate Et ali/
qui ſunt qui dolent cibo aſſumpto. et nõ
ceſſat dolor donec euomuerit. Et tales
utanť in media nocte et de mane añ ci
bũ tali condito. ℞. coriandri ꝑparati. foſ/
mente. foſ. abſcinthi. gariof. lig. aloes. añ.
. ʒ. ii. puluerizentur ꝛ cõdianť cũ melſ em
bſ̃corũ. melſ. roſ. ꝙ ſufficit Et ſi dolor fu
erit ꝓpter ulcera aut alia nota et manifeſ
ta curẽtur illa prius et ita curabitur illud
per ſe et per conſequens dolor et per con
ſequens rectificabitur digeſtiua Aliquan
do etiaꝫ corrumpitur digeſtiua ꝓpter de
bilitatem uirtutis qua confortata confor/
tatur digeſtiua ¶ Curatio debilitatis uir/
tutis ſtomachi et ſenſus eius Debilitas et
nimius ſenſus ſtomachi cognoſcuntur ꝙ
de facili lediť a q̃cũqꝫ re et iõ q̃ſi q̃dãmõ
vulgariť debilitas ſtõchi uocať paſſio ſtõa
chi cuius cã ignoratur utpote ꝓbi gr̃a po
namus ꝙ ſtomachus patiať quãdã anguſ
tiã aut debilitatẽ appetitus aut cõprehẽdat
cibũ cũ quadã titillatione ꝛ quodã tremo
re occulto ꝛ cũ hoc nõ prouenit aliqua cã
extrinſeca. ſicut eſt natura aeris. aut cibi
natura nec prouenit ex aliqua egritudine
maifeſta nec ex aliq̃ paſſiõe ſtõachi nota
bili tũc dicetur ꝙ ſtõachus eſt debilis. ita
ꝙ ꝓpter debilitatẽ nõ appetit nec digerit
nec ꝛ ſuſtinet bene cibũ ꝛ tamẽ ſecundũ
ueritatẽ uirtutis in ſe nõ deficit ſed rõne
ſui inſtrumenti. Sed ꝙ cauſa comuniter
ignoratur iõ tunc debilitati uirtutis attri
buitur ut plurimũ tamen iſta debilitas ue
nit ex frigiditate Et ideo curã illi ordie/
mus. ℞. mente. abſcinth. coſti. ſũmitatuꝫ
feni. añ. ℥. i. ſpic. nar. ſtiptici. ſpic. celtic. ca
lami. aro. lig. alo. añ. ʒ. ii. conquaſſentur ꝛ
bulliant in oleo laurino ꝛ in illo oleo po
natur lana aut filtrũ ꝛ ſtomacho applicẽť
aut cera noua ibidẽ malaxeť ꝛ ſtomacho
fiat emplaſtrũ. uel ex iſtis fiat cõditũ aut
eſ̃m ꝛ eo utatur. uel utatur dyaciconiten
añ cibũ ꝛ poſt illud eni eſ̃m ẽ tante virtu
tis ꝙ uerificator poſtq̃ guſtauit dixit. Si
uis me mitẽ ſi uis dimittere litẽ. de dy
aciconiten da mihi frater itẽ Si aũt cau/
ſa eſſet calida diminuantur iſta multũ ca.
ꝛ addantur roſ. ſandaſ. ſe. portulac. cam/
phore ꝛ ſimilia Et de iſtis omnibus fiet
ſ̃mo particularis iã cito cũ loq̃mur de ma
la cõplexione ſtomachi q igitur hꝫ ſtoma
chũ debilẽ ꝛ nimis ſenſibilẽ ꝛ nõ põt ie/
iuniũ tollerare. vtatur brodio carnis boui
ne uel accipiat modicũ frumẽti cocti uel
parũ panis cũ vino ubi bullierint pira aut
cotana uel dyãbra cũ tria ſandaſ̃ Si aũt di
geſtia ſtõachi imutetur ꝓpť malã cõplexio
nẽ ſiccã rectificetur illa prius ¶ De cura
tione male cõplexionis ſicce ſtõachi iniũ
gatur ꝑmo qes ꝛ ociũ ꝛ utať dieta reſũp
tia ꝛ nutriẽte ſicq ſenes ꝛ cõualeſcẽtes. In
ꝑmis igitur itret balneũ aq̃ dulcis tẽpera

rate z parũ moretur z nó ſudet . deiñ bal
neetur in aq̃ tepida uel frigiditati uicina
ſed ibi nó ſit niſi tranſeũdo. deinde quieſ
cat deiñ utat̃ lacte mulieris aut aſine aut
cap̃ aut uaccaꝝ z ſumat illud ab uberibus
Et ſi nó ẽ poſſibile colligatur lac in uaſe
calido z ponatur in lacte modicũ ſalis z
mellꝭ z bulliant z ponatur parũ aq̃ z acci/
piat z caueat ne in ſtomacho corrũpatur.
z illa a quibus ſuitur lac ſint iuuenilia &
ſint in bono regimie z utatur bono cibo
de iſta aũt materia loquitur G. in v°. de
inge. ſa. ꝑpter ptiſicos z in vii°. ꝑpter ſto
machi ſiccitatẽ z i ix°. ꝑpter ethi. z nos
ſuperius in duobus locis ſumus locuti Et
poſtq̃ lac ẽ digeſtũ in ſtomacho exerceteꝝ
deiñ utatur brodio carniũ z carnibus uo
latiliũ q̃ tñ nó degunt in aquis. vtat̃ ouis
ſorbilibus z piſcibus petroſis z paulatine
reuertatur ad cibaria q̃ debentur in tpe ſa
nitatis Et ſi ſiccitas fuerit iũcta cũ cali
tate utatur lactuc. cucurbita z ſirup̃. iu/
lep. z aq̃ fr̃a niſi ſiccitas nimis excederet
ꝙ tũc ꝑtus ẽet nimis debilis z nó poſſet
ſuſtinere Et ſi ſiccitas eſſet iuncta cũ fri
tate utatur aq̃ mellꝭ z ptiſana cũ modico
mellꝭ z uino liphato z ſiſibus ca. z hu. ſi/
cut ſunt brodia z iuſcella. z vtatur eẽo
reſumptiuo cũ dyarodon abbatis. Si aũt
fiat indigeſtio ꝑpt̃ malã cõplexionẽ ca.
curetur illa prius . Cura male cõplexionis
ſtomachi ca. In tali cura cõpetũt pſica nó
tñ hũida. aquoſa. valẽt etiã lactu. endiuie
ſcarioꝭ. cucumeres cucurbit. portulac. cori/
andrũ hu. z lac acetoſũ z pulla infr̃ata ace
tũ . ualent etiã piſces recẽtes. zuccarũ roꝭ.
triaſand. ponãtur empſa fr̃a ſupra ſtoma
chũ tñ nó teneantur tãto tpe ꝙ anhelitus
conſtringatur aut epar nimis infreꝭ. Et
ſi cã fuerit iũcta cũ ſiccitate utatur ſiropo
uioꝭ. z nenufare. z iulep. z dyadrag̃. fro.
utatur ſpinag. atriplicibus z maluis z po/
mis z aqua ordei. z inungat̃ ſtomachus
cũ oꝭo uioꝭ. Et ſi ca. ſit iũcta cũ hũiditate

vtatur oxizaccar. ſiropo acetoſo. vtatur pi
ris z coctais et emplaſtret̃ ſtomachus cũ
roꝭ. coctanis z ſandaꝭ. Et ſi coſa hũdet
in ſtõacho purgetur . ſicut dictũ ẽ ca° de
dolore ſtomachi. Si aũt fuerit indigeſtio
ꝑpter malã cõplexiõnẽ fr̃aꝫ tũc illa curet̃
prius Curatio male cõplexionis ſtomachi
fr̃e. vtatur alliis z vino forti in pua q̃ti/
tate z calefiãt extrema z ponãtur uẽtoſe
ſupra ſtomachũ. vtatur an. cimi. ameos. ſi
ſel. ſpic. nar. z ligno aꝭ. z utatur potione
muſcata. dyatrion pipereon. ʒʒ. cedito Et
ſi fr̃as fuerit iũcta cũ ſiccitate minorẽtur
ca. z euaporatiua z utatur lacte z aq̃ or/
dei z lacte cũ mellꝭ. z vinũ cũ aqua. vtat̃
iſto medicamine. ℞. maſtic. ſpice. bulliãt
in oleo z inungatur ſtomachus uel ma/
laxetur cera in oleo z miſceatur cũ medi
co picis naualis z empletur ſtomachus .
Et ſi fr̃as iungatur cũ humiditate vtatur
carnibus aſſis z vino pontico z utatur pi
pere z cinamomo. z vtat̃ iſto ſiropo. ℞.
yſopi abſinthii. calamenti. añ. ʒ. iii. añ. ma
ratri. ameos. ſiſeꝭ. ſpic. nar. ſquinãti. calai.
aromatici. añ. ℥. i. mellꝭ. ro. lib. i. fiat ſiro/
pus z ex iſtis materialibus põt fieri oleuꝫ
aut vngentũ. aut cerotũ. aut empl̃m. vel
malaxetur cera cũ oleo. de balſamo Et ſi
fr̃a dñetur in ſtomacho aut meſ̃ia purge
tur ſicut dictũ ẽ in dolore ſtomachi Et ẽ
intelligendũ ꝙ puer puus uel puella appli
cata ſtomacho multum confortant vir
tutẽ digeſtiuã dũ tñ nó ſudent uel catu/
lus uel ſaltiꝫ ꝙ vicinus lõgo tpe ſupra ſto
machũ teneatur . Et ſi indigeſtio auferat̃
ꝑpter malã cõplexionẽ humidã in ſtom̃a
cho curetur illa prius Minuatur cibus &
potiſſime potus . z utatur aſſis z frixis. z
vtatur iſto electuario. ℞. dyañ. dyacin .
zuccari ro. añ. ℥. iiii. miſceantur Et ſi hũi
ditas iũgatur cũ caliditate vtatur acetoſis
z ſtipticis . z tunc ualent granata. z cito
nia. z parſica ſ. illa a quibus non fluit hu
miditas Et ſi fuerit iuncta cũ frigiditate

vtatur diatriō.zꝫ.ūeꝝ ꝙ patiētes contin
git ucire frequētius de rcotis ꝑtibus ꝓpter
malā cōplexionē ſtomachi fraꝫ z hu.iō
de gr̄a illā magis ꝑticulariter ꝓſequamur
Dieta eni ſit talis panis ſit triticeus bene
coctus et fermentatus et cū tpata q̄titate
ſalis et triticū ſit natū in terra alta leui et
noua q̄tū erit poſſibile omnē aliū panē ui
tet. vinū ſit citrinū in colore mediocre ĩ
ſbā bene maturū et odoriferū nō nouū z
optimi ſaporis oīa alia vina vitet. Aqua
ſit fontis et fons ſit uberrimus ſcaturiēs.
et currat uerſus orientē et ſol de mane ꝑ
cutiat oſtiū fontis et currat aqua ſup̄ loca
munda et accipiatur aqua lōge ab oſtio fō
tis ut ſit depurata a ſuperfluitate rōne euē
tationis et uirtutibus ſtellarū Carnes aūt
ſint uolatiliū aut q̄drupedū ſiue uolatiliū
aut domeſticoꝝ aut ſiluariū.ſi domeſticę.
utatur pullis et gallinis caponibus et colū
bis uolantibus et iſta nō ſint in cauernis
detenta ſꝫ in aere ad libitū nutrita De ſil
uaribus utatur ꝑdicibus et ſturnis et me/
rulis et auiculis cāpeſtribus et faſianis De
carnibus quadrupedū aut ſunt domeſtice
aut ſiluares. Si domeſtice utatur carnibus
agnual agni uel mutonis iuuenis et edu
li et uituli lactātis et extremitatibus por/
coꝝ De ſiluaribus nō utatur aliq̄bus niſi
iuuenibus.ſ.cūiculo capriolo et ceruo iuue
nibus. alias nō noīatas penitus uitet. Itē
utatur feñ.nouello.petroſill.mēta.ſaluia.
ſerpillo.iſopo.ſaturegia. ſana mūda. ſiue
gariofilata qd̄ idē ē borago.bleta.orto.ſpe
rago.iuuene.oīa alia uitet olera Itē uitet
oīa legumina ꝑter brodiū cicerū Itē uitet
oēs fructus niſi auellanas aſſas. aut duas
nuces poſt piſces aut medietatē vnius pi
ri cocti aut coctani cocti cū modico caſei
butiroſi poſt cibū Vtatur ouis ſorbilibus
piſcibus ſquamoſis de aq̄s mūdis currēti
bus lōge a ciuitatibus et ſi coquātur in aq̄
ponatur ibi petro.feñ.et ſal aut ponatur
ſup̄ torrefactoriū et iungatur frequēter cū
aq̄ ſalſa et oleo et hec ē dieta in generali.
Deiñ ſequitur magis ꝑticulariter Die do
minica utatur gallinis in brodio cū ꝫꝫ. et
croco z carnibus porcinis aſſis z ſint de
latere dextro porci cū ſalſa uiridi ſine ace
to ſꝫ cū cinamo.z in ſero hēat vnā auicu
lā cū ſalſamento de vino z ſale Die lune
hēat oſa.ſ.borra.blete petro.z terantē for
titē z cōdiantē cū carnibus ſalſis z mutone
recenti iuuene.z ſint de coſtis z hēat ꝑ/
dicē aſſā cū ſalſa de cinamomo z in ſero
carnes porcinas aſſas cū cepis deſup appoſi
tis Die martis hēat carnes porcias de dor
ſo z ſint aliquātulū ſalſe cū porris z ſinap̄
z in ſero cuniculū iuuenē aſſū cū ſalſa de
pipere Die mercurii hēat cuniculū iuuenē
in brodio cū ſpebus z perdicē aſſaꝫ cū ſal
ſa de cinamo.z in ſero carnes porcinas aſ
ſas Die iouis hēat carnes mutoninas ĩ ge
nere.z pullā in pane z de ſero auiculas aſ
ſatas Die ueneris habeat cicera cū petroſil
lio z ſaluia z piſces aſſos ſeu camōtas.i.
gābaros z ſint ſemꝑ piſces marini cocti ĩ
vino puro Die ſabbati ſi comedat carnes
utatur vitulinis lactātibus multū iuueni
bus z teneris cū bor. piperata z pullos aſ
ſos z ſi nō fiat ſicut dictū ē in die ueneri
Panis ſit bene fermētatus z bene coctus
Itē vinū ſit multū antiquū ſine aq̄ in ꝑ
ua q̄titate z ſit regula ꝙ continue exerci/
tet ſe añ cibū donec incipiat fatigari z nō
comedat in die ſꝫ de mane circa terciā ul
ante z de ſero ſemꝑ in ueſperis & ualde
paꝝ Viſo de regimie per dietā uideamus
de regimie ꝑ medicinā.ꝑmo in ſiropo.ſe
cundō in medicina laxatia. tercio in pul
uere.q̄rto de eſtis Siropus ē iſte .℞.fen.
petro.bruſci. ſpagi.gramis. apii.añ.ꝰ.i.
tēperētur in aceto fortiſſimo ꝑ diē z noc
tē. deiñ ℞.yſopi.abſcinthii.calamē. pule
gii.ſerpilli.maioran.baſilicō.mēte. ſaluie
añ.ꝰ.i.cōti.citri.añ.maratr.cimi.ameos
ſiſel.ſe.baſili.ſe.maiorā.añ.ʒ.i.z.ſ.mell
lib.i.z.ſ.z fiant ſirop.lib.ii. Medicīa ḡ

iſta. ꝶ. yerap. ʒ. v. aloe. ℈. ii. agarc. turbit.
eſſule añ. ℈. i. añ. cinamo. maſtic. añ. ℈. ſ.
cõficiantur cũ ſuco abſinth. ⁊ fiant pillẽ.
Puluis ẽ iſte. ꝶ. triũ generꝫ pipis. ʒʒ. cin a
momi. nucimuſ. añ. ℥. ii. añ. maratri. ci/
mini. amcos. ſiſeſ. ligni aſ. carpobalſ. xilo
aloes ſpic. nar. ſpic. celtic. calai. aramati. añ
℥. i. mẽte puluerizate. ℥. iii. croci. ʒ. ii. zucca
ri. ℥. ii. fiat puluis et ponatur in facco lo de
aluta Electuaria ſunt pſa. primũ ẽ iſtud.
ꝶ. dyamẽte. dyatrion. pipercon. añ. lib. ſ
miſceãtur Itẽ aliud. ꝶ. pliris cum muſto
dyãthos cũ muſto dyãbra. letiue. G. dya/
mẽte. dyatrion. pipeon. añ. ℥. iiii. miſceãt
et utatur mãe et ſero Itẽ illud quo utatur
poſt comeſtionẽ. ꝶ. dyacitoiten. dyatriõ
pipeon. carniũ. citoniorꝫ. dyamẽte. añ. ℥.
iiii. miſceãtur ¶ Et aduertendũ ꝙ oĩbus
iſtis põt uti in tpe frõ et regione fra. ſed
in tpe ca. aut regione ca. utatur in pua ꝗti
tate ualde aut nihil Sed in tpe ca. in re/
gione tñ fra utatur iſto. ꝶ. dyacimi. dya
rodon. abis. dyãtos roſate nouelle. añ. lib.
ſ. miſceãtur Et ſi calor ſuperuenerit. aut
rõne laboris. aut alicuius alterius rei tunc
iſta oĩa dimittantur. et tunc ſi patitur in
tpe ca. ſitiꝫ vtatur iſto. ꝶ. dyadra. frĩ. dia
bugloſſ. zuccari roſ. dyarodon abẽis. añ.
lib. ſ. miſceantur ¶ Clarificatio. ¶ Notã
da ſunt hic aliq̃ que poit G. vii°. de ige.
ꝑmũ ẽ qm̃ in vnoquoq; mẽbro corporis ẽ ac
tio i aliis nõ exñs hoc aũt ẽ ꝑpter cõplexi
onẽ cũ quodlꝫ mẽbrũ ꝓpria cõplexiõe de/
coretur. Secundũ notabile ẽ iſtud ꝙ in q̃
to tpe caſm reducit frm in tãto tpe frm
põt reducere caſm. ſꝫ motus nõ ẽ equalis
qm̃ uicina mẽbra leduntur a frõ pluſq̃ le
dantur in calido cõtrario ſe hꝫ in ſicco et
hũido qm̃ modus reducẽdi eſt eq̃lis qm̃
mẽbꝝ uicinũ nõ leditur a ſicco nec ab hu.
de quo ſit curandũ ſꝫ tẽpus nõ ẽ eq̃le ꝙ
citius reducitur hũidũ a ſicco q̃ ecõuerſo.
Siccũ eñi ẽ de difficili reducibile et iõ cor
pus qd̃ nõ nutritur de facili infratur. Et

cũ ſtomachus ẽ ſiccus nõ ſolũ debilitatur
ſtomachus et mẽbra uicina ſꝫ totũ corpus
Concluditur ergo ꝙ ſiccitas ſtomachi eſt
cum diligentia reducenda

¶ Capitulum quartũ de canino appetitu.

QVadruplex eſt innaturalis appe
titus quidã qui uocatur caninus
quidã qui uocaturboliſmus. ⁊ q
dã qui uocatur fames ſincopalis. ⁊ quidã
qui uocatur appetitus corruptus ⁊ de iſtis
ꝑ ordinẽ proſeq̃mur. Caninus appetitus
ẽ appetitus intẽſus ⁊ irrationabilꝭ ⁊ iſacia
bilis ⁊ q̃to plus appetit tãto magis cedit
⁊ dr caninus qm̃ ſicut canis nunq̃ ſaciaẽ
imo reuertitur ad uomitũ ita qui hãc pa
tiẽ paſſionẽ nũq̃ põt ſaciari Et ſicut dya/
betica ẽ ſitis inſaciabilis ita caninus ap/
petitus ẽ fames iſaciabilis ¶ Cauſa ¶ Cã
huius appetitus ẽ triplex. ſ. caſitas reſol/
uens ⁊ fras cõprimens ⁊ ſenſũ inducẽs ⁊
humor acetoſus pungens ⁊ uiſcoſitatẽ q̃
appetituꝫ ipediebat remouens ¶ Ad pri/
mũ mẽbrũ pñt mſta reduci ſicut ẽ caſitas
aeris. curſus. labor. fe. precedens. uigilie ni
mie. ⁊ caliditas ſtomachi ⁊ totius corpo/
ris ⁊ q̃to caſitas ẽ maior in toto corpore
q̃ in ſtomacho tãto fames ẽ ⁊ caninus ap
petitus intenſior ⁊ qñ caliditas ẽ maior ĩ
ſtomacho tũc ẽ maior appetitus in potu
q̃ in cibo ⁊ ita caliditas ſtomachi vna cũ
caliditate totius corporis bene põt intẽde
re appetitũ. reuma aũt põt intendere appe
titũ debilitando cõtentiuã ⁊ faciendo de
ſtomacho eleuare ſuũ. veit etiã ꝑpter de
bilitatẽ cõtentiue ⁊ fortitudinẽ expulſiue
Et fit etiã appetitus intenſus ꝑpter lumbricos
⁊ ſerpentes q ſunt i fũdo ſtomachi ⁊ pro
prie in inteſtinis deuorantes cibũ Iſta eñi
oĩa ⁊ conſilia pñt reduci ad inanitionẽꝫ
⁊ reſolutionẽ. ſcda cauſa eſt frigiditas cõ
primens & ita agit actionem ſimilem
ſuccioni & ita inducit contractum ⁊ ſen
ſum. & ita ſtomachus cum ſit in ſuo

orificio inanitus z illud ſentiat iõ appetit
ſicut ſi eſſet uera inanitio z iõ q hñt orifi
ciũ ſtomachi frĩm hñt intenſuz appetitũ z
quanto frigidius ẽ tãto appetitus intẽſior
niſi ad tantũ deueiret ꝙ mortificaret qm̃
om̃e mẽbrum infratũ habꝫ ĩ ctionẽ defec
tã de neceſſitate ſicut pꝫ per G. in 1°. afo.
qbuſcũq iuuenibus ❡ Tercia cã põt eſſe
ffa acetoſuz cxñs i orificio ſtomachi qm̃
mordicat z ſuſcitat et cõtentiuã debilitat
et digerit hu. groſſos uiſcoſos qui ĩpedie/
bant appetitũ ❡ Signa ❡ Si fuerit ex caſi
tate reſoluente tunc ẽ ſitis et ut plurimũ
ẽ cõſtipatus et apparent alia ſigna caſitatis
qm̃ eſt audax piloſus muſculoſus et accit
alñ etiã ꝙ homines multũ cibũ accipiũt z
parũ aſſellant et nõ erunt pingues et hoc
atteſtatur ſuꝑ fortẽ caliditatẽ reſoluentez
Si aũt fuerit ꝓpter alia cõſumentia reſol/
uentia ſicut ẽ aer labor vigilie et ſilia h°
habetur iudicio patientis Et ſi fuerit ꝓp
ter uermes hoc iudicant ſigna ꝯmiũ &
ſi ꝓpter fritatẽ tunc ẽ fluxus uentris par
uitas ſitis inffationes uẽtoſitates. Et ſi fu
erit ꝓpter debilitatẽ contentiue tunc eſt
fluxus uentris z cibus exiſtit q̃ſi indigeſ
tus et cũ quadã ſanguinis ꝑmixtiõe Et ẽ
intelligendũ ꝙ oĩs mala cõplexio ſue vir
tuti defectionẽ generat ſicut ſcribit vi°.
de morbo et ideo q̃libet earũ cũ excedit
põt debilitare ↄtẽtiuã. mõ igitur cũ calido
mõ cũ frõ. et ſꝫm hoc ſigna alia et alia Si
aũt fuerit ex humore acetoſo tunc ẽ pui/
tas ſitis et eructuatio acetoſa . et ſi fuerit
acetoſitas ex ffate ẽ acetoſitas pura cũ hũi
ditate multa Et ſi fuerit ex meſia tũc eſt
cũ ponticitate et cũ q̃dã ſiccitate Et ſi fue
rit ex aliis cauſis maifeſtis tũc ſciẽ ex iu/
dicio ❡ Pronoſticatio ❡ Caninus appeti
tus ex reumate adueit raro. Caninus ap/
petitus ſi continuetur ducit in boliſmuz
et boliſmus in famẽ ſincopalẽ . et fames
ſincopalis in mortẽ vigilate igitur et ora
te hic ❡ Curatio ❡ Si caninus appetitus

fuerit ꝓpter calorẽ reſoluentẽ denẽ ea que
ſunt dure digeſtiõis ſicut fabe fracte fru/
mentũ coctũ lẽtes cũ aceto piſces beſtiales
et conchilia carnes bouine ſemicocte oua
indurata panis azimus. portulac. cucurbi.
condite cũ oleo amigd. dulciũ z cũ zucca
ro . extremitates aĩaliũ. z inteſtina z con
diãtur cũ aceto z zuccaro z iungantur cũ
oleo mirtino. oleo ro. oleo de ſumac. ubi
bullierit alumẽ Et ẽ intelligendũ hic ꝙ i
curatione canini appetitus debemus vita
re oĩa acetoſa z oĩa põtica z oĩa acuta niſi
per hoc intẽdereẽ cura ſicut ſunt acetoſa
in cauſis caſis z pontica z ſtiptica in ni/
mio fluxu uẽtris z acuta z inciſiua in hu
moribus ffaticis Si aũt fuerit ꝓpter malã
cõplexiõnẽ frigidã dentur olea caſa pigue
dines z vnctuoſa z carnes anſeris aſſe z
vinũ purũ Et utaẽ potione muſ. pliris cũ
muſco dyanthos cũ muſco. aliptamuſ. &
ſi eſt cũ materia utatur alleis cepis. z pipe
cinamo. z ſinaṗ. z digeratur materia ffa
tica cũ origano. calamẽ. pulegio. ſerpillo.
añ. maratro. z mellẽ. purgeẽ cũ yeraṗ. Et
ſi materia ẽ ffatica digeraẽ cũ ſiropo . de
bora. ſir° de bugloſ. z purgetur cũ dyaſcñ
dyabor. z lapis lazuli. z detur zuccaꝝ ro. i
cã ca. z mel ro. in cã fra Et ſi fuerit ꝓpter
debilitatẽ contentiue conſidereẽ cã z ſi ẽ
cã ca. fiat ſicut dictũ ẽ Et ſi ẽ ꝓpter reu/
ma curetur ut dictũ ẽ Et ſi uenerit a ſple
ne mundificetur z ita de aliis mẽbris Et
ſi fuerit ꝓpter ꝯmes detur abſcinthiuz cũ
origano z aloe z alia q̃ſ dicẽtur. Et ſi fue
rit ꝓpter cãs primitiuas ꝑ contraria redu/
cantur ad tꝑamentũ ❡ De boliſmo

❡ Boliſmus ẽ appetitus intenſus z cũ inci
pit deſinit z accidit frequenter itinerãti/
bus z ptrãſeũtibus ꝑ loca niuoſa z iõ vul
gares dicunt ꝙ aliq̃ herbã calcauit que hꝫ
aſpectũ ad augmentandũ appetitũ tñ iſta
ẽ ueritas ꝙ tales ſunt cũ ianitione corpis
z repletione ſtõachi nauſeatiua z debilita
te ſtõachi z iõ cũ ſtõachus infratur icipit

appetere z etiam róne inanitionis totius
z cũ incipit deſinit quia ſtomachus reple
tus ē z virtus debilis z icipit quaſi mor
tificari z deſtitui z quaſi inſenſibilis fie
ri virtus appetitiua Quare oportet ꝙ ſuſ
citetur z extrema purgentur z quodãmó
cũ paruis virgis ſuauiter flagellentur .de
inde odoret aromatica .Et ſi particularia
conueniant in frāte vtatur iſtis materia
libus ſiue in eſiis ſiue in pomo ut odore/
tur ſiue in empl'is z oleis zc̃. z ſupra ſto
machũ appanatur z ē iſta.ſ.ambra.ſtorax
calamita.laudanũ.lignũ aſ.muſcus.gario.
nux muſ. Et aſſetur pulla z lardetur cuz
gariof.z aſpergatur cũ aqua ro.muſcata.
z odoret z comedat et vtatur vino muſ
catello aut alio odorifero Et ſi particula/
ria cõuenirēt in caliditate vtatur iſto ſm
prioré modũ.ſ.roſ.vioſ.ſiccis.neũphare.
coriãdro prepato.ſandaſ et cãpho.et aſſeē
pullus et lardetur et aſpergatur cũ aqua
roſ.et camphore et odoret z comedat cũ
fuerit infrigidatus. ¶ De fame ſincopali.
¶ Aliquando aliqui habent orificiũ ſto/
machi ita debile et ſenſibile ꝙ nó poſſũt
ieiuniũ tollerare et ió ſi in hora famis ca
reant cibo de facili incurrunt ſincopim.
Tunc igitur aut iſti ſunt actu in ſincopi
aut nó.et ſi actu fricentur extrema forti/
ter et ligentur ligatione doloroſa z traha
tur per nares et digiti conduplicati forti
ter conſtringãtur et aſpergantur aqua ro.
et poſt caſuz vtatur pane intincto in vi
no et vtatur brodio carniũ.Et ſi particu
laria vergant ad caliditaté fiat ſicut dictũ
eſt ¶ De corrupto appetitu. ¶ Appella
tur appetitus enormis et intollerabilis.ſ.
cum aliquis appetit comedere cretã carbo
nes. piſces crudos carnes crudas .fructus
nouellos adhuc ponticos ſicut manifeſte
videmus in mulieribus pregnãtibus hoc
aũt accidit ꝓpter hu.corruptos potiſſime
melancolicos exiſtentes in ſtomacho iſi/
cientes ipm et ita corrũpunt appetitum.
Et ꝙ adhuc ſunt ſub latitudine ſanitatis
appetunt ſimilia .z ꝙ talia ab intus ſunt
corrupta z infecta ideo appetunt ab ex
tra ſimilia corrupta z infecta z enormia
z irrationabilia quaſi ſi eſſent maniaci de
cibis male diiudicantes Accidit igiť mu
lieribus pregnãtibus aut cũ menſtrua ſunt
retenta Et in viro accidit ſed nó ita fre/
quenter z ſm diuerſitaté hu.in ſtoma/
cho ſm hoc diuerſa appetuntur ¶ In pri
mis igitur vtatur vomitu z multis vici
bus z ante cibũ z poſt z potiſſime ſi nó
fuerit mulier pregnãs in illis eni verendũ
fieri Deinde vtatur rafano tpato in oxi/
melle ſquillitico . deinde purgeť cũ quiqz
generibus mirobaſ preparatoꝝ.ſicut opõ
tet z pót vti piſcibus ſalſis z carnibus re
centibus aſſis ſupra carbones imediate Et
vtatur colũbis aſſis z pullis aſſis z ſiſibus
z vtatur ſinapi.cinamo.z cardão.z cu/
beb. Et utatur iſto eſio.℞.cuppuſ glan/
diũ.ligni aſ.añ.maratri.ſpice.nar. nuciſ/
muſ.gariofi.mirtilloꝝ .añ.ʒ.i.zuccari. ꝙ
ſufficit z fiat eſm z addatur conſerue ci
tri. z citrangulorꝝ añ.ʒ.ii. miſceantur .
¶ Clarificatio. ¶ Intelligendũ ꝙ du
plex eſt appetitus quidã ſimplex quidam
cópoſitus.ſimplex eſt naturaſ z ſemꝑ fit
a calido. Et cópoſitus cóponitur ex calido
z fro.z ē ſolũ in ſtomacho. Eſt eni appe
titus ſtomachi cópoſitus ex naturali z aïa
li.ſed naturalis fit a calido.aïalis a frigido
frigidũ eni cóprimit z ita agit actioné ſi
milé ſuccói.z ita inducédo vacuũ iducit
cótactũ z ita ſenſuz. z ita per accńs iuuat
appetitũ z calidũ ꝑ ſe.z ita hoies qui hñt
ſtomachũ frigidũ ſunt intenſi appetitus
z q hñt caſm male appetũt licet calor fa
ciat appetitũ naturalé per accńs tamen di
minuit in ſtomacho attrahédo uapores q
replét ſtomachum fantaſtice z ita impe/
diunt contactum z ita ſenſuz non é ígiť
iconueniés ſi caſitas ſtóachi ipediat appe
titũ z fras augmétet vtrũqz eni é ꝑ accńs

¶ Secundo intelligendú quoniam quili/
bet appetitus cibi fiat per frigidū . tamen
appetitus coitus naturaliter nō fit niſi per
ca . quoniā appetitus coitus eſt ſimplex al/
ter aút eſt compoſitus . ¶ Tercio intelligé
dú ꝙ vinū competit in curatione canini
appetitus quia calefacit ꝛ digerit cum eſt
ibi mala complexio frigida . aut materia
frigida . ꝛ licet uinuȝ ſit appetitus potus
non cibi . nihilominus vinuȝ non eſt po/
tus tantum ſicut aqua . imo cibus ꝛ potus
ꝛ medicina ꝛ cum hoc non dico ꝙ appe/
tatur ſed detur ſicut medicina cum ſit ca
lida ꝛ cauſa ſit frigida ꝛ ita curat ratione
contrarietatis . nec facit penetrare nec pe/
netrat quia vnctuoſa impediunt que pre
ceſſerunt . poteſt igitur vinū competere ī
curatione canini appetitus ¶ Quarto in
telligendum ꝙ licet vomitus inaniat ta/
men quia in iſto caſu euacuat cauſaȝ mor
bi iō poteſt competere ſicꝫ ī canino appe/
titu ꝓpter frigidos humores in ſtoma/
cho exiſtentes ¶ Quinto notandū quo/
niam licet groſſa cibaria plus nutriant ꝛ
citius ſedent appetitum . nihilominus in
boliſmo plus competunt ſubtilia quia vir
tus eſt debilis ꝛ ideo citius confortat &
citius tranſit ad membra ¶ Sexto notan
dum quoniaȝ licet in canino appetitu ꝓp
ter cauſam frigidam non competant ſtip
tica nihilominus bene competunt in bo
liſmo ꝛ ratione debilitatis virtutis ꝛ etiā
ut confortetur appetitus quia in boliſmo
cum incipit deſinit ꝛ ideo dicitur boliſ/
mus quia cum bolo ſaciatur quia appeti/
tus ſtatim proſtratur ꝛ deficit quare ſtatī
ſuccurrendum eſt ne cadat in ſincopim
¶ Septimo aduertenduȝ ꝙ mulieres no/
uiter inpregnate . aut ſi menſtrua retine/
antur appetunt enormia ſicut inteſtina .
carbones terram ꝛ ſimilia . ꝛ ratio huius
eſt duplex vna eſt ſimilitudo ut dictum
eſt adhuc enim humor eſt ſub latitudine
ſanitatis quia humor melancolicus ē groſ
ſus terreus ideo appetunt terram ꝛ carbo
nes tamq̄ ſimilia Aut forte poſſumus di
cere ꝙ humor melancolicus licet per com
parationem ad alios humores dicantur
frigidus ꝛ ſiccus tamen in ſe inquantū ē
in corpore viuēte eſt calidus ꝛ humidus
ideo appetit frigida ꝛ ſicca tāq̄ contraria.

## ¶ Capitulum ſextum de ſiti

SItis eſt appetitus frigidi ꝛ humi
di in ratione potus ſicut fames
calidi ꝛ ſicci in ratione cibi po/
tus autem eſt neceſſarius ut faciat cibum
penetrare ad membra Nunc autem ſitis
aliquando aufertur aliquando nimis inté
ditur . ꝛ ſi auferatur hoc eſt ꝓpter malam
complexionem ſtomachi frigidaȝ aut hu
midam aut vtrūqꝫ aut ꝓpter paſſionem
capitis ſicut eſt mania ꝛ melancolia . aut
ꝓpter ablationem ſenſus Si auteȝ ſitis fue
rit nimis intenſa . aut eſt ab interioribus
aut ab exterioribus hoc eſt ꝓpter calorem
ſolis aut aeris . aut ꝓpter curſum ꝛ laborē
ꝛ vigilias ꝛ clamorem ꝛ uociferationeȝ
ꝛ ꝓpter cibaria calida ſicut ſunt cepe alia
piper . euforbiū . aſa fetida . vinū purū for/
te antiquū . aqua ſalſa . piſces ſalſi . piſces re/
centes cū in ſtomacho corrūpuntur . mor
ſus reptiliuȝ . venenū ſumptum . coitus ſu
perfluus ꝛ ſimilia corpus exterminantia .
Et ſi ab intus hoc eſt ꝓpter ſtomachū aut
ꝓpter alia mēbra . Et ſi ꝓpter alia mēbra .
aut prouenit a cerebro ſicut in freneſi aut
in catarro de fleūate ſalſo . aut ꝓpter ſpiri
tualia ſicut ꝓpter apoſtemata pulmonis .
aut pāniculoꝝ aut ꝓpter fe . putridaȝ . aut
ethicam uerſus finē aut ptiſiȝ ꝛ ſimilia ꝛ
prouenit etiā ꝓpter oppilationes uenaruȝ
meſeraicaꝝ ꝛ epatis ut in ydroṕ . ꝛ ꝓuenit
ꝓpter calefactionē epatis ꝛ ꝓpter apoſtēa
ꝛ ꝓpter fluxū ꝛ ꝓpter nimiā caliditatem
renū ut in dyiabetica paſſione Si ꝓpter
ſtomachū hoc eſt ꝓpter cōplexionē calidā

aut ſiccam aut utrumqꝫ.aut propter cole/
ram que habundat in ſtomacho .aut fleu
ma ſalſum .aut propter fl'a dulce. aut ꝓp
ter crapulam.aut medicinam ſumptam.
et ſimilia. ¶ Signa ¶ Signa cauſarũ
extrinſecarum habentur ex iudicio patiẽ
tis Signa que ſunt propter alia membra a
ſtomacho habenẽ per iudicia illarũ paſſio
nũ. Sed ſigna que ſunt a ſtomacho ſunt
ſatis clara quoniã amaritudo ſignificat co
leram et dulcedo fleuma dulce. et ſalſedo
fleuma ſalſuꝫ et alia ſatis habentur ex iu/
diciis ¶ Pronoſticatio. ¶ Si in fe.
adueniat ſitis cũ ariditate corporis ualde
malum Si febricitans multum ſitierit et
ſubito ceſſet ſitis et fe.remaneat ꝛ lingua
eſt arida nigra mortem ſignificat procul
dubio quia virtus ſenſitiua ẽ mortificata
¶ Curatio ¶ Intelligendum ꝙ multi
plex eſt ſitis cui credendũ non eſt et ideo
potus nõ eſt dandus vt verbi gr͡a ut qui
mane ſitierit in ieiuno nõ eſt potus tribu
endus et ſi cogeretur detur ſibi acetũ cuꝫ
oleo Si de ſero utile ẽ intrare lectum . ſi
ſitierit non eſt potus ei tribuendus qm̃
ſi dormierit ſedabitur . Si fuerit propter
crapulam prouocetur uomitus et induca/
tur ſomnus Si propter medicinam laxati
uam in principio non detur potus quia
ſitis mendoſa eſt . In omnibus iſtis non
debet concedi potus ſed tamẽ aliqui ſunt
inpatientes et multum ſenſibiles et in ta
libus oportet ꝙ accipiant ſorbendo diu in
ore tenendo paulatine tranſglutiendo et
teneãt in ore pillulas ſubſcriptas Aliquan
do autem uenit ſitis propter malam con
ſuetudinem bibendi et tunc non eſt con
ſilium niſi ꝙ paulatine mutaretur ad op
poſitum et ꝙ per accidentia anime ¶ In
telligendum etiam ꝙ in ſiti que proueit
propter cauſam calidam et potiſſime hu/
moralem. ſicut eſt colera non competit
ſomnus quoniam caleſiunt interiora &
augmentatur ſitis In mala igitur cõplexi

one calida ſine materia ſine oppilatione.
detur aqua frigida in bona quantitate et
ſedabitur ſed ſi eſſet colera nullo modo
detur aqua per ſe niſi eſſet cum vino gra
natorum aut ſiropo iulep. aut cum aceto
aut cum mica panis et purgetur cum caſ/
ſiafi.et miroballin. citrini Et ſi eſſet fleu
ma ſalſum detur ſibi oxumel diuretic. et
purgetur cum miroballin. citrini et Ke/
bul'.uel quotienſcunqꝫ potare uoluerit de
tur ſibi ptiſana ordei ualde calida quantũ
potarẽ uoluerit et ſit ita calida ſicut pote/
rit ſuſtinere et hoc eſt expertum quoniaꝫ
ratione actualis caliditatis digeritur ma/
teria fleumatica et frequenter ſequitur uo
mitus Et poſſunt fieri in ſiti ea que dic
ta ſunt ſuperius in libro.i. ¶ Pillule ꝗ ua
lent ad ſitim ſi teneantur in ore.℞. qua
tuor ſe.frigidoruꝫ mundatorum ſe.endi
uie.ſe.lactuce.ſeminis ſcarioſ.ſeminis por
tulace.ſeminis papaueris albi an̄.ʒ.i.confi
ciantur cum mucillagine pſillii.ꝛ dragan
ti ꝛ fiant pillule. aer frigidus ualet multũ
ꝛ potiſſime ſi uenerit propter pectus . Si
autem uenerit propter cauſas extrinſecas.
reducantur per contrarium ꝛ ſi fuerit ꝓp
ter paſſiones membroruꝫ interioruꝫ curẽ
tur prius.ꝛ ita ſedabitur ſitis interim cuꝫ
blandientibus tranſeamus ¶ Intelligen/
dum ꝙ in ſiti mendoſa que prouenit ꝓp
ter humores frigidos multum ualet ſom
nus Et ſi auferatur ſitis propter humores
frigidos purgetur.ꝛ ſi propter morbos cu
rẽtur.ꝛ ſi propter ablationẽ ſenſus .detur
vinum purum aut nectar ꝛ dentur aſſa
ꝛ frixa ꝛ ſalſa ꝛ acuta De remediis autẽ
contra ſitim breuius pertranſeo . propter
ea que dicta ſunt in primo libro ¶ Cla
rificatio. ¶ Intelligendum ꝙ ablatio
ſenſus in ſtomacho poteſt eſſe ſignũ mor
tale ꝛ tamen ablatio ſenſus in aliis parti
bus ut pedibus ꝛc̃. nõ eſſet pro tanto ꝙ
actio ſtomachi ẽ neceſſaria toti corpori ſꝫ
in multis aliis partibus nõ ſic ¶ Ablatio

igitur ſenſus ꝓpter mortificationē uirtu/
tis ſenſitiue in ſtomacho eſt ſignū morta
le in ſe. ¶ Secundo intelligendū ꝙ aqua
frigida ut plurimū per ſe ſupta no ſedat
ſitum quoniam de facili inflāmatur ꝛ cō
uertitur ꝛ oppilat ꝛ non penetrat. quare
oportet aliquid amiſcere ſicut eſt acetum
aut vinū albū in parua quantitate. Et ſi
ſitis eſt propter ſtomachuꝫ ꝙ dentur tria
ſandal. zuccarū roſ. ꝛ ſimilia ¶ Tercio
notandum ꝙ cauſa appetitus ſitis eſt ca. ꝛ
ſicc. ꝛ ſuuꝫ obiectū eſt frigidū ꝛ humidū
ꝛ tamen vinū appetitur cū ſit calidum ꝛ
appetitur ut potus ſedans ſitim. dico ꝙ ui
nū poteſt ſedare ſitim multis modis ꝛ ra
tione actualis frigiditatis ꝛ humiditatis.
ꝛ liquiditatis. ꝛ quia eſt penetratiuū ꝛ ꝙ
comuniter ꝯmiſcetur cum aqua ꝛ ratio
ne delectationis confortat digeſtiuam re
ſtaura ꝛ nutrit bene igitur appetitur vi
nū in ratione potus cum multas habeat
uias ſedandi ſitim

¶ Capitulum ſeptimū de eructuatione.

ERuctuatio eſt uentoſitas fumo
ſa ex indigeſtione ſtomachi pro
curata ad ſuperiora oris proiecta
virtute expulſiua ſtomachi cōfortata. In
telligendū etiam circa iſtaꝫ materiā ꝙ uē
toſitas generatur a calore debili reſoluēte
materiā in uaporē non potente tamē cō/
ſumere. Nunc autem iſte uapor uentoſus
ſic generatus aut expellit̄ ꝑ ſuperiora aut
per inferiora aut remanet in medio. ſi ꝑ
ſuperiora cauſat eructuationem. ſi per infe
riora ꝛ cum ſonitu cauſat peditū ꝛ ſine
ſonitu cauſat trullam. Si autem remanet
in medio ꝛ uentoſitas ſit iuncta cum hu
miditate cauſat rugitū. ſi nō cauſat torſio
nes ꝛ ſimilia ſm ꝙ uētoſitas uadit ꝑ lo/
ca ampla uł ſtricta. ꝛ ſecundū ꝙ eſt groſ
ſa uel ſubtilis ſecundū hoc diuerſas facit
melodias ꝛ proportiones armonicas ſicut
dixit princeps medicorū G. vi. de morbo

¶ Cauſa ¶ Eructuatio aut prouenit
ab exterioribus aut ab interioribus. ſi ab
exterioribus hoc eſt aut ꝓpter nimiū ca/
lorē aut frigus aut inordinationē cibi &
potus. aut ꝓpter nimiā cibi ꝛ potus quan
titatē. aut ꝓpter qualitatē ſicut ſunt legu
mina ſicut fabe ꝛ ſimilia. aut ſicut radi/
ces ſicut rafanus rapa paſtinaca ꝛ ſimilia.
aut ſicut ſunt dulcia groſſa ſicut ſunt vi/
na noua dulcia ꝛ ſimilia aut quia ſomnus
nō fuit completus ꝛ breuiter ꝓpter omīa
illa que digeſtionē impediunt Si ab inte
rioribus hoc eſt duobus modis. aut ꝓpter
ſtomachū aut ꝓpter alia mēbra ſicut ſunt
egritudines epatis aut uenarū meſeraicaꝝ
ꝛ ita de aliis que virtutem digeſtiuā ipe/
diunt Si ꝓpter ſtomachū hoc erit aut ꝓp
ter malā coplexioneꝫ aut ꝓpter malos hu
mores exiſtentes in ſtomacho. ſi ꝓpter
malā ꝯplexionē tūc aut quia nimis ē caſa
aut nimis fr̄a Si ꝓpter hūores aut ꝙ coſi
ci aut ꝙ flatici aut ꝙ meſici ꝛ ita breui
ter de aliis omnibus que uirtutē ſtomachī
digeſtiuā corrūpere poſſunt ꝛ ſm diuerſi
tatē cauſarū diuerſe ſpecies corruptionuꝫ
generantur Et ita ē quedā ſpecies eructu
ationis fetida quedā fumoſa ꝛ quedā ab/
hoīabilis ſicut ē odor piſciū corruptoꝝ aut
ouoꝝ frixoꝝ aut carniū rancidaꝝ ꝛ ſic de
aliis ſaporibus inoīatis aut ſicut ſunt ſapo
res frequentius noīati ſicut eſt ſapor aceto
ſus aut fumoſus Species igitur eructuatio
nis ſunt multe ualde ſm diuerſitatē cor/
ruptionū ꝛ ꝙ corruptio prime digeſtiōis
raro aut nūq̄ pōt rectificari per digeſtioēs
ſequentes ideo cū maiora cautela tranſeū/
dū eſt ¶ Signa ¶ Si aūt eructua° fu
moſa expulſio ꝛ indigeſtio prouenit ꝓpē
cauſas extriſecas ſatis pōt ſciri. per iudicia
ſi medicus vult eſſe diligens Iuxta illud
Damaſceni. nec ſuper oīa pudeat te patiē
tē interrogare Si aūt uenerit ꝓpter cauſas
intrinſecas ꝛ fuerit ꝓpter paſſiones alioꝝ
mēbroꝝ ſatis manifeſtabitur ex illis. Et

ſi uenerit ꝓpter ſtomachū tunc aut ē ꝓ
ter cām ca. aut ſram . z ſi ꝓpter cām cau
dā ſentitur calor in ore ſiccitas z ariditas
Et ſi fuerit colera ſentitur amaritudo cū
quadā anguſtia z inquietudine z pōt ſci
ri per viam experimenti per hunc modū
ſeruetur paciens in temperata dieta ꝑ ali/
quos dies quo ad quātitatē z qualitatē z
poſtea detur panis ordei cū aqua . z nihil
amplius comedat in illa menſa . z ꝙ de
iſtis accipiat in temperata quantitate tūc
ſi ſentiat eructuationes proculdubio cā ē
calida que conuertit materiā in uaporem
Si aūt ſentiat eructuationē acetoſa; cū hu
miditate z ſaliua multa tunc ē ex ſl'ate .
Et ſi cū ſiccitate z ſtipticitate tūc ē ex me
lancolia z per uiā experimenti poſſumus
ſcire per hunc modū . dentur cibaria ca'a
cū temperamento . ſicut ē menta origanū
aū . z cū hoc regimen tēperatū preceſſerit
aliquibus diebus tunc ſi cum hoc ſentiat
eructuationes proculdubio extrinſecis ex
cluſis ex mala cōplexione frigida ꝓcedit.
Si aūt appareat humor fetidus ex corrup
tione z putrefactione humoꝝ prouenit.
Sed fetidus acutus fumoſus pungitiuus
atteſtatur ſupra hūores ca'os ſed rancidus
z abominabilis z inominatus ſup̄ melan
colicos ſed acris z ſicut piſces corrupti &
oua corrupta ſupra ſl'aticos z in iſtis ſa/
poribus extraneis z inōiatis oportet habe
re magnā coniecturā iuxta naturā parti/
culariū que concurrunt z que ꝓceſſerunt.
quare oportet medicū eſſe vigilaturū . oīa
enī certis litteris denotari nō poſſunt ſm
G. in de inge. Signa igit̄ particularia idu
ſtrie medici derelinquantur ❡ Pronoſ
ticatio ❡ Eructuatio vna uel due cū al
leuiatione bonū ſignū eſt z ꝙ natura ſit
fortis in expellendo z eſt quaſi quedā cri
ſis particularis . Et ideo uentoſitates ſiue
ſint naturales ſiue ſinthomatice nl'la via
nullo modo ſunt retinende nec rōne loci
nec rōne perſone . Immo poſtq̄ generate
ſunt medicus tenetur illos expellere cum
temperamento uel ſuperius uel inferius.
z ideo ubi opꝛtet eructuationes tempera
te ſunt prouocande Si aūt eructuationes
fuerint multe z frequētes nō poſſunt eſſe
bone imo ſunt ſinthomatice z ſunt ma
le in rōne ſigni ꝙ corruptionē digeſtiōis
ſignificant z male ſunt in ratione cauſe.
ꝙ digeſtionē iterū corrupunt cū cōmo/
ueant digeſtiuā cū ipſa uigeat per quietē;.
eructuatio igitur frequens z nimia mala
❡ Curatio ❡ Si fuerit ꝓpter dietā rec
tificetur . ſi ꝓpter paſſiones alioꝝ mēbroꝝ
curentur . Si ꝓpter ſtomachū uigilandū ē
ſi igitur fuerit mala cōplexio ſtomachi ca
lida . alteretur cū ſiropo ro . uiolaꝝ . nenufa
re . z ex his fiat empl'm ſupra ſtomachū.
ſicut ſunt ro . ſandal . z ſiſia . z ſi eſſet cole
ra purgetur cū mirobalꝝ . citri . z caſſiafi . z
aliis ſ'ris ſicut oꝫ in vi . rebus nō naturali
bus applicentur Si aūt cauſa fuerit frigida
detꝝ caſtoꝝ . cū aceto ſquillitico z admini/
ſtretur ruta . z origanū . calamentū . z aū .
maratrū . z ſpinargi . coſtus z ameos . z ſi/
ſeꝝ . z ex his uel iſtis fiat ſiropus aut cōdi/
tū aut el'm . aut oleū aut vngentū z ſimi/
lia z applicentur uel ab extra uel ab intus
z dentur iſta eti'a . ſ . dyatrion . pipereon .
dyani . dyacimi . dyagalanga . dyazinz . &
ſimilia z ſi cā eſt materialis purgetur ſm
cōuenientiā hu . z ſi fuerit ſl'a ſicut miro
balꝝ . Kebuli . z aloe paratis ſicut oportꝫ z
ſi ex mel'ia purgetur cū mirobalꝝ . indi . z
lapi . lazuli . paratis ſicut oꝫ deinde fiat ſtu
pha z bal . z exibeatur tiriaca z iiungatur
dieta ſicut oꝫ in vi . rebus nō naturalibus.
fiat igitur ante cibū exerciciū forte z ita
de aliis z breuiter loquendo magna pars
curationis ē bonitas regiminis ❡ Clari
ficatio ❡ Intelligendū ꝙ eructuatio
ſm aliquē modū conſiderādi pōt eſſe mo
tus naturalis Si enī ſit modica z cū alleui
atione tunc ē bonū pro tanto ꝙ aliquan
ter grauitatem cibi z ponderoſitatem aut
propter mordicationem ſicut in cepis &
porris .aut propter uentoſitatem ſicut in
fungis .aut propter uelocitatem corruptio
nis ſicut in lacte .aut uehementia ſubtili
tatis.aut earum humiditatem lubricanté
z uiſcoſitatem.aut que uelociter mouetur
ſuper cibum . aut propter multitudinem
aque ſuper cibum.aut quia cibus inuenit
corpus paratum utpote plenum humori/
bus colericis acutis. aut fleumaticis lubricã
tibus .aut quia cibus eſt parui nutrimen/
ti ſicut olera.aut quia cibus lubricus preceſ
ſit z ſecutus eſt ſtipticus . aut quia ſequi/
tur cibus uelocis corruptionis poſt cibum.
z corrumpit ſe z alium z egreditur to/
tum uelociter ſicut forte ſunt perſica.

¶ Capitulum ſeptimum de fluxu uentris
propter aerem. ¶ Laxat enim ventrem
ventus auſtralis z regio meridionalis &
uentoſitas corrumpens digeſtiuam

¶ Capitulum octauũ de fluxu uentris in
balbucié tibus z traulis ¶ Illi qui habent
totũ corpus humidũ z cerebrũ z linguam
ſicut ſunt trauli z bleſi z litteras corrũpé
tes ꝑpter nimiã hũiditaté. tales inq̃ de fa
cili incurrunt fluxũ uentris ¶ Capitulũ
nonũ de fluxu uentris ꝑpter diſpoſitiões
naturales Illi enĩ qui habent uentré laxũ
in iuuẽtute habent ut plurimũ ſiccũ in ſe
nectute z econuerſo. quia tres ſunt cauſe
laxitatis z tres conſtipationis cõparando
ad etates in qua licet falli in vno caſu &
iõ dr̃ ut plurimũ ¶ Capitulũ decimuꝫ
de fluxu ventris ꝑpter totũ corpus Et ꝓ
uenit ſicut in bona criſi z laudabili cuius
virtus eius expulſiua expellit nociua Aliũ
eſt ꝑpter malã criſim z ſinthomata. q̃m

natura ĩpellit hũores cũ omni ĩpotentia ꝙ
cõtentiua continere nõ põt duo ꝑpter ſũ/
mã debilitaté virtutis cõtentiue ut in ap/
proximãtibus ad morté z ĩ ptiſi. z in fe.
mortalibus . z prouenit ꝑpter nimiã crapu
lã z expulſioné cibi z potus. z ꝑpter reté
tioné alicuius conſueti euacuari aut ꝑpter
mutillationé alicuiuſ mébri. aut ꝙ modi
ca fit reſolutio a corpore.aut ꝑpter puitaté
exercicii.aut ꝑpter colicã paſſioné qui au
té plus de iſta materia ſciř uoluerit uadat
ad librũ nrm de pronoſticatione ¶ Capi
tulũ xi. de ꝓnoſticatiõe in fluxu uentris
Cũ ſcientia pronoſtice ꝑcedat ſciãm cura/
tionis iõ de pronoſticis primo uideamus
Primo igiť intelligendũ ꝙ nullus fluxus
creticus é reſtringendus ꝙ cognoſcitur ꝙ
confert z bene ferunt q̃m ſi reſtringatur
é periculũ mortis z iõ cõiter z ut plurimũ
nõ debet reſtringi fluxus uentris niſi uſq̃
ad tres dies ¶ Signa auteꝫ mortalia ſunt
iſta ois fluxus uentris qui uenit ſubito z
repente poſt longã egritudiné é mortale.
Ois fluxus cũ admixione ſanguinis poſt
ydrop. é mortale ꝙ ex hoc aquoſitas nõ
expellitur Qui habet diſinteriã z appareat
poſt auré eius ſiniſtrã res nigra ſiſis oro/
bo z cũ hoc é ſitis uehemens morietur in
xx. die z nõ euadet Qui habet ſolutioné
uentris melancolicã groſſã nõ ſanatur Ois
fluxus uentris qui é primo ſicut aqua &
poſtea ſicut vngentũ é malus. Ois fluxus
uentris qui aduenit poſt ulcus melãcolicũ
é mortale ꝙ cancrũ putrefactũ ſignificat
Et ois fluxus q é i fine fe. é mortale dato
ꝙ eſſet melancolica. Ois fluxus melancoli
cus ex illo .ſ. qui poſitus ſupra terrã ebulit
z habet odoré acetoſũ é mortale licet vir
tus ſit fortis ex aliis aũt ſpeciebus nõ ſic.
Ois fluxus ulceratiuus perforans inteſtina
ut plurimũ eſt mortale. Fluxus uentris
propter ulcera inteſtinorum & maxime
ſuperiorum ut plurimum eſt incurabilis
propter multitudineꝫ uenarũ meſeraicarũ

¶ Capitulum.xii. de fluxus uentris cura/
tione in generali. ¶ Intelligendum igitur
primo ꝙ in omni fluxu uentris ualet uo/
mitus niſi eſſet propter ulcera ſtomaci qa
diuertit materiam ad oppoſitũ et ſomnus
eſt multum iuuatiuus preter quã in fluxu
uentris a capite per uiam reumatiſmi ex/
pertum eſt de uentoſa ſi ponatur ſupra uẽ
trez et ſtet ibi per quatuor horas quod ua/
let. De cibis que competunt ſunt uitella
ouorum coctorum in aceto cum teſta ſua
Competit etiam lac bulitum et ꝙ lapides
fluuiales candẽtes ſint poſiti. Et ſimiliter
ualet coagulum leporis et edi et caſeus re/
cens ſine ſale et antiquus etiã dum fuerit
bulitus in multis aquis dulcibus donec ſal
ſedo receſſerit et naſturciũ agreſte integrũ
torrefactum et cum lacte decoctum et ſi
militer fiat de milio et fabe cocte in ace/
to et lentes cocte i duabus aquis et poſtea
cũ aceto et panis azimus .et panis paſtatus
cum aceto et aqua pluuiali qa penetrat ad
epar et quia eſt facilis reſolutionis ſicut di
cit Auic.et confert adeps renum caprarũ
et omnia uolatilia magna ſeu parua uſua/
lia preter quã degẽtia in aquis et piſces co
cti in aceto .et dicit Auic ꝙ fructus dñt
uitari etiaz ſtiptici niſi eſſet propter ſtoma
cum et non multiplicentur diuerſi cibi in
eadem menſa. ¶ Nunc aũt intelligenduz
eſt ꝙ ſi fluxus uentris fuerit ex cauſis cali
dis et calor et fe.concomitentur tunc de/
bent dari medicamina ſtiptica frigida q̃re
oportet illa ponere tam ſimplicia q̃ cõpoſi
ta.Compoſita autem ſunt iſta zuccaruz ro
ſatuz factum cũ roſis ſiccis triaſandal' dya
codion carnes citoniorum conditorum cũ
zuccaro ſine ſpeciebus rubea trociſcata et ſi
milia. Simplicia autem ſunt iſta .ſ.galla
ſumac pſidie balauſtie berberis ſemen cito
niorum acatia ſucus plantaginis et corian
dri ypoquiſti.burſa paſtoris roſe rubee ſic
ce terra ſigillata bolus armenus .chimolea
ſpodiũ.ſemen acetoſelle et portulace et ſu
cus barbe yrcine camphora .fructus autez
ſtiptici ſatis ſunt omnibus noti .quare nõ
pono ex iſtis unum uel multa ponere in/
terius uel exterius ſuperius uel inferius in
duſtrie medici relinquatur. ¶ Si aũt flux
us fuerit ex cauſis frigidis tunc oportet ca
lida ſtiptica amminiſtrare .Iſtorum autez
quedam ſunt compoſita quedaz ſimplicia
et pͥmo de ſimplicibus uideamus ſicut ſũt
nuces muſ.poma cipreſſi z folia eius thus
mirra maſtix laudanum ſtorax calamen/
tum ambra reupõtici cinũ aſſum azarum
aniſum aſſum amos. Compoſita ſũt iſta
dyaoliba.tyriaca et ſimilia utatur iſtis me
dicinis iuxta conuenientiã particularium.
Si aũt fluxus uentris uenerit propter ſto/
macũ et humores calidi ſunt in cauſa .tũc
euacuetur colera in eſtate per uomitum et
dentur frigida ſtiptica ſicut coriandrum z
acatia et ypoquiſtidos et ſimilia dicta ſu/
perius cũ ponebantur curationes uniuerſa
les et ſicut uinum album competit ſtoma
co ita groſſum iuuat inteſtina et minorẽ
potus aque. et iſtis medicaminibus poteſt
uti ab intus et ab extra uel in conditis aut
potionibus aut electuariis aut pillulis et ſi
milibus iuxta induſtriã medici et conue/
nientiã particulariuz. Et ſi materia fuerit
flegmatica purgetur in yeme per inferio/
ra cum medicinis uel criſteriis et dentͤ ca/
lida ſtiptica ſicut eſt aurea alexandrina ty
riaca et dyaolibanum et aniſum aſſum et
auellane aſſe caſtanee aſſe et frixe et fugiat
aquã et utatur uino antiquo puro fortiſſi/
mo ſed in parua quantitate et utatur me/
dicaminibus intus uł extra uel utroqꝫ mo
do iuxta conuenientiam particularium
Emplaſtrum confortans ſtomacũ frigidũ
℞.ſe. lini aſſi cini aſſi dactilo.nucis muſ.
pomorum cipreſſi maſticis thuris laudani
mente ſicce rute ſicce aſarebaccare añ.ʒ.i.
conficiantur cuz oleo ro.et cera ꝙ ſufficit.
et modico picis naual' et fiat emplaſtrum
Poſſet etiam fieri remoto oleo et cera et

pice conditum cum melle ro. aut zuccaro.
et ꝙ utatur eo mane et ſero. et ſimiliter d̃
frigidis poterunt ſimilia fieri quando cau/
ſa eſt calida uel ſirupi uel trociſci uel mul/
ta conſimilia. Et eſt ulterius intelligendú
in fluxu uentris propter ſtomacú et inte/
ſtina qui é cum lubricitate humida quaſi
ſi eſſet cibus crudus ſicut dicitur in liente/
ria ꝙ tunc accidit propter coleram mordi
cantem aut flegma lubricans et túc ſanuz
conſilium é ꝙ ſi colera ſit in cauſa ꝙ tem
peretur epar et ciſtim fellis et etiam euacu
etur colera cum miroballanis citrinis quia
euacuando conſtringunt. et ſi flegma ſit í
cauſa ꝙ euacuetur cum mirobal. Kebulis
In cauſa autem calida utatur iſto electua
rio. ℞. triaſan. dyacodion dyadrag. frigi
di. añ. lib. ß. miſceantur. In cauſa auté fri
gida utatur iſto electuario. ℞. dyatrió.
piperció dyamérte dyambre añ. ℥. iiii. miſ
ceantur uel fiat iſtud tale. ℞. aniſi cimini
maratri ſe. rute ameos zinzi. añ. ʒ. i. aſſené
et in aceto fortiſſimo extinguantur tunc
℞. gariofal. piperis lon. nu. muſ. pomorú
et foliorú cipreſſi ſtoracis calami ligni al.
blacte biſaucie cardamomi cala. aro. ciperi
añ. ℥. ß. alipte muſcate. ℥. ii. Et ſi diues fu
erit addatur ambre griſee. ℥. i. zuccari ꝙ
ſufficit et fiat electuariú et é ualde precio
ſum in fluxu uentris lubrificatio propter
cauſam frigidam corpore mundificato. ⁊
ſi fuerit pauper utatur méta abſinthio thu
re et ſimilibus.

¶ Capitulum. xiii. de fluxu uentris ꝓpter
oppilationem epatis et meſaicarú uenarú

Tunc ſumme nocet dare ſtiptica ſed aperi
entia et deoppilatia. et hec eſt cura q̃ fre/
quenter deludit medicos et licet ſigna ſint
poſita nihilominus iterum repetamus ꝓp
ter occultationé huius cáe. iſte fluxus plus
uenit de nocte q̃ de die et é cú multis co
loribus et grauedine partis dextre. et ſine
dolore et é peryodalis. Imo ſtat aliquan
do per. xx. dies et bonú pacienti in tépore

medio ꝙ ſit curatus et q̃to plus dant ſtip
tica tanto plus augmentatur. et ideo itelli
gendum eſt ꝙ fluxus propter oppilationé
epatis et uenarú é chiloſus propter hoc ꝙ
ſtomacus non patitur ⁊ ideo ſtat ibi cibus
tribus horis uel plus donec ſit digeſtus et
poſtea cum uadit non pót penetrare prop
ter oppilationes et ideo deſcendit inferius
uelociter et quia ieiunú et alia iteſtina ha/
bent quandá uirtutem ſignatá ſm Galie.
in de iuuamentis. ideo fluxui chiloſo ali
qua portio ſanguinis erit ámixta. Curet
igitur cú deoppilatiuis et cú his que trahút
ad partem oppoſitaz ſicut é uomitus. fiat
igitur ante cibú et poſt cú ſe. atriplicis aut
rafani aut cú oleo et aqua calida et ſi non
poteſt ex his euomere dentur ſucus medi
ane corticis ſambuci uſq; ad. ℥. i. uel. ß. per
ſe uel cum ouo ſorbili. deinde fiant frica
tiones laterú uentris et ſpine dorſi quaſi ſi
ne interpolatione cú panno aſpero uel cum
uino albo et oleo de camomilla. uel cum
iſto unguento. ℞. pulpe corticú capparis
ſcolopendrie ſpice nardi ſpice celtice ſqui/
nanti capillo. ue. re. ſe. endiuie ſe. ſcario. ſe.
melo. polii mótani lupinorú fenugreci ab
ſinthii camedre añ. ℥. i. armoiaci lacce ma
ſticis añ. ℥. i. temperentur iſta tria in uino
ut reſoluantur et omnia ſimul piſtata buli
ant in oleo de camomilla et coletur et ad
datur cera et oleum et fiat unguentú. dein
de fiat talis potio qua utatur mane et ſero
qualibet uice uſq; ad. ℥. ii. ℞. radicú feni.
petroſi. bruſti. ſparagi graminis mediane.
corticú ebuli et ſambuci añ. ℈. i. temperé
tur per diem et nocté in aceto fortiſſimo
tunc. ℞. capillorum ueneris re. ℈. iii. lu/
pul. ſcolopendrie abſinthii centauree came
pi. añ. ℈. i. lacce aſari calami aro. ſpice nar
di cortice capparis añ. ℥. ii. mellis et zucca.
añ. lib. i. fiát ſirupi lib. ii. et. ß. et utatur eo
cum brodio. Regimen huius fluxus cum
cibis. Comedat in die frequenter et parú
et non potet inter duas comeſtiones et pa

nis ſit de tritico cum furfure ſuo et ſit be/
ne coctus et bene fermentatus et cũ tem/
perata quantitate ſalis et accipiat quanto
minus poterit quia triticum oppilat. uinũ
ſit clarum ſubtile forte antiquum .utatur
brodio cicerum et caulium et utatur feni
culo ſparago petroſilio ꝛc. Carnes ſint q̃to
plus poterit uolatilia uſualia preter quã il
la que degunt in aquis et poteſt uti carni/
bus edulinis et extremitatibus animalium
utatur piſcibus ſquamoſis de aquis mũdis
et ouis ſorbilibus. balneetur ante cibum in
balneo ubi ſit camomilla ꝛ melilotũ et ex
eunte a balneo qualibet uice accipiat tyria
ce.ʒ.ii. Aduertendum enim diligenter ꝙ
digeſtiua celebretur bene in ſtomaco mul
tum iuuat ad hoc paruitas cibi et potus
Item notandum ꝙ ſi fuerit propter cole/
ram utatur diur̃. frigidis et aliquando cali
dis iuxta contrarietatẽ earũ. Et intelligen
dum etiam ꝙ diuerſimode eſt operandũ
ſm̃ diuerſitatem accidentiũ ſuperuenienti
um ſicut eſt febris tuſſis et ſimilia que me
dicanda ſunt quãtũ ẽ poſſibile

¶De tuſſi in fluxu uentris .Si igitur tuſ
ſis ſuperueniat dimittantur nimis ſtiptica
et acetoſa. Spodium ẽ plus propter fluxuꝫ
ſanguinis narium et ſemina aſſa ꝓpter ſto
macũ et pſiliũ et arnogloſſa propter ſitim
et puncturam. et quidam ſupponunt ſibi
aliquando opium et mortui ſunt non ac/
cipias acetoſa nociua et ſalſa nec acuta et
caules cocti in duabus aquis. Competunt
et lepores et cuniculi inebriatio multũ cõ
petit quia facit cibum penetrare et facit ſu
dare et facit uomituꝫ .Si autem appetitus
ſit fortis ꝛ digeſtiua debilis dentur carnes
aſſe frixe cuꝫ cinamomo puluerizato et ua
let ſirupus de citoniis et ſimilia. ¶Capi
tulũ.xiiii. de cura fluxus uirulenti ſiue cũ
excoriatione ſiue ſine. Si fuerit ſine exco/
riatione tunc aliquãdo uenit a toto corpe
aliquãdo a ſtomaco aliquãdo ab epate ali/
quando ab inteſtinis .Corpore igitur mũ
dificato iuxta conueniẽtiã particulariũ. ſi
fuerit propter membra ſuperiora dẽt me
dicina per os .ſi propter inferiora fiat cri
ſtere. ſi i mediis fiat utrunq; .℞. igitur ca
rabe coralli albi et ru. om. ſãdal. ſe. canapi
ſe. acetoſe aluminis margaritaruꝫ ãn̄.℥.ſ.
mell. ro. ꝙ ſufficit et fiat conditũ. Si autẽ
fuerit propter uiciũ inferiorũ fiat criſtere.
℞. ſuci plantaginis ſuci barbe yrcine ãn̄.
℥.iii. acatie gallaꝝ boli ar. balauſtie ſumac
ãn̄.℥.ii. adipis renũ caprarũ.℥.i. decoquã/
tur in aqua pluuiali et fiat criſtere. Si autẽ
fuerit cũ excoriatione tũc intelligenduꝫ ꝙ
medicīe ſtiptice competũt maxime cũ cõ
glutinatiuis. ſed quando ẽ corroſio indige
mus partim abſterſiuis et fortaſſe cauteri
zatiuis Secũdo intelligendũ ꝙ ſi uenerit
propter inteſtina ſuperiora dentur iſta per
os ꝛc̃. Et ſi indigemus purgatione nõ fiat
niſi cũ mirobal. paratis ſicut oportet. De
cibis autẽ competit eis dare lac bulitũ ubi
ceciderint lapides fluuiales cãdẽtes et epar
galline pinguis et oua et teſticuli galloruꝫ
et pedes cocti in aqua dulci et panis de ſi
mula uergens ad azimitatẽ et rizũ aſſuꝫ et
ſi indigeat ſale et ſalgẽma aſſũ non bibat
uinum in cã calida ſed in frigida bibat pa
rum et ſit groſſũ nigrũ ſtipticũ et ualẽt pi
ſces aſſi re. ca. et ea que competũt ex ſui ꝓ
prietate ſicut docet Auic̃ ẽ reubarbarũ aſ
ſum cũ ſuco plantaginis. Medicine aũt q̃
multũ competũt ſunt glandines aſſe et ſe.
ro. terra ſigillata bolus ar. portulaca et ſu/
cus eius et ſe. et ita ẽ de plãtagin. et coagu
lũ leporis et caſeus ſine ſale aut ꝙ ſal aufe
ratur. Et ſi ulceratio eſſet propter medici
nã tũc fiat criſtere cũ butiro in magna q̃/
titate et ſanguine dra. parũ et competit pa
nis bis coctus et puluerizatus et ꝙ puluis
miſceatur cũ aqua et ualent galle et acatia
et ſumac. adeps aũt caprarum ualet in ſeda
tione dolorum ſi iniciatur per criſtere .Si
autem appareat ſanies .mundificetur cum
aqua mellis aut cum aqua piſcium ſalſorũ

aut cum aqua oliuarum ſaltarum et ſi eſt
magnus dolor detur ſucus cucur. portulacꝗ
plantaginis uirge paſtoris et addatur galla
ſumac balauſtia. Si autem uelimus caute
rizare fiat ſic Accipiať mirra thus et cro
cus ſandaraca alumen ſtorax opium caſto
reum licium carta combuſta ſanguis dra
conis cornu cerui combuſtuꝫ chimolea lu
tum arme. Et ſi eſt dolor nimius poſſu
mus facere criſteria cum adipibus ubi ſit
opium et alia narcotica mucillago pſilium
altea ſemen lini multum ualet. Nunc au
tem medicus qui cognoſcit morbuꝫ et ha
bet notíticiaꝫ materialiũ poteſt eis uti mo
do exterius modo interius modo ſuperiꝰ
modo inferius et ſic de aliis et poteſt con
ficere ſirupos aut electuaria aut cõdita. aut
trociſcos aut criſteria aut emplaſtra aut un
guenta aut balnea et multa conſimilia.

¶ Capitulum. xv. de cura fluxus propter
ſplenem. ¶ Purgetur humor melancolicus
cum decoctione epithimi foliis ſene. mi
robal. indis uel dyaſene et dyabor. et mo
dica portione yerepi. et poſtea utatur iſto
condito. ℞. zedoař. Karabe ſpodii aſari be
en ru. rute rizi añ. ℥. i. aſſentur et mel. roſ.
fiat conditum. ¶ Capitulum. xvi. de cu
ra fluxus uentris propter multitudineꝫ ci
bi et potus. Tunc enim competit ratione
crapule fames et abſtinentia poſtea dentur
ſtomaci confortatiua ſicut ſunt pira citoĩa
uue paſſe et ſimilia. ¶ Capitulum. xvii. đ
cura fluxus uentris propter reuma. Et tũc
cura poſita eſt ſuperius ca° de reumate ſci
licet ꝙ reuma reſtringatur et ꝙ cerebrum
confortetur et materia cum temperamen
to ingroſſetur et ꝙ fiant fricationes in ca
pite olea et unguenta et emplaſtra et ea ꝗ̀
dicta ſunt et finaliter cauteriuꝫ. unde ſtip
tica uentris non competunt ſecundũ Aui
cennam ſed potius uomitus propter illud
quod aggregatuꝫ ẽ. unde tota cura cõſiſtit
in curatione reumatis et catarri.

¶ Capitulum. xviii. de cura fluxus uen
tris in ethicis et ptiſicis et conſumptis. Et
licet approximentur morti tamen bonum
eſt uitam prolongare quantum eſt poſſibi
le. Sumatur igitur drag. aſſum et gummi
arabicum aſſum ſpodium ꝛ mucillago pſi
lium coralla aſſa et lutum arme. terra ſigil
lata camphora et ſucus liquiritie. et fiant
trociſci et exhibeantur et trociſci de cam
phora et ſpodio conferunt ¶ Capitulum
decimumnonuꝫ de cura fluxus propter ni
miam repletõnem totius corporis. Et tũc
cõpetit flebothomia fricationes et balnea
et in balneo ponatur camomilla melilotũ
et ſimilia. ¶ Capitulum uiceſimum de cu
ra fluxus cretici. Et eſt cura ꝙ nõ reſtrin
gatur. et ſi nimis excederet ꝙ detur coriã
drum preparatum et ea que dicta ſunt in
confortatione ſtomaci cum ſtipticis et po
tiſſime frigidis ratione fe.. ¶ Capitulum
uiceſimum primum de curatõne tenaſmõ
Si fuerit tenaſmon tunc aut eſt propter fe
ces duras aut propter humores calidos aut
frigidos imbibitos in longaone. aut ꝓpter
apoſtema aut emorroydas et ſimilia. Si
fuerit propter feces mollificetur uenter ab
extra cum emplaſtris factis de malua et
biſmalua mercuriali et oleo uiolato et cuꝫ
ſirupo uioľ. per os et inferius per criſtere
cum iſtis eiſdem. et ſi eſſet humor calidus
addatur caſſiafiſtula tamarindi pruna et ſi
milia. et ſi eſſet dolor nimius de cauſa ca
lida apponantur frigida narcotica ſicut opi
um iuſquiamum mandragora et ſimilia.
et filtrum blauum intinctum et bulitum
in aceto et expreſſum et ante et retro de
ſuper appoſitum multum ualet. Et ſi fue
rit frigida apponantur euaporatiua cũ fur
fure et uino aut cimino aut ſale et milio.
aut fiat ſuffumigatio cum furfure et ſimi
libus. Balnea igitur et ſuffumigationes et
encatiſma frigida ualent in cauſis calidis
et frigidis et ſimilia. et ſi ibi ſit apoſtema
curetur ſicut apoſtema debet curari. et ita
de aliis cauſis ¶ Capitulum. xxii. de cura

fluxus uentris propter colicam. Et non ẽ
melior uia niſi ꝙ curetur colica et ita cura
bitur fluxus.

¶De yliaca paſſione

YLiaca paſſio ẽ inteſtinorum gracili
um cum conſtipatione uẽtris et fre
quenti uomitu et dolore uehemẽti
tanq̃ ſi inteſtina perforarentur terebello
Intelligendum ꝙ colica et yliaca conueni
unt in cauſis et ſignis et pronoſticatione z
curatione et tamẽ differunt primo quoni
am yliaca eſt maior et citius interficit ꝓp
ter ſenſibilitatem inteſtinorum . Secundo
differunt quoniã in yliaca dolor ẽ magis
deambulatiuus uerſus dextrum et ſiniſtrũ
Tertio differunt quoniam yliaca prouenit
magis ab aere peſtilentiali. Quarto quoni
am yliaca eſt magis ab umbilico ſuperius
Quinto quoniam ſicut colica magis reme
diatur criſteriis ita iliaca ex his que ingre/
diuntur per ſuperiora . Ex alia parte iſta
differunt a dolore renum quoniam dolor
renum magis eſt fixus et in uno loco qui
etus et cum hoc dolor maior çirca poſteri
ora et anchas et crura et cum hoc paruz al
leuiatur cum criſteri ſicut iuuatur colica z
diſcernitur per ea que apparent in urina
¶CAVSE . Cauſe iſtorum aut ſunt ex
trinſece aut intrinſece. Extrinſice ſicut ni/
mius potus aque frigide aut ciborum groſ
ſorum uentoſorũ ſtipticorum ſicut caſeus
durus aut cõchilia aut carnes bouine ãtiq̃
aut legumina aut fungi .aut neſpila ſorbe
pira cotana et ſimilia et breuiter omnia q̃
cohartant et corrugant et oppilant inteſti/
na .fit etiam ex caſu et ruptura . Si ab in
tus aut hoc eſt propter inteſtina aut propẽ
alia membra. ſi propter alia membra hoc
eſt propter apoſtema epatis aut meſaicarũ
aut propter apoſtema renum aut ueſice. Si
uenerit propter inteſtina hoc eſt ꝓpter ſex
cauſas. prima propter apoſtema calidũ yli
orum uel frigidum. ſcḋa cã ẽ hu. frigidus
inuiſcatus .tertia cauſa eſt debilitas uirtutꝭ
ſenſitiue inteſtinorum et debilitas expulſi
ue .quarta cauſa eſt uentoſitas groſſa iclusa
quinta cauſa ẽ fex indurata in inteſtinis.
ſexta cauſa eſt uermes inuoluti in inteſti/
nis et breuiter omne illud quod claudit z
conſtringit et oppilat iteſtina .et ſi alie cãe
ſint ad iſtas poſſunt reduci .Cauſe primi/
tiue diſcernuntur ex iudicio et cauſe alioꝝ
membrorum diſcernuntur per dolores lo
corum et per ea que egrediuntur a corpoꝛ
Signa autem apoſtematis illorum ſũt iſta
ſcilicet calor dolor ſitis grauitas et potiſſi/
me eſt calor .Et ſi apoſtema eſt frigidum
omnia ſunt remiſſa .et cum inflatione et
mollicie et quia preceſſerunt cibaria frigi/
da et humida ſicut ſũt lac et piſces fructꝰ
et ſimilia olera. Si fuerit ex fecibus indu
ratis eſt dolor grauis et uidetur ſibi ꝙ ſcin
dantur inteſtina .et ſi fuerit ex uentoſita/
te mutatur dolor de loco ad locum cum
torſione et rugitu et uidetᷓ ſibi ꝙ acus ſint
incluſe in inteſtinis et ꝙ inteſtina perfo
rentur terebello .et ſi ex flegmate inuiſca
to eſt cum grauitate et frigiditate et quia
preceſſerunt ea que multiplicant flegma z
ratione doloris eſt ibi calor et rubedo et ſi
tis et homines iudicant ꝙ cauſa ſit calida
qḋ non ẽ. Et ſi fuerit ex ruptura tunc pre
ceſſit caſus et percuſſio .et ſi ſit ex uermi/
bus dicentur ſigna in locis ſuis .et ſi fuerit
ex debilitate ſenſus tũc longe egritudines
preceſſerunt ¶PRONOSTICATIO
Iſta paſſio eſt horribilis et deteſtabilis .ex
hoc ꝙ ſtercora emittuntur per ſuperiora z
ſuperueniunt accidentia deteſtabilia iſti e/
gritudini ſicut eſt ſincopis ſpaſmus frigi/
ditas extremitatum deſipiẽtia ſtercus feti
duz per ſuperiora. fetor totius corporis .et
iſta omnia ſunt mortalia et cuz hoc ẽ uo/
mitus continuus .et ſi accidentia minorẽ
tur et medicina ſumpta per os deſcendat
per inferiora bonum ſignuz eſt. CVRA
TIO . Aut enim nos intendimus curaꝛ

accidens aut morbum .et ſi accidens prop
ter eius maliciam fomentemus locum cũ
aqua calida et ponamus euaporatiua facta
de ſale et milio et camomilla et inũgatur
cum aſſungia porcina et gallinacea re. opio
et caſtoreo. Cõtra morbum procedamus
ſic .ſi autem apoſtema ſit calidum fiat fle
bothomia ĩ principio. deinde fiat talis de
coctio. ℞. malue biſmalue mercurial' uio
larũ uolubilis medie añ. ℳ. ii. florum bor
rag. et uiol' .añ. lib. ſ. pruna. lx. fiat deco/
ctio uſ ad lib. i. et. ſ. et in colatura pona
tur oleum uiol'. ℥. iii. mellis. ℥. ſ. mel' caſ
ſiefiſt. ℥. ii. fiat criſtere et cum criſtere ſuã
fecerit operationem accipiatur alia medie
tas criſteris et apponatur ibi oleum amig/
dalarum dulcium. ℥. ii. caſſie fiſtu. munde
℥. i. et. ſ. maſticis dyagridii añ. ʒ. ſ. et iſtd
detur per os .et ſi uideatur medico expedi
re reiterentur deinde accipiantur iſte predi
cte herbe et conterantur fortiter et paſten
tur cum oleo uiola. et apponatur modica q̃
titas ſandal'. et farina ordei et fiat repcuſ/
ſio et fiat emplaſtrum ſupra locum dolo/
roſum. Si autem ſit apoſtema frigidum
tunc accipiantur herbe predicte et addan/
tur iſta. ℞. rute origani calamẽti yſopi ra
dicum lilii .añ. ℳ. i. aniſi maratri ſe. rute.
añ. ℥. ſ. turbit polipodii añ. ℥. ii. fiat deco
ctionis lib. i. et quar. et accipiatur medie
tas et ponatur ſuci blete quarta. i. et ſal gẽ
me. ℥. ii. mellis. ℥. i. olei d ruta. ℥. ii. pulue
ris de yerapi. ℥. i. et fiat criſtere .et in alia
medietate reſoluatur yerapi. ℥. ſ. detur ad
potandum deinde accipiantur herbe predi
cte et addantur iſta ſcilicet camomilla fe
nugrecum ſemen lini et conterantur forti
ter et poſtq̃ bullierit et ante ſimiliter et pa
ſtentur cum oleo de ruta et fiat emplaſtꝫ
et extendatur ſupra uentrem . Si autẽ fu
erit propter humores inuiſcatos tũc detur
ſibi yerapi. cõſtantini acuata cũ aloe et ma
ſtice ſerapi. et caſtoreo . Si autẽ fuerit ꝓp
ter feces induratas tunc fiat criſtere et em

plaſtrum et potio que dicta ſũt in apoſte
mate calido . ſed addatur in criſteri ſapo
mollis iudaycus dictus. Et ſi fuerit ꝓpter
cibaria ſtiptica detur caſſiafiſtu. et manna
reſoluta in uino . Si autem fuerit propter
uenena tunc fiat uomitus cum aqua deco
ctionis turbit rafani et oleo deinde detur
tyriaca .et licet uomitus non conferat in
iſta paſſione tamen ratione ueneni ẽ expe
diens . In yliaca igitur corpore mundifi/
to apponantur reſolutiua cuꝫ caõ. aniſio et
ruta et uino et ſimilibus .et ſi deficiat ali
quid de curatione ſupplebitur caº ſequẽti
de colica CLARIFICATIO. Poſſꝫ
aliquis ſatis rationabiliter dubitare utrum
ſtercora poſſent expelli per ſuperiora et ui
detur ꝙ non quoniã multa ſunt repugnã
tia .primo ex ordine nature qm̃ natura or
dinata et regulata expellit per inferiora et
non per ſuperiora . Scd̃m impedimentum
eſt ꝙ diſtãtia eſt magna ab inteſtinis uſ
ad ſuperiora . Tertium eſt confractus et
tortuoſitas inteſtinorum . Quartum ẽ de
bilitas uirtutis expulſiue inteſtinorum cuꝫ
ſint membra naturaliter debilia et panni/
culoſa. Quintum eſt groſſities fecum que
cum difficultate ad ſuperiora mouentur ꝛ
ideo ex iſtis ĩpedimẽtis non uidetur poſſi
bile ꝙ ſtercora aſcendant ad ſuperiora. Sꝫ
oppoſitum dñt auc. et oppoſitum patet ad
ſenſum quod eſt dignius omni re . Dicẽ
dum ꝙ poſſibile eſt .hoc enim negare nõ
debemus ſed cauſa ẽ magna ualde. ſicut ẽ
fortis oppilatio aut apoſtema et ſimilia.
Cũ enim inteſtina habeant uirtutẽ expel/
lentẽ et motus expulſionis non poſſit ire
uerſus inferiora tunc mouetur uerſus ſupe
riora .ſicut docet Galie. ad litteram ſupra
illum affo. quibuſcun ex ſtranguiria yle
os innaſcitur. et ſupra illum affo. In ileon
uomitus ſingultus ꝛc̃. Et cuꝫ arguitur ꝙ
eſt difficile non tamen impoſſibile cum
uirtus expulſiua incipiat expellere uerſus
ſuperiora.

## De colica paſſione

COlica eſt quedaꝫ paſſio penultimi
inteſtini quod colon appellatur cū
difficultate exitus ſtercoris per in
feriora cum dolore magno et punctura
Circa iſtam materiam eſt intelligendum
ꝙ licet inteſtinum non ſit niſi unum con
cauum nihilominus propter ſui reuolutio
nem et repletiones et ſubtilitatem diuerſa
nomina ſortiūtur ita ꝙ primū appellatur
duodenum .ſcđm ieiunum. tertium lon
guꝫ et gracile ſeu ylia ubi cauſatur yliaca
paſſio. quartum orobus. quintū uocatur
colon et ibi cauſatur colica de qua intendi
mus .ſextū et ultimum uocatur longaon
CAVSE huius paſſionis ſunt multe ſi/
cut dictum ē in ca° de yliaca paſſione ali
qua tñ dicamus . Cauſarū quedā ſunt ex
trinſece ſicut nimius calor aeris deſiccans
feces reſoluendo qđ ē ſubtilius et cuꝫ hoc
nimia frigiditas aeris comprimēdo et cō
ſtringendo et ſm hoc generatur aliquādo
in flatu uenti borealis . cauſatur etiam ex
nimio exercicio et labore nimio et coitu
ſupfluo ⁊ ex fructibus ſtipticis et ex om/
nibus cibis groſſis et indigeſtibilibus diffi
cilis deſcenſus et accidit ex ruptura et cor/
rugatione et relaxatione ſifac et caſu inte/
ſtinorū in burſam teſticulorū et ſimilibus
Si autem uenerit ex cauſis intrinſecis tunc
accidit ex mala complexione calida reſol
uente partes ſubtiliores aut ex nimia frigi
ditate comprimente aut ex nimia ſiccita/
te corrugante aut ex humiditate nō de ſe
ſed de ratione materie inuiſcate . Accidit
etiam ex humoribus calidis exiſtentibus ī
locis uicinis aut imbibitis in ſubſtantia in
teſtinorum aut mixtis cum aliquo humo
re groſſo uiſcoſo et bene eſt rationabile ꝙ
colera in loco uicino inteſtinorum faciat
frequentius ad retentionem q̄ qñ ſubſtan
tialiter ē in inteſtinis quia tunc pungit et
mordicat et ita ſeceſſum prouocat .fit eti
am ex apoſtematibus et fecibus induratꝭ
et ex paſſionibus membrorū interiorum
ſicut ſunt renes et ueſica et omnia illa que
dicta ſunt ſuperius ca° de yliaca ſicut ſūt
uermes et debilitas ſenſus inteſtinoruꝫ et
alia conſimilia ſicut eſt conceptus et uento
ſitas et ſimilia. SIGNA . Aduentus co
lice ſignificatur ex retentione fecum et ꝓ
ſtratione appetitus et appetitu aque frigide
Cum autē adeſt dolor torſio et punctura
et urina tincta tunc eſt colica . Tingitur
igitur urina ratione doloris .et quia colica
non mundificatur per inteſtina et non re
ſudat ideo reſudat ad uias urinales . Signa
aūt ſpecialia habentur per res naturales et
non naturales et etiam cōtra naturam et ꝑ
iuuantia et ledentia et per ea que egrediū
tur a corpore ꝙ cum ē a flegmate tūc qđ
egreditur eſt mucillaginoſum ſiue album
et ſi a melancolia ē nigrum ſiccū ualde .et
ſi fuerit ex debilitate ſenſitiue tunc eſt tu
mor in uentre cum modico dolore et ſi ē
ex apoſtemate calido eſt cum pulſatione
et magnus dolor ſitis et punctura et ſi fu
erit apoſtema frigiduꝫ ſunt omnia remiſ
ſiora et non eſt pulſa. Intelligendū ꝙ fre
quenter decipitur medicus iudicans paſſi
onem renum colicā et econuerſo et ideo o
portet ſubicere ſigna diſtinctiua. Colica ē
cum maiore dolore et punctura et exten
dit ſe ſupra umbilicuꝫ et ſubito uerſus pe/
ctinem et perytoneon et in profundo cor
poris ſub umbilico et extendit ſe in dex/
trum et ſiniſtrū et occupat magnam par/
tem corporis et iuuatur ex criſteri. Paſſio
autem renuꝫ non habet ita ſed ē dolor in
parte poſteriori affixus et permanēs et in
urina apparent in principio quedaꝫ filoſa.
deinde arenoſa et urina tenuis et alleuiatꝰ
ex uomitu . Signa autem aliarum cauſaꝝ
habētur uel ex iudicio uel ex natura mor
borū et ſuarū cārū uel per ea que dicta ſūt
ca°. de yliaca. PRONOSTICATIO
Intelligendū ꝙ colica mutatur aliquādo

uel ē cauſa idropiſ arthetice epithime ma nie paraliſis . Accidentia aūt conſueuerūt uenire in colica et cū apparēt ſunt morta/ lia.ſ.deſipia ſpaſmus ſincopis frigiditas ex tremitatū ſudor frigidus uomitus cōtinu us omnimoda retentio fecū.et ſi puſta ni gra ſicut faba appareat ſupra uentrē ſequen ti die morietur. ¶CVRATIO. Quia egritudines doloroſe ſunt multū pernicio ſe ſeu periculoſe .iō circa curationeꝫ huius morbi multi canones ſunt conſiderandi. Primus talis ē ſicut ſi accidentia ſūt mul/ tum intenſa primo mitigemus cū anodis i.mitigatiuis et reſolutiuis et finaliter cuꝫ narcoticis .Scđus canon erit talis ꝙ narco tica nō apponātur niſi in magna neceſſita/ te et ꝙ āminiſtrenē in parua ꝙ̄titate et ꝙ ſint bene repreſſa et ꝙ parū morētur. Ter tius erit talis nullo mō potet aquā frigidā nec aliquā aquaꝫ ꝙ̄to magis erit poſſibile. Quartus erit ꝙ nō ſatiſfiat ſiti et iō debet potare ꝙ̄to minus erit poſſibile. Quītus erit ꝙ ſi dolor fuerit ex mala cōplexiōe ꝙ utatur alteratiuis taꝫ in potibus ꝙ̄ cibis et medicinalibus. Et ſi fuerit mala cōplexio cū materia ꝙ euacuetur iuxta formā hu. peccantis .Sextus canō erit talis ꝙ a prin/ cipio applicentur reſolutiua et calefactoria debilia et paulatim fiat aſcenſus ad ſuperi ora et ſi dolor augmentaretur a calefacto rio ꝙ ſtatiꝫ dimittatur .Septimus erit ta/ lis ſi uentoſitas fuerit per ſe ſola calefacto ria applicētur .et ſi fuerit cū materia dige ratur materia flegmatica et poſtea euacue tur.et ſi fuerit cū ſtercoribus duris ꝙ mol lificētur et poſtea cū criſteri euacuētur. de inde ad calefactoria et balnea reuertamur Octauus erit talis ꝙ cū calefactoria appli camus ꝙ regimē epatis cōſeruemus ne epar rōe calefactorii reſoluatur et diſſoluatur Nonus ē talis cerebrū cōfortemus et cum oleo ro.inungamus ne ꝓpter aſcenſionem uaporū ledatur .Decimus erit talis et ē ca nō mirifice cōſideratōnis ī omni agibili ꝙ

ꝙ̄to minus poterimus medicinas laxatiuas exhibeamus. Viſis uniuerſalibus ad curā colice accedamus .quidā curāt colicā cum medicinis a tota ſpecie ſicut ē ſtercus lupi nū.ſtercus enī lupinū quocūq; mō ſūptuꝫ curat colicā ſicut ſtercus caninū ualet ī ſq nantia .ita ſtercus lupinū in iliaca et coli/ ca ualet . diſtemperetur igitur ſtercus lupi nū cū bono uino et exhibeatur et miſceaē cū melle et ſumatur . deinde gr̄a ſintho/ matis fomentetur cū aq̄ decoctionis mal ue uiole nenufaris coriandri ordei papaue ris albi foliorū ſalicis et canne. ſi cā fuerit calida et deinde fiat ſacellatio cū milio et furfure torrefactis ſine liquore . Et ſi cau ſa fuerit frigida fomentetur cum aqua de coctionis camomille melliloti anthos ſti cados aniſi cimini rute et poſtea fiat ſacel latio cum ſale cocto uel cum aniſo mara/ tro et cimino et ſimilibus .Si auteꝫ colica fuerit ꝓpter apoſtemata calida. In primis fiat flebothomia de baſilica. deinde ſi par ticularia cōueniāt fiat flebothomia de ſa/ fenis.deinde fiat criſtere de malua uiolis branca urſina mercuriali oleo uiolato fur/ fure et caſſiafiſtula .deinde digeratur cum ſirupo facto de endiuia ſcariola lactuca q̄ tuor ſe.frigi.et uino malorū granatorum et zuccaro.deinde purgetur cum prunis et caſſiafiſtu.manna et tamarindis et modi co diagridii et maſtice .uel fiat cum dia/ prunis oxi laxatiui trifera ſarrace. reubar. catartico imperiali electuario de ſuco roſ. uel ſimplicibus uel acuatis cuꝫ diagridi.et maſtice et hoc cū uno uel cū pluribus.et ſi fuerit ex mala ꝯplexiōe altereē cū iā dictis et nutriaē cū pullis lactu. et cuc̄.es aq̄ or/ dei et uino bene limphato et ſiſibus. et ſi fu erit ex mala cōplexiōe ca.cū materia fiat ſi cut dictū ē ī apate caſ o.et ſi fuerit ex retē tōe fec; tūc fiat criſteꝝ ꝑdictum et ex iſtis herbis fiat emplm ſup̄ uētrē et utaē pruis z caſſiafi.et ſiſibꝰ.et ſi fuerit apa frm fiat criſteꝝ ꝑdictū.ſꝫ addamꝰ ſucū blete caôil.

oſ.amig. dul.aniſi mara.ſe.rute ierepi.deī
de digeratur materia per hunc modū.℞.
radicū feni.petro.bru.ſparagi apii an̄.ꝯ.
i. conquaſſent̄ et temperēt̄ in aceto. dein
de.℞.calamenti origani rute an̄.ʒ.ii.ani
ſi maratri ſe.rute an̄.ʒ.i.fiant ſirupi lib.i.
et.ſ.et abiciatur acetū.deinde purgetur ſic
℞.florū borra.uioſ.utriuſq; ſticados liq/
ritie mūda.paſſu.enucle.polipo.an̄.ʒ.i. fi
at decoctio et in decoctione reſoluat̄ tur
bit.ʒ.ſ.coletur et exhibeat̄ uel purget̄ cu3
benedicta et theod.empiſton. acuatis cu3
aloe et maſtice turbit et zinzi. Et ſi fuerit
delicatus decoquatur gallus antiquus cum
polipo.ani.turbit folus ſene et poſtea det̄
brodiū eius .ſed in principio ponat̄ tanta
aqua ꝙ ſufficit toti decoctioni et decoq̄t̄
uſq; ad oſſiū ſeparationē ¶ Et ſi fuerit ex
mala cōplexione frigida utat̄ alterantibus
predictis et utatur pullis aſſis et columbis
et uino forti et ſimilibus .Et ſi fuerit ma
la cōplexio frigida ſine materia fiat ſicut
dictū ē in apate frigido et in pane et in ci
bis ponatur turbit et etiā in uino. Et ſi fu
erit ex uentoſitate fiat criſtere dictū i apo
ſtemate frigido ſacelletur cū ſale et milio
furfure et ſe.rute ani.cimino.et calamen
to et ſimilibus . et uitetur menta qm̄ in/
flat et accipiat de cibo q̄to minus poterit
et uinū ſit purū et intret balneū ubi ſit ca
momilla ruta anthos .Et ſi fuerit cum re
tentione fecū fiat criſtere predictū in apo
ſtemate frigido .Et ſi fuerit ex debilitate
inteſtinorū et paraſ.utatur dyaméta dya
trion pipereon dyagalanga dyanch. cum
muſco pliris cū muſco dyambra dyamar
garito dianiſi .Item utat̄ tiriaca metrida
to ¶ Notandum ꝙ in balneo debet eē cau
tela ꝙ non ſedeat in aqua niſi uſq; ad dia
flāma et cuſtodiamus cerebrum et cor et
membra principaliora ut dictū ē . balnea
aūt naturalia ſunt ualde bona et ſi nō ha/
beatur fiat per artificium .ſ.de bectonica
gimandrea calamento origano maiorana

et ſulfure . Si autem colica fuerit propter
rupturam aut uermes hoc dicetur in locis
ſuis .Et ſi fuerit ꝓpter cās primitiuas aut
ꝓpter alias cās non ad unguē executas re/
ducantur ad temperamentū per contrariū
et ita fiet curatio ¶ Notandum ꝙ balneū
aque dulcis in magno dolore plus compe
tit q̄ balneū aque ſalſe qm̄ aqua ſalſa mor
dicat et pungit et ita augmentat dolorem
aqua autem dulcis non .et licet aqua ſalſa
magis conſumat uentū nihilominus cum
dulcis apponitur camomil.anthos et ſimi
lia. ¶ Secundo intelligendū ꝙ colica paſ/
ſio bene poteſt cauſari ex lapide in inteſti
nis ſed hoc ē de raro contingētibus .et iō
auc.non faciūt mentionē ꝙ ibidem raro
generatur ꝓpter latitudinē meatuū et qa
calor eſt debilis cū ſint mēbra pāniculoſa
et iō nō indurat materiā ut inde lapis ge
neretur. In renibus autem et ueſica et pul
mone frequentius generātur in renibus et
ueſica ꝓpter fracturā meatuum .et ꝙ ſu
perfluitates currunt ad illū locum .et quia
ratione etatis in ueſica poteſt eſſe calor for
tis.in pulmone autem materia eſt multa
et licet meatus ſint lati tamen calor ē for
tis quare poteſt lapis generari in inteſtinis
licet raro propter dictas cās. ¶ Aliquando
tamen eſt poſſibile et quia materia ē mul
tum uiſcoſa et ratōne alicuius particularis
caloris poteſt eſſe fortis. calor igitur fortis
agens in materiam uiſcoſam reſoluit qđ
eſt ſubtilius et reliquū indurat et ita gene
rat lapidem . Lapis igitur cauſatus in in/
teſtinis poteſt eſſe cauſa colice paſſionis ſ3
hoc ē de rato cōtingentibus. ¶ Tertio no
tandū ꝙ medicina laxatiua licet laxet per
accidens tamen poteſt replere et ita colicā
inducere ſed quando corpus ē multū ple/
ctoricum uirtus expulſiua ē debilis et me
dicina laxatiua habet uirtutem attrahēdi
licet igit̄ īaniniat replere tn̄ p̄ōt p accidēs.
Quarto intelligendū ꝙ licet colica et ilia
ca ſint paſſiones materiales et repletōnales

nibilominus poſſunt cauſari a mala com/
plexione ſine materia in qua illa mala cõ
plexio fundatur et iſte eſt modus ꝙ ma/
la complexio calida indurat ſubtilius exa
lando et frigida conſtringendo et ſiccum
indurando corrugando et bumida oppilã
do et ita mala complexio ſine materia po
teſt colicam et yliacã inducere ut dictum
eſt in ſententia. ¶ Quinto aduertendũ ꝙ
frequentius generatur colica ex flegmate
q̃ ex colera et quia magis aduenit et quia
frigidius .et licet colera mittatur naturali
ter ad inteſtina et flegma nõ mittatur ni
bilominus non mittitur colera ad inteſti
na ut ibidem maneat ſed ut feces ſtimu/
let et expellat et ita colera una cuꝫ fecibus
expellitur .et licet flegma mittatur ad iũ
cturas non tamen mittitur ut abeat et re
cedat ſed ꝙ remaneat et lubricando iuua
mentum afferat . et ita non eſt ſimile de
flegmate in iuncturis et de colera in inte
ſtinis.ad aliam eni et aliam intentionem
mittitur a natuar. ¶ Sexto notandum ꝙ
licꝫ colica cauſetur ex bumoribus frigidis
et ita urina deberet eſſe remiſſa nibilomi
nus tingitur ratione doloris ut dictum ẽ
quoniã aliis et aliis modis tingitur et rõe
acuminis et ratione oppilationis et ratiõe
debilitatis uirtutis .et ideo in iſtis paſſio/
nibus frequẽter decipitur medicus credẽs
ꝙ tinctura urine ſit propter materiam ca
lidam cũ non ſit. ¶ Septimo intelligendũ
ꝙ uomitus eſt malũ ſignũ ſemper in coli
ca ꝙ ſignificatur ꝙ pars inferior ẽ oppila
ta et ita ſtercora non poſſunt exire per in
feriora et boc eſſet peſſimũ et mortale.li/
cet igitur uomitus non competat in coli/
ca nibilominus uomitus bu. bene cõpetit
in paſſionibus renum cũ materiã expellat
ad partẽ oppoſitã ſicut dictũ ẽ in ſentẽtia
¶ Octauo aduertenduꝫ ꝙ ſi colica fuerit
ex calida cã et corpus fuerit plectoricũ ꝙ
bene põt competere flebothomia cũ aliis
particularibus cõcurrentibus ¶ Vltimo in
tellígendũ ꝙ in yliaca et colica cũ ſunt de
cã calida colerica bene poſſũt cõpetere nar
cotica modo debito adminiſtrata nec no
cent in iſto caſu ymo uidetur directe ma
teria competere et rõe morbi et ratione ac
cidentiũ

¶ Capitulum.xix.de mirachia

Mirachia eſt paſſio ipocondriaca cuꝫ
terribilitate accidentiũ. Intelligen
dũ ꝙ mirac ẽ quidã pãniculus cir/
ca inteſtina ſicut ſifac ẽ alter ita ꝙ panni/
culo mirac accidunt morbi conſimiles of
ficiales et cõmunes .et ꝙ mẽbrũ ẽ multuꝫ
ſenſibile iõ ſequũtur multa accidẽtia et paſ
ſiones multe qm̃ ex boc ipocõdria aliquã
do eleuantur aliqñ deprimũtur et aliquan
do uenit uel ſequitur epitbima aliquando
mania de qua dictũ ẽ qđ appellaẽ mania
mirachia aliquãdo ſincopis aliquãdo idro
piſis ꝓpter dolorem torſionẽ et puncturã
ipocũdriorũ et iõ appellaẽ paſſio ipocõdri
aca ſed mirachia a mirach dicta . Colica
aũt paſſio appellaẽ dolor ipocõdriorũ cuꝫ
punctura mordicatione et expulſione ma
terie per ſuperiora ꝛ inferiora cũ maximo
dolore et ingetudine ut dictũ ẽ . De cau
ſis aũt et ſignis et curis ſatis dictũ ẽ ſuperi
us ca° de tortura inteſtinorũ et ca° de ili
aca et ca° de fluxu uentris et iõ ſupſedeo
ſed de gr̃a dictũ ẽ qđ ẽ dictũ . Intelligẽ
dũ tñ circa iſtã materiã ꝙ mirach ẽ pĩgue
do gibboſa tenuis ad modũ retis imedia/
te inuoluẽs inteſtina deinde uenit alia pel
licula q̃ magis appropinquat cuti et appel/
laẽ ſifac .et boc etiã inferius diceẽ ca° de
idropiſi

¶ De uermibus

Vermes et ſerpẽtes et ſcarabei gene
rãtur ex putredie ĩ corpe bumano
ſicut generãẽ extra ĩ mũdo uermes
muſce et ſiſia.CAVSA .Cauſa remota
uermiũ ẽ om̃e illud qđ generat bu.crudũ
ſicut repletio nauſeatia et coitus poſt reple
tiõꝫ et multitudo fructuũ et frum̃ti cocti
et ita đ aliis q̃ generãt bu.crudũ ſſaticuꝫ.

quoniam ex ſanguine non generantur uer
mes quia corpus eo indiget . nec ex colera
quia nullum animal nutritur nec generatᷓ
ex colera ſm̄ Galie. in de ſimplici medici
na. nec ex melancolia quia remota ē a p̀n
cipiis uite . Reſtat igitur ꝙ generentur ex
flegmate cum teneat diſpoſitionem medi
am inter hu. Cum igitur putrefit flegma
in inteſtinis tunc illa materia ſuſcipit ſpi/
ritum uite et generantur inde uermes et ſi
milia . et generantur diuerſi ſm̄ diuerſita/
tem putrefactionis et particule patientis
et ideo quando putrefit materia flegmati
ca in inteſtinis ſuperioribus tunc ibi gene
rantur uermes longi et rotundi et appellā
tur lumbrici . et ſi putrefiat in lōgaone ge
nerātur quidam uermes parui rotundi ſi/
cut ſunt uermes qui inueniuntur in caſeo
parui enim ſunt quia ibi diu manere non
poſſunt et ſi morentur magnificantᷓ et ſūt
mali ualde . Si autem putrefiat in inteſti/
nis mediis tūc generantur uermes curti et
lati et appellantur aſcarides ſeu cucurbidi/
ni quod idem eſt. SIGNA . Quedaꝫ
ſunt ſigna uermium que ſumuntur a ſom
no et quedam a uigiliis . a ſomno quādo
garriunt in ſomno et patiuntur ſtridorem
dentium et maſticant ſicut ſi haberēt cibū
in ore et habent ſomnia terribilia et exci/
tantur terribiliter et cum inquietudine et
ira. Sed in uigiliis tunc patiuntur pruritū
in naribus et alienationem et dolorē et cla
morem et emiſſionem ſaliue et egreditur
lingua et deſiccatur os de die plus q̄ de no
cte et efficiuntur amentes . ſed feſtucas n̄
colligunt nec magnum dolorem in capite
patiuntur. et eiciuntur aliquando uermes
per os et per inferiora . ymo dicitur ꝙ ali
quando perforant inteſtina et exeūt extra
et eſt ſtupor audire ſi uerum ē. et conſueue
runt ſequi terribilia accidentia ſicut ē ma/
nia epithima caninus appetitus boliſmus
ſincopis yliaca et colica et etiam epatis paſ
ſiones et ſunt ut plurimū cum conſtipatio
ne uentris et illi qui ſunt inferius pungūt
et mordicāt et faciūt q̄ſi quēdā pruritum
continuum ſicut ſi formice multe eſſent ī
ano . et ſi ſint in inteſtinis ſuperioribus aſ
cendit dolor ad ſtomacum et ita de me/
diis cauſatur dolor in medio loco. PRO
NOSTICATIO. Vermes enim in fe.
q̄tum ē de natura ſui ſemper ſunt malum
ſignum et quia ſignificant leſionem p̄tis
et corruptioneꝫ materie peccantis et ꝙ ſūt
ex toto genere preter naturam ideo nullo
modo poſſunt eſſe bonum nec per ſe nec
per accidens inq̄tum uermes. comparatiue
tn̄ poſſumus loqui de uermibus ſic. Ver/
mes in febribus aut ſunt in principio . aut
in medio aut in fine . Si in principio aut
ſunt uiui aut mortui. ſi uiui malum ſignū
eſt . ſignificatur enim ꝙ febris eſt peſtilen
tialis et ideo fugiunt magnam corruptio
nem . ſi mortui bonum eſt quia ſignifica
tur ꝙ ſit ex mandificatione. In principio
enim nō uidetur ꝙ malicia ſit tanta ꝙ poſ
ſint eſſe magni ratione malicie morbi. Si
aūt in fine appareāt et ſunt uiui bonū ē q̀
niā tunc ueniūt rōe mundificationis et ita
uidetur dicere Auic̄. Si aūt ſunt mortui
malū ē qm̄ ex malicia materie uidetᷓ eſſe.
Si aūt appareāt in medio morbi ſemper ē
malū ſiue ſint uiui ſiue mortui. Fe. enim
concomitans uermes ſemper malū ꝓ tan
to quia conſumit nutrimētū uermibus. ſe
cundo ē malū ꝙ augmentat putredinem
ex qua generātur uermes . tertio malum ē
quia inflāmātur et calefiunt uermes et ita
anguſtiātᷓ et magis mouētur et patiēs ma
gis moleſtatur. generātur igitᷓ frequētius ī
pueris et guloſis et circa autumnū et breui
ter in omni eo in q̊ materia cruda multi/
plicatᷓ. CVRATIO. Imp̄mis rectificetᷓ
dieta et totū regimē ut flegma non multi
plicetᷓ ī corpe. deīde digeratur materia cuꝫ
oximelle diuretico et purgetur cum yera.
acuta cum agarico et pulpa coloquintide.
Deinde ſi materia continetur in inteſtinis

ſuperioribus dentur potiones per os et ſi ī
ferioribus fiant ſuppoſitoria et criſteria et
ſi in mediis fiat utrunq̧ . Vermes autem
interficiuntur per hunc modum detur lac
ad potandum duobus diebus uel tribus ꝛ
poſt in illa hora detur acetum uel aliquod
amarum mixtum cum lacte ſicut eſt aloe
uel mel cum aloe et uelociter interficiunt̄
Vel detur ſemē centauree ecce quid ſit h°
modo cōiter detur de nouo ſemen ʒedoa
rie tritū ad potandum cum brodio uł ui
no et proculdubio interficit omnes. Si au
tem magis particulariter uelimus procede
re procedamus ſic . uermes enim aut ſunt
cum fe. aut ſine . ſi ſine fe. tunc proculdu/
bio amara interficiuntur . Iſta igitur ſunt
materialia . ſ. enula peritaria . mentaſtrum
ruta aloe folia perſici et cortex eius abſin/
theuꝫ fella lupinus amigdale amare . nucle
us perſici coſtus amarus centaurea et mul/
ta ſimilia . ¶ Accipiantur igitur aliqua ex
iſtis et fiat potio et per os accipiatur aliq̄
portio et fiat criſtere cum lacte et ex iſtis
poteſt fieri emplaſtrum ꝛ deſuper apponi
quolibet iſtorum trium modoruꝫ poſſūt
interfici uermes . Pro uermibus auteꝫ mi
nutis qui ſunt in longaone fiat ſuppoſitori
um de ſalgemma uel de lardone et ꝙ ſtet
ibi aliquibus horis poſtea ꝙ extrahatur ſu
bito et lardo inuenietur plenus de illis uer
mibus . aqua ſalſa potata interficit uermes
Cum autem mortui ſunt et natura non e
uacuat extrahantur et euacuentur . aliter il
lud cadauer magna induceret nocumenta
Illa autem que euacuant et interficiūt ſūt
iſta ſcilicet aloe ſucus yreos ſucus cucume.
ris aſinini agaricuꝫ et turbit pulpa colo͂gn.
et cartamus quod ē ſemen croci ortenſis.
Superiores igitur euacuentur per aſſump/
ta per os. et inferiores per criſteria facta
ex dictis et mediī utroq̧ modo yera. et
tyriaca interficiunt uermes . Sapo mollis
ſi proiciatur per criſtere uel ſi apponatur ſu
pra umbilicum interficit uermes . Vtant̄
pullis columbarum . et utantur in brodiis
et ſalſamentis pipere gario. ʒedoario galan
ga . Vitent atriplices et fructus et caſeum
recentem et omnia que generant materiā
crudam flegmaticam ut dictum ē . Si au
tem uermes ſunt cum fe. tunc iſta calida
eſſent multum nociua . tunc igitur detur
ſirupus acetoſus et malagranata et purget̄
cum electuario de ſuco ro. et trifera ſarra/
cenica reubarbarata et yera. et emplaſtret̄
cum ſuco lactuce et uermicularis et farina
ordei et aceto fortiſſimo et utatur brodio
caulium cicerum et lentium et aqua ordei
et utatur coriandro in ſalſamentis. fiāt cri
ſteria de cartamo et alchitran qđ eſt pix li
quida ſemen centonice uel ſemen ʒedoarie
ut dictum eſt interficit omnes uermes. ſi
militer interficiuntur ſerpentes ſi ingrediā
tur corpus humanum aut ſi ibidem gene/
rentur per modū dictū . ¶ CLARIFI
CATIO . Intelligendum ꝙ uermes ge
nerantur ſuo modo ſicut generantur lapi/
des in renibus et ueſica quoniam quando
materia eſt groſſa et uiſcoſa in renibus et
ueſica et calor eſt fortis generat lapides q̄
niā calor fortis intendit digerere et ita ex
alat ſubtilius . et remanet quod ē groſſius
et ita materia petrificatur . quoniā ex ino
bedientia materie ad plenum digeri non
poteſt niſi ſicut dictum ē et ita accidit na
ture per accidens lapides generare. Si aūt
uirtus eſſet debilis nunq̄ generaretur ita ē
de uermibus . quoniam quando materia ē
groſſa cruda crapuloſa et calor fortis tūc ī
tendit digerere et aſſimilare q̄tū ē poſſibi/
le et nō pōt propter ineptitudinē materie
et ꝗ materia recipit quādā indigioneꝫ et
acqrit caliditatē et humiditatē iō materia
ſuſcipit ſpūm uite et ita facit natura quod
ē ſibi poſſibile. q̄r ex hac materia ſuo mō
putrefacta et ebulita generant̄ uermes et
ita pediculi ſuo mō et ſ̄pētes et ſcarabei et
multa cōſiſia q̄ generant̄ infra corpus hūa
nū. et ita nō uenit putrefactō ex ꝑte agētꝭ

ſed ex parte materie. Et licet uirtus ſit for
tis in ſe non tamen in tantum per compa
rationem ad materiam ꝙ ipſam uincere
poſſit ¶ Secundo notandum ꝙ poſtq̄ ſúp
ta ſunt amara propter uermes corpus con
turbatur propter duo primo quoniam uer
mes mouentur et agitantur cum non poſ
ſint ſuſtinere fortitudinem amarorú. ſcdo
quoniam amara interficiunt uermes et ita
generatur cadauer et ita fumi uenenoſi q
conturbant corpus. Amara igitur contur
bant et hoc eſt propter accidés. ¶ Tertio
notandum ꝙ uermes magis generantur í
iuuentute q̄ in ſenectute. primo propter
malum regimen qđ cómuniter eſt magis
in iuuenibus q̄ in ſenibus. et ita humores
crudi generantur qui ſunt materia uermi
um. et cum hoc calor fortior eſt qui é cau
ſa efficiens. et licet in ſenibus materia in/
ueniatur non tamen eſt cauſa efficiens.
¶ Quarto notandum ꝙ uermes plus ge/
nerantur in autumno quoniam ibi ſút plu
res fructus et tempus eſt magis inordina/
tuꝫ et digeſtio peior et humores crudi plu
res propter debilitateꝫ caloris et ita plures
uermes generantur. licet tempus ſit frigi/
dum et ſiccum et uer accedit ad calidu ꝫ ⁊
humidum. quoniam tunc que occurrunt
magis excedunt ¶ Quinto ſciendú ꝙ uer
mes non generantur in qualibet concauita
te corporis ſed in ſtomaco et inteſtinis et
quia ibi plus habundat materia flegmati/
ca et calor remiſſus in pectore auteꝫ et in
uenis non eſt ſic quare et ſi alibi generen/
tur hoc é de raro contingentibus ¶ Sexto
intelligendum ꝙ licet uermes generentur
a calore innaturali cum ſit preter naturam
uermibus tamen eſt naturalis. ¶ Septimo
notandum ꝙ uermes qui ſunt circa longa
onem inducút ſtridoré dentiú et ſtuporeꝫ
et abbominationé quia lacertus ani q clau
dit et aperit habet colligantiá cuꝫ cerebro
et ſtomaco. Sed uermes ſuperiores indu/
cunt appetitú cú ſugant et cibú conſumát
qui ad totum corpus delegari debet
¶ Vltimo notandum ꝙ amara competút
nó ut nutriát ſed ut uermes interficiát ꝙ
nullú animal nutritur nec generatur ex a
maris ſm Galie. iiii° de ſimplici medicía
et aliquádo ex uermibus generátur fe. ꝑ
ter approximationem ad cor

¶ De paſſionibus ani

in ſiniſtra parte corpis collocatuʒ ad
mũdificandũ et depurandũ ſãguinẽ
ordinatũ. Intelligendũ ꝙ cũ ſplen bene
mũdificat ſanguinẽ corpus ẽ iocũdum et
bene diſpoſitũ. qñ aũt nõ bene mũdificat
tũnc aduenit triſticia corpori et multe alie
paſſiones qm̃ ſi deficiat in attrahendo ge
nerat ictericiã et ſi deficiat in continendo
poſtq̃ attraxit cãt fluxũ uentris et ſimilia
et ſi deficiat in digerendo et in mũdando
cãtur duricies oppil̃o et apoſtema. Splen
igitur ſicut alia mẽbra patitur morbos cõ
ſimiles officiales et cões. CAVSA. Cau
ſa aũt oppilatõnis et duriciei qꝛ de illa ma
gis intendimꝰ. ſunt quedã extrinſece et q̃
dã intrinſece. extrinſece ſicut multiplicatõ
ciborũ melancolicoruʒ ſicut ẽ caſeus caules
legumina et ſicut timor et ſil̃ia. et ſi intri
ſece tunc prouenit ab epate multiplicante
hu. melancolicum aut ſplene cuʒ incurrit
oppilationẽ duriciẽ aut apoſtema aut ſolu
tionẽ continui. SIGNA. Signa durici
ei et oppilationis ſunt urina remiſſa et te-
nuis duricies notabilis in ſplene. attamen
ſi eſt apoſtematũ tũc eſt duricies et tumor
in altera parte tantum ſed duricies ẽ ꝑ to
tam regionem ſplenis quando eſt ſine apo
ſtemate. Tertiũ ſignũ quoniam appetitus
aliquando augmẽtatur aliquando diminu
itur et aliquando euomitur melancolia et
aliquando apparet in inferioribus. Aliud
ſignum ẽ difficultas hanelitus et fedus et
color faciei et cutis totius corporis et triſti
cia timor et ſollicitudo et ſomnia terribi-
lia et ſimilia. PRONOSTICATIO
Qui incurrunt frequenter corrizam non
ſunt ſplenetici quoniã ſplenetica paſſio fit
de materia groſſa ſed corriza de aq̃ſa ſub-
tili quare ꝛc̃. Vrina pertinẽs ſanguini aut
vrina cum reſidentia multa et fece in de-
clinatione paſſionis ſplenis bonum ſignuʒ
vrina alba et tenuis in paſſionibus ſplenis
omnibus ſi continuetur multũ malum eſt
Si alicui ſplenetico cõtinuentur medicami
na appropriata et nõ remediatur magnuʒ
malũ ſignificat. Paſſio ſplenis ĩ principio
ſatis de facili põt curari ſed poſtq̃ ẽ inuete
rata aut nũq̃ aut cũ difficultate curať. Flux
us ſanguinis per narẽ ſiniſtrũ in paſſioĩbus

ſplenis p̄t eſſe ad bonū. Diarria breuis ī
paſſione ſplenis bonū. Fluxus uentris ſāg
uineus in apoſtemate epatis bonū ſignum
vrina in qua ē fex uiſcoſa aliquādo ad bo
num aliquando ad malū. Apoſtema ſple
nis aliquādo terminatur per apoſtema ſub
aure. CVRATIO. Circa iſtam mate
riam intelligendum ꝙ ea que ualent epa/
ti ualent ſpleni niſi ꝙ medicamina ſplenis
debent eſſe fortioris uirtutis et ea que no/
cent epati nocent ſpleni. Si autem paſſio
ſplenis fuerit de cauſa calida. ut apoſtema
aut febris q̄d diſcernitur ex calore ſiti et fe
bri. et ſimilibus. tunc imprimis ſi particula
ria conueniant fiat flebothomia de baſili/
ca ſiniſtre partis. deinde de ſaluatella eiuſ/
dem lateris. deinde digeratur materia per
hūc modū. ℞. endiuie ſcariole lactu. por/
tula. an̄. ℥. iiii. radicꝗ. cappar et gineſtre et
tamarin. ſcolopen. capil. ue. an̄. ℥. ii. q̄tuor
ſe. fri. ſc. apii ſparagi bruſci liquir. mū. an̄.
℥. i. aceti albi. ℥. iii. panis zuccari quar. iii.
mellis. ℥. ii. fiat ſirupus. Digeſta materia
purgeẗ ſic. ℞. floꝝ borra. uiola. polipo. aga
ri. aniſi liqri. mū. an̄. ℥. ſ. fiat decoctio et
in decoctione tēperētur cortices miroba.
citri. indo. an̄. ℥. ſ. fricētur et colētur et de
tur ī aurora. Intelligendū tn̄ ꝙ ſplen de/
bet prius mollificari cū iſto mollificatiuo
q̄d ualet in omni apate ſplenis et duricie
et oppilatōne. ℞. medulle uituli et ceruí aſ
ſungie galline anatis pinguedinis porci re/
centis olei amig. dul. olei ſiſami. an̄. miſce
antur cū cera et inungaẗ regio ſplenis. Si
autē fuerit duricies ſine fe. et apoſtemate
tūc poſſunt fieri ſirupi et apozimata et un
guenta fomenta ablutiones et conſimilia.
ſiue ab intus ſiue ab extra. Materialia au
tem ſunt hec que habent aſpectū ad ſple
nem. ſ. radices yreos acori ariſtologie gen
tiane lilii apii feniculi petroſi. utriuſꝙ tri/
buli capparis fraxini gineſtre tamarin. me
diane cortices iſtorū. ſ. ebuli et ſambuci lu
puli uitis alba. ualet etiam acetoſa abſinthi
um yſopus capil. ue. ſquilla aqua ferrario/
rum ſcolopen. eupato. centaurea calamētū
bectonica germandrea aſari camedre ca/
mepith. panis porcinus aniſum maratrū
ameos ſpica ſquinantum xilobalſa. capo/
bal. opo. flos ſalis ſemen acetoſelle ſemen
cāne cuſcuta eruca. Valent etiā a proprieta
te ſicut dicit Auicꝗ pulmo uulpis ueſperti
liones ſplen aſini ſilueſtris ſplen pulli equi
ni ſi ſiccetur et pulueriʒetur. accipiatur igi
tur unum ex iſtis uel plura et applicentur.
Compoſita autem poſſunt eſſe iſta portu
laca cum aceto ſirupus acetoſus oximel di
ureticū et ſquilliticum et purgetur cū mi
robalanis indis bellicis emblicis paratis ſi
cut decet. Et quia iuuenes uolunt aliquan
do ꝙ totum maſticetur ideo procedamꝰ
ſic. Recipe radicum. feniculi. petroſilii
apii capparis mediane corticꝗ gineſtre frax
ini an̄. ℥. iii. conquaſſentur et temperētur
in aceto fortiſſimo per diem et noctē tūc
℞. ſcolopendrie capillorum ue. eupatorii
an̄. ℥. i. mellis ro. lib. ſ. zuccari lib. ſ. fiat ſi
rupus. Materia autem digeſta purgeẗ cū
aliquo ex iſtis. ſ. yera. yeraruf. yeralogod.
theodoritō emperiſton; et poſſumus adde
re q̄tū uolumus de dyaſena et dyabora.
Mollificetur autem ſplen ante purgatio/
nem primo ſic. ℞. capparis mediane corti
cis tamarin. ſquinanti. an̄. ℥. iii. ſinapi ſul/
furis a'ei agreſtis ſtercoris uaccini et ouini
ſeminis rute an̄. ℥. ii. armoniaci. ℥. i. bdel/
lii. ℥. i. picis naualis. ℥. ſ. temperētur gum
mi in aceto et alia omnia terantur in vlti
mo et malaxentur cū oleo laurino et ad
datur predictis gummis et fiat emplaſtꝝ
et teneatur ſupra regionem ſplenis exten
ſum ſupra alutam et coopertum cum pan
no lineo. Vel ſi leuius uolumus facere
diſſoluatur cinamomum in aceto et fiat
emplaſtrum. vel buliat ruta in aceto et
filtrum intingatur ibidem et apponatur.
Vl̄ fiat tali modo candeſcant lapides mo

lares et infundantur in aceto et fumus ſi/
le applicetur ſpleni et ſi iſta non conferant
tunc fiant. v. cauteria ſupra regioneꝫ ſple/
nis. Cibaria ſint ſubtilia facilis digeſtiōis
et ideo competit ſinapiū et in omni aqua
quam potabit extinguatur ferrū candens
Si aūt in ſplene fuerit dolor inflatio et ru
gitus tunc minoretur cibus et potus et nul
lo modo potet aquā. ſed uinū antiquum
forte ſubtile et fiat potio ex agno caſto et
ruta et aniſo cimino. ſpica nardi et ſquinā
to et ex iſtis eiſdem fiat ſacellatio aut inū
ctio aut balnectur et deinde fiant uento/
ſe ſine ſcarificatione ¶ Et ſi fuerit ſine fe.
buliat nux cipreſſi praſſium ruta capparus
agnus caſtus in oleo coſtine et intingat̄ la
na et deſuper apponatur. et in hoc caſu ſū
me ualet abſtinentia exerciciū fricatio for
tis et balnea ſulfurea. ¶ CLARIFICA
TIO. Intelligendū ꝙ duricies ſplenis in
ducit maciem in toto corpore ꝓ tanto ꝙ
melancolia multiplicata corrūpit uirtuteꝫ
digeſtiuam in epate qua corrupta nō gene
rantur hu. laudabiles qui ſint ad nutritio/
nem mēbrorū ꝓpter groſſitiē et malaꝫ q̄
litatē et ita per accidens ex duritie ſplenis
macies generatur. ¶ Secundo notandum
ꝙ ſplen indiget fortiori medicamine cuꝫ
oppilatur q̄ epar et quia magis diſtat et ꝙ
oppilatio fortior cū oppiletur ex ſui nutri
mento. et quia nutritur ex ſanguine me/
lancolico ideo medicamine indiget forti
ori. Nunc aūt aliquibus uidetur contrari
um ꝓpter dictum Gali. xiiiº. ter. caº vi.
uerſus finem dicentis ꝙ ſplen nutritur ex
ſanguine ſubtili. dico ꝙ ſequitur littera cū
dicit̄ ꝙ ſplen nutritur ex ſanguine ſubtili
uerū ē ſed nigro. et cū dicit̄ ꝙ epar nutri
tur ex ſanguine groſſo uerū ē ſed rubeo et
ita omnibus conſideratis groſſius ē nutri/
mentū ſplenis ꝙ melācolicū ⁊ ita fortiori
idiget medicamine et hoc clarius expoſui
mus ibidē. ¶ Tertio intelligendū ꝙ melā
colia multū aſſimulatur ſpleni cōplexione
etiā multum habundat ibidem et tamen
ibi non generatur licet aſſimiletur ſibi. et
habundat ibi pro tanto ꝙ in ſplene non ē
uirtus generatiua hu. ſed in epate genera/
tur magis gratia materie q̄ agentis cum e
par ſit calidum et frigidum. attrahitur igi
tur a ſplene ratione ſimilitudinis et ibi ha
bundat ratione conſeruationis nō genera/
tionis. licet oms humores innaturales poſ
ſint etiam generari alibi q̄ in epate. ſicut ē
colera praſſina in ſtomaco et in uenis etiā
aliquando. ſed ſplen nullam habet uirtu/
tem generandi multa tamen alia habēt ra
tione ſui et epatis uirtute. ¶ Quarto notā
dū ꝙ flegma non habuit receptaculum ꝙ
non ē humor odioſus. ꝙ nō habet malas
qualitates et ē ſanguis ſemicoctus et quia
tempore neceſſitatis conuertitur in ſangui
nem et nutrit. colera autem et melanco/
lia ſūt hu. odioſi nature propter malas eo
rū qualitates et nūq̄ poſſūt in ſanguinem
trāſmutari iō natura eis carcereꝫ ordinauit
¶ Quinto notādū de illis ꝓſibus. Cor ſa
pit pulmo loquit̄ fel cōmouet irā. Splen
ridere facit cogit amare iecur. Pulmo loq
tur ꝓpt̄ aeris attractionē q̄ ē materia uoc̄
Cor ſapit ꝙ ab ipo ꝓcedit ira indignatio
uictoria dn̄atio ſm̄ Io. fel cōmouet iram
Splen ridere facit ꝓpter accidēs purgando
hu. mel̄icū. Cogit amare iecur. iecur ī aui/
bus ſꝫ ſtoācus ī hoīb9 et iō iecur ꝓ ſtoma
co et epate qm̄ ſtomacus facit amare cibū
et iecur coytū ꝙ ī coitu ſūt tria neceſſaria
calor ꝓcedēs ab epate ſpūs a corde hūor a
cerebro ſm̄ cōſtan. ¶ Sexº notandū ꝙ licꝫ
ſplen ſit mēbrū ſrm̄ nihilomi9 pōt ibi ca
lor habūdare cū ſint ibi uene et arterie ī q
bus pōt ſāguis calidus habūdare et ita ſplē
pōt calefieri p̄ accidēs. Septio notandū ꝙ
ubi ē oppil̄o nō erit neceſſario putrefactio
nec apoſtema de neceſſitate qm̄ cū oppil̄o
ſit in uenis nihilominus poſſunt aliq̄ mō
per orificia euentari ſed apoſtema cātur ī
foraminibus membroꝝ ubi etiā clauditur

et facit extenſionem uiolentam et non po
teſt fieri euacuatio .ideo putrefit materia
et cãtur apoſtema taliter aũt nõ conuenit
in oppilatione quare zc̃. ¶ Octauo intelli
gendũ ꝙ urina in oppilatõne eſt tenuis qꝛ
nihil poteſt eliquari nec permiſceri niſi ſo
la aquoſitas rõe ſubtilitatis ſubſtantie ſue
et non deciditur ab humoribus groſſis ſꝫ
tranſit per ea. cum autem incipit inſpiſſa
ri bonum ſignum ẽ quia ſignificatur hũo
rum diſſolutio et compactionis reſolutio
Vnde notandum ꝙ diſſolutiua in princi
pio non competunt quia reſoluunt ſubtile
ſed debẽt primo poni mollificatiua et po
ſtea diſſolutiua. ¶ Vltimo notandum ꝙ
flebothomia ſi competit in cã calida debꝫ
fieri de brachio eiuſdem lateris et ſi cõpe/
tat in cauſa frigida fiat de ſafena eiuſdem
partis.

¶ Tractatus de egritudinibus renũ et ꝑmo
de dolore.

INtelligendum ꝙ duo renes quorꝫ
unus ſupponitur alteri fuerunt creati
duri et ſolidi ut aquoſitatem ſupflu
am a ſanguine attraherent et mundifica/
rent ipſam. Patiuntur aũt renes tripliciter
ſicut alia mẽbra. ſ. malã complexionẽ ſo/
lutionem continuitatis et morbũ officialẽ
Dolor aũt eſt accidens quod ſequitur iſta
¶ CAVSA. Cauſa aũt aut eſt exterior
aut interior .ſi exterior ſic eſt nimius uſus
diureticorum caſus et percuſſio coitus eq/
tatio ſuperflua et potiſſime in non cõſue/
tis et ſimilia .Si aũt ſunt cãe intrinſice ſi/
cut ẽ mala complexio diuerſa cũ materia
aut ſine materia apoſtemante cõplexiones
ulcera et multa cõſimilia. tũ rõe ſui tũ rõe
compaſſionis uicinitatis et colligantie .
¶ SIGNA .Signa ꝙ dolor ſit a renibus
et nõ ab aliis mẽbris ſũt qꝛ dolor renũ eſt
mãſiuus et dolor yliorũ ẽ deambulatiuus
ꝑ totũ uentrẽ. ſcd̃m ſignũ ẽ qm̃ pes illius
ptis ex q̃ ẽ dolor patitur quãdã dormita/
tionẽ. ſignũ aũt diſcraſie ẽ qm̃ ſi ẽ ex ma/
la complexione ca. ſentitur calor in loco et
leditur a calidis et iuuatur a frigidis niſi
repletio impediat et urina ẽ tincta et adeſt
ſitis et amaritudo oris et appetitus ad ue/
nerem .Si aũt cã ſit frigida tũc appetitꝰ ad
uenerẽ ẽ diminutus et quaſi priuatus et ſẽ
titur frigiditas in loco et iuuatur a calidis
et urina eſt remiſſa et paucitas ſitis et ſimi
lia ¶ PRONOSTICATIO . IPocꝛs
docet pronoſticare nefretici ultra .xl. ãnos
non curantur et ẽ uerũ ſic qm̃ ſi dolor re/
nũ cõtinuauerit per multos annos et reme
dia ſalubria fuerint applicata et non potuit
curari et iã fluxerũt anni .xl. talis nunq̃ cu
rabitur quoniã ſi non potuit curari cũ uir
tute forti quomodo curabitur cum debili
non uidetur. ¶ CVRATIO . Intelligẽ
duꝫ qm̃ ſi dolor ẽ ſine materia ſufficiunt
alterantia. Si aũt ẽ cum materia adhiben
tur alterantia et euacuantia .Notanduꝫ ꝙ
in dolore renuꝫ cauendũ eſt a diureticis et
potiſſime fortibus et narcoticis . Si igitur
eſt diſſinteria calida fiat imprimis criſtere
de mercuriali uiolis ordeo et pſilio et ſe.
frigidis et oleo uiolato et caſſiafiſtu. et mã
na et ſiſibus .Deinde ſi particularia conue
niant fiat flebothomia de baſilica eiuſdeꝫ
lateris deinde de ſafena eiuſdem partis. de
inde fiat talis ſirupus .℞. endiuie ſcariole
lactuce añ. ꝯ. i. ſuci cucurbite lib. ſ. florũ
nenufaris uiol. floruꝫ borra. añ. ℥. iiii. pru
na .xxx. aceti albi. ℥. ii. pañs zuccari añ. lib.
i. fiat ſirupus ¶ Materia digeſta purgetur
cuꝫ oxi laxatiuo et electuario de ſuco ro.
et oleo nenufarꝫ .localia remedia ſũt iſta.
℞. ſucum maurelle ſucum lactu. et miſce
antur cum oleo ro. et oleo nenufaris et pã
ni linei intingãtur et tepidi ſupra renes ap
plicentur . Vel fiat unguentum cum ſuco
umbilici ueneris et oleo roſato . uel fiant
ſacculi de roſis et ſandalis et camomillis
et ponatur in aqua calida et exprimantur
et aſpergantur cum aqua roſata et aceto et
eſt ualde mitigatiuum in corpore mundo

Et ſi exegerit nos neceſſitas recurramꝰ ad
narcotica . ſicut eſt papauer et iuſquiamus
et ſimilia et ſtent ibi modico tēpore . Vel
fiat ſic. ℞. tabulam plumbeā et perforetur
minutim et calefiat primo et igniať et po
ſtea extinguatur in aceto et temperetur in
aceto fortiſſimo. deinde ligentur in capiti
bus due corde et ligetur ſupra renes . et po
ſtea iterū temperetur in aceto dolorē renū
de cā calida corpore mundificato mitigat
et reddit hominē caſtū. uitet omnes cau/
ſas que iſtum morbum inducunt. Et uta
tur cibis frigidis ſicut eſt ordeatum auena
tum amidū lactuca portulaca ſpinagia cu
curbi. melones pira poma uinum ſit ualde
limphatum et ita de aliis cibis facilis dige
ſtionis . Si autem cā fuerit frigida digera
tur ſic. ℞. mente ſaluie abſinthii camedre
camepith. origani calamēti añ. ℥. i. mellis
ro. lib. i. fiat ſirupus et purgetur cū benedi
cta aut cum agarico et turbit paratis ſicut
oportet Et inungatur locus cum oleo co/
ſtino camomil. aut cū oleo de balſamo et
tiriaca et oleo de ſcorpionibus ſimul mix
tis . uel fiat ſacellatio de camomil. melilo/
to anthos floribus utriuſqꝫ ſticados. Si au
tē eſſet dolor uentoſus precipiať abſtinen/
tia exerciciū et balneū . et inungatur cum
oleo đ ruta et agno caſto aniſo ꝛ maratro
bulitis in uino puro . Et qꝛ nobiles et di/
uites frequenter laborāt de dolore renum
ideo iterū magis particulariter ꝓſeq̄mur.
Et ſubiungamus hic quoddā exemplum
quod accidit de facto

❡ Tractatus de dolore renū et debilitate
et oppilatione cuius cā ē materialis colera.

QVod aūt ſit dolor renuꝫ patet per
dolorē in parte poſteriori uerſus fi
nē ſpondiliū in ſpina dorſi et per
apparitionē arenularū rubearū . Qꝫ aūt ſit
debilitas renū hoc patet qꝛ mala cōplexio
et dolor et paſſio durauit circiter ānos de
cē et iō mala cōplexio fere adequata . et iō
uirtus debilitata eſt rōe ſui inſtrumenti et
pro tanto deficiūt renes in mundificando
et ideo interpollat. et cū materia aggrega
ta eſt incipit paroxiſmus cuꝫ dolore . ſicut
dolor mulieris parturientis. qꝛ aūt ſit oppi
latio patet hoc quia in paroxiſmo ē urine
retentio et cuꝫ curatur aduenit multitudo
et arena multa in fine paroxiſmi et ī fine
lunationis . Qꝫ aūt ſit cā calida hoc patet
quia ipſe eſt colericus aduſtus cum calefa/
ctione epatis et croceitate oculorum et qꝛ
in tempore paroxiſmi totus comburitur
et potiſſime renes . Qꝫ autem ſit morbus
materialis patet quia ſoluitur paroxiſmus
cum euacuatione multe materie et quia ī
mediatur ex his que multiplicant urinam
et ſeceſſum bene igitur dictum eſt in titu
lo. tractatus de dolore renum et debilita/
te et oppilatione cuius cauſa eſt materialis
ca. et ita in titulo quinqꝫ continētur. Cu
ratio igitur conſiſtit in alteratōne materie
antecedentis et in euacuatione eiuſdē cum
his que habent aſpectum ad materiam et
locum . Sed aduertendum ē qꝛ aliter agē
dū ē in tempore paroxiſmi et aliter ī tem
pore interpolationis et qꝛ prius ſuccurren
dū ē his que prius et plus moleſtant ideo
primo uidendū quid ſit faciendū in tem/
pore paroxiſ. et qꝛ ſup oīa dolores ꝓſter/
nunt uirtutes ideo primo debent poni ſu
pra renes alterantia confortantia . et quaſi
ſtupefactiua ne magnitudo doloris uirtu
tem abiciat. ſecūdo applicētur criſteria ꝓp
ter cauſam antecedentē. tertio dentur diu
retica et aperitiua ꝓpter cāꝫ cōiunctā et il
la ſint ꝑtim diuř. et parti uētris lenitiua.
Igiť iſta ꝑ ordinē ꝓſeq̄mur. qꝛ igiť cā eſt
ca. apponamus ab ex͞t emplſa frigida ſtipti
ca aromatica et parti narcotica . qꝛ licet ſit
oppilatio rōe debilitatꝭ mūdificatīe nihilo
minus ī renibꝰ fit dolor nimius diſſoluēſ
et rarificās et ꝓprie uirtutē debilitās calo/
rē naturalē et ſpūꝫ exalādo. hꝰ igiť ſit me
dicamē cuiꝰ ꝑceptō talꝫ ē. ℞. boli ar. corā

preparati ſand. ſ magazir roſaꝝ ru. electa.
ſeminis papaueris albi an̄. ℥. i. tunc ex alia
parte. ℞. pſilii fenugreci ſe. lini an̄. ℥. ſ. tē
peretur in fece aceti et olei ro. et fiat mucil
lago et tunc accipiatur illa mucillago et cū
predictis incorporetur et modico cere fiat
emplaſtrum extendatur ſupra pannum de
bombice et renibus applicetur ¶ Secundo
fiat criſtere cuius receptio ſit talis. ℞. mal
ue mercurialꝭ uiolꝭ. an̄. m. ii. ſuci blete lib.
ſ. ſalis mellis an̄. ℥. ſ. uiolꝭ. ℥. iii. fiat deco
ctio uſꝗ ad lib. i. et colctur et colature ad
datur electuarium de ſuco ro. caſſiefi. mū.
an̄. ℥. i. et fiat criſtere et iſtud fiat bis uel
ter ſi neceſſarium fuerit. Tertio dentur ꝑ
tim diuretica et partim laxatiua. ℞. liton
tipron electuarii ducis an̄. ℥. i. dyaprunis
oxi laxatiui trifere ſarrace. dyarodon ab
ba. an̄. ℥. i. et. ſ. miſceantur et dentur una
uice cum uino albo aut cum brodio cicerū
aut brodio pulle ab. ℥. ſ. uſꝗ ad. ℥. i. ſecun
dum exigentiam patientis. Quarto ꝙ ſi
ex ordine iſto dolor plenarie non ſedetur
ꝙ intret balneum ubi fuerit camomi. me
lilotum et ro. et nenufar uſꝗ ad lib. ſ. et
ꝙ exeunti qualibet uice detur de confecti
one immediate dicta et ꝙ utatur dieta te
nui ſicut pullꝭ et ordeato et aqua ordei ſpi
nace et lacte amigdalarū et cōſimilia. Iſta
igitur fiant in tempore paroxiſmi uirtutē
confortando ſemper ne deficiat ratōne ni
mie inanitionis cum ut plurimum ſit pa
roxiſmus cum proſtratione appetitus. In
tempore autem interpollationis ſic operā
dum eſt ꝙ digeratur materia partim cum
ingroſſantibus ꝓpter materiā antecedentē
ne fluat ad locum. et partim cū diureticis
et aperitiuis ꝓpter materiā coniunctā ita
ꝙ illa non excedāt in calore. recipe igitur
digeſtiuū tale. ℞. capillo. ue. re. endiuie ſca
riole lactuce ro. uiolꝭ. an̄. m. i. ſe. malue ſe.
portula. ſe. milii ſolis ſe. ſaxifragie corian
dri preparati ſe. cito. roſarū ru. electa. qua
tuor ſe. fri. mun. maio. et mino. ſe. bruſci.

ſe. ſparagi liquiri. mū. uuarū paſ. enuc. an̄.
℥. i. panis zuccari mellis ro. an̄. lib. ſ. et. ℥.
ii. fiant ſirupi quaſi lib. ii. ¶ Materia dige
ſta purgetur ſic. ℞. electuarii de ſuco roſ.
ʒ. ii. trifere ſarrace. reubar. ℥. ſ. dyaprunis
confecti cū dyagridi. ʒ. iii. miſceatur et ex
bibeantur et ſi ſatis non duxeris addat in
ſecunda uice maſticis dyagridi an̄. ℈. i. et
ita addatur et diminuatur iuxta diminu
tionem patientis et conditionem tempori
preſentis quare iſta induſtrie medici dere
linquo ¶ Poſt hec autem fiat ſtupha et in
ſtupha ponantur omnia que ponūtur in ſi
rupo preter q̄ zuccarum ⁊ mel ſed ꝙ tripli
centur omnia et exeunti a balneo qualibet
uice exhibeatur ſibi. ʒ. i. rubee trociſcate cū
decoctione milii ſolis et ſaxifragie. Item
tertia die poſt fiat flebothomia de utraꝗ
ſafena exteriori in tempore interpſationis
cum nō eſt in renibus magnus calor imo
uidetur multis ꝙ cauſa ſit frigida ex eo ꝙ
urina eſt remiſſa et aliquādo eſt tenuis et
aliquando ſpiſſa. Confortetur calor natu
ralis renum cum iſto unguento. ℞. mirre
balſami coriandri preparati roſarum rube
arum electarum ſandali citrini an̄. ℈. ii. xi
lobalſami an̄. ℈. ſ. olei mirtini et modicū
cere et fiat unguentū. Poſt omnia iſta ſu
pradicta facta et executa ī tempore inter
pollationis inungantur renes et ſpina dor
ſi cum unguento dicto immediate. Regi
men autē eſt ꝙ uitet omnia que reſoluūt
corpus et calefaciunt et diſſoluunt et ape
riunt quia iſta ſumme ſunt nociua ſicut la
bor nimius et exercicium uiolentū et coi
tus et balneum niſi ſecundum ordinatio
nem dictam in tempore paroxiſmi et ui
tet iram ſumme et ſollicitudinem et om
nia accidentia anime preter quam gaudiū
et uitet iacere et dormire ſupra dorſum ⁊
uitet omnia calida ſicut ſunt cepe et alea ⁊
porri et piper et ſiſia. et uitet oīa groſſa ni
mis et uiſcoſa ſicut ſūt caro bouina et po
tiſſime antiꝗ et potiſſime ſalſa et carnes porci.

recentes niſi ſalitas per q̄tuor dies et uitet
caules caſeum legumina et offas et nimiaꝫ
repletionem cibi et potus et nimiū frigus
et nimium calorem .et uitet fructus ī uia
cibi niſi ſint in uia medicationis ¶ Dieta
igitur nō ſit nimis diure. et aperitiua ut nō
fluat materia ad locū nec nimis groſſa ut
non generet oppilationes .aliquādo igitur
īgroſſatiua ꝫ aliquādo aperitiua aut ſimꝉ
utrunq̄ . vtatur igitur ſalſamento. ſcilicet
coriandro preparato et menta et cardamo
mo aceto agreſta aut aqua limonū .et pōt
uti agno groſſo et uitulo lactante et om/
nibus auibus preter q̄ degentiū in lacubus
et poteſt aliquando uti piris et cotanis et
dactiꝉ et pineis et fiſticis et caricis et uuis
paſſis et ouis ſorbilibus ſine albumine .et
piſcibus ſquamoſis de locis petroſis et aq̄s
mundis currentibus longe a ſtagnis et vi
tet omne ferculū factū de paſta et omneꝫ
panem azimū et omnē pinguedinē et uta
tur renibus animaliuꝫ ſiue aſſis ſiue elixis
et utatur auicula q̄ dicitur cauda tremula
ſiue ſit recens ſiue ſalita ſiue puluerizata ſit
tanq̄ puluis et non ſit aduſtus. et utaꝛ tro
ciſcis frigidis de ſanguine irci antiqui nu
triti cuꝫ herbis diureticis diſtemperatis cū
ſero caprino et ita curabitur . et ſubiunga/
mus hic quoddaꝫ aliud exemplum quan
do cauſa eſt frigida. ¶ Tractatus de dolo
re renum peryodali et apparitione propter
oppilationem renum et uenarum ex cau/
ſa frigida. Imprimis igitur ordinetur die
ta et incipiamus ab aere ¶ Aer ſit ſubtilis
et clarus et quietus et uitet aerem uentoſū
multe caliditatis et multe frigiditatis. De
pane panis ſit de tritico de terra leui mō/
tuoſa et ſit panis bene coctus bene fermē
tatus et cum temperata q̄titate ſalis vitet
omnem panem azimū et omnem cibum
frigidum de paſta et cruſtas arthocrearum
et lagena et omnem cibum factuꝫ de fru
mento niſi ſit ſolus panis . De uino. vinū
ſit albū claꝝ ſubtile et odoriferū bene ma

turū et nullo mō nouū. et uinū fiat artifi/
ciale in uindemiis colligantur uue albe be
ne mature et exprimantur et cum muſto
ad ſimul ſtandū et buliendum iſta reponā
tur. ℞. florum borra. anthos ſaxifragie pi
pinelle milii ſolis aniſi maratri zinzi. ſpic.
nardi cinamomi caſſieꝉ. calami aromatici
leuiſtici piperis albi . an̄. lib. ʒ. conquaſſenē
et pulverizentur in muſto uini albi reponā
tur ubi poſſūt eſſe uini ſarcinace due et po
tet mane et ſero ſtomaco uacuo ī tempoꝛ
frigido ciathum unū. ¶ De aqua aqua ſit
dulcis clara fontina nullo modo turbata.
et fons ſit diſcoopertus et currat uerſꝰ ori
ens . ¶ De carnibus carnes ſint ſicut ſunt
galline perdices faſiani aues minute degen
tes in campis uitulus lactans et edulus .et
muntonenſis . De ſilueſtribus non utatur
niſi eſſent iuuenes lactantes ſicut ceruus ca
preolus et cuniculus et utatur ſuper omnia
illa parua auicula que dicitur cauda tremu
la ſiue ſit recens ſiue ſalita ſiue aſſa ſiue eli
xa ſiue quocunq̄ modo et ideo ponatur il
la auicula in olla noua in furno et aſſetur
ſed non nimis ꝙ aduratur et poſtea pulue
rizetur et illo puluere utatur . ¶ De piſcibꝰ
uitet omnes piſces q̄tum erit poſſibile et ſi
contingat uti utatur piſcibus ſquamoſis d̄
aquis mundis currentibus longe a lacubus
et ſtagnis et ciuitatibus et tunc addaꝛ me
dietas uini ſi coquātur in aqua et coquanꝛ
cum petroſilio multo et ſale uel aſſenē uꝉ
frixentur in craticula ferrea . omnes alios
piſces uitet . ¶ De leguminibus uitet om/
nia legumina preter quā brodium ciceruꝫ
et tunc decoquantur cum petroſilio . De
oleribus ¶ Vtatur boraginibus bletis ſpi/
nargiis ortulanis feniculo petroſilio ſerpil/
lo iſopo ſaluia menta ſparago maiorana.
baſilico . omnia autem alia olera uitet. Vi
ter uniuerſaliter quantuꝫ erit poſſibile om
nes fructus . niſi quia poteſt uti ceraſis
dulcibus et prunis et uuis paſſis et caricis
Et poſt cibum modicum ualde de piris.

uel cotanis coctis .unum bolú tm̃ cũ mo
dico caſeo butiroſo . Vitet omnẽ cibũ pa
ratú in galatina ſemper ſit contentus uni/
co cibo et ſi gratia temporis uel loci aut ꝑ
ſone aſſumit plura cibaria preponat ſemꝑ
cibum ſubtilem groſſo et maſticet cibum
bene et non cenet illa die et cena ſit ſemꝑ
modica . Somno aũt utatur nocturno et
non diurno niſi ita eſſet ꝙ non dormiuiſ
ſet de nocte et tũc poteſt dormire de ma
ne uſqꝫ ad terciã et non dormiat ſuꝑ dor/
ſum . Vtatur exercicio ante cibũ ita forti
ꝙ aliquantulũ excedat temperamẽtũ poſt
cibum aũt non niſi paulatine deambulan
do . utatur gaudio et leticia et uitet iraꝫ et
ſollicitudinem et omnẽ nimiam curioſita
tem . Viſo de regimine uideamus de me
dicaminibus . nunc autem aliter operandũ
ẽ in tempore paroxiſmi aliter in tempore
interpollationis et ideo in tempore inter/
pollationis bis in tempore autũnali . et bis
in tempore uernali uel quolibet menſe po
teſt preſeruari per hunc modũ . utatur uo/
mitu ante cibũ et poſt cibum . et cibus ſit
bleta cocta et piſces ſalſi . deinde ſumat ſu
cum mediane corticꝗ ſambuci q̃tum tenet
teſta oui et euomat uel cuꝫ decoctõne ſal
uie atriplicis et rafani et olei et aceti uſqꝫ
ad ciathum unum . et fiat quolibet menſe
non ſeruando tempus certum ratione ma
le conſuetudinis et eſt theſaurus curationis
et preſeruationis in hac cura . deinde dige
ratur materia per hunc modum . ℞ . creta
mi marini tribuli marini pinpinelle ſaxi/
fragie milii ſolis añ . ɱ . iii . radicuꝫ bruſci
ſparagi ſeminis apii feniculi petroſilii yſo
pi origani calamenti ſerpilli añ . ɱ . i . qua/
tuor ſeminum frigidoruꝫ maio . et mino .
ſeminis bruſci ſeminis ſparagi . xilobalſa/
mi carpobalſami . ſpice nardi . ſpice celtici
ſquinanti calami aro . aniſi maratri ameos
ſiſele . añ . ℥ . i . chimi epithimi polipo . añ . ℥ .
ii . aceti albi lib . ʃ . zuccari melſ ro . añ . lib .
i . fiant ſirupi fere lib . iii . et utatur eo ma/
ne et ſero longe ante cibuꝫ . Materia dige
ſta purgetur ſic . ℞ . agarici turbit aloe añ .
ʒ . ii . eſule . ʒ . i . zinzi . ani . cinamomi ſe . mi/
raſol . añ . ℈ . ii . conficiantur cum oximelle
ſquillitico et fiant pillule et dentur quali/
bet uice tertia pars huius confectionis et
plus uel minus ſm̃ conſiderationem parti
culariũ . quo facto ponatur in ſtufa et ibi
ponantur omnia que in ſirupo niſi ꝙ du/
plentur preter q̃ et zuccarum et mel et ſtu
phetur ſtomaco uacuo . et exeũti a ſtupha
qualibet uice detur ſibi . ℥ . ʃ . huius electua
rii . ℞ . litrõtipon electuarii ducis . añ . ʒ . ii .
dyaprunis oxi laxatiui trifere ſarraceni . ca
tartici imperialis dyanthos cuꝫ muſco pli
ris cũ muſco añ . ℥ . i . miſceantur et iſtud ẽ
tante uirtutis ꝙ etiam per ſe curaret ſine a
lio medicamine et poteſt eo uti tempore
paroxiſmi et tempore interpollationis de
duobus in duobus diebus uel in tribus cuꝫ
ſero caprino uel uino albo uel brodio cice
rum et poteſt addere uel minuere ſm̃ con
uenientiam particulariũ . Intelligendũ eti
am ꝙ uſus trociſcorũ ſanguinis ircini ꝑ ſe
curat . ℞ . igitur ircum antiquum et nutria
tur ordeo petroſilio feni . pinpinella ſaxi/
fragria milio ſol . uerbena filipendula et ſi
milibus diureticis et poſt longum tempo
ris huius acceptionis decolletur et primus
ſanguis et ultimus abiciatur et medius reſ
uetur et fiant trociſci et deſiccentur in um
bra in loco ſicco aliquo non uentoſo et in
ungantur cum balſamo et utatur eis cum
uino decoctionis cretani marini . Inungã
tur renes ſic . ℞ . balſami . ʒ . i . mirre corian/
dri preparati ro . rube . electa . añ . ℈ . ii . et ad
datur oleum de camomilla . et modicum
cere et fiat unguentum . utatur etiam tali
ſalſamento . ℞ . zinziberis trium generum
piperis gariofali cinamomi electi ſpic . nar
di añ . ʒ . ii . aniſi maratri cimini yſopi men
te ſaluie ſerpilli . añ . ℥ . ʃ . zuccari . ℥ . i . et . ʃ .
croci . ʒ . iii . fiat puluis et ponatur in ſaculo
de alluta

Viſo de regimine preſeruatiuo in tempo
re interpoſ ͦonis uideamus de curatiuo ĩ tē
pore paroxiſmi . Imprimis igitur fiat cri
ſtere . ℞ . abrotani malue uiol' mercurialis
ſticle ſaxifragie milii ſolis . añ . ꝑ . i . aniſi
maratri cimini ſe . rute añ . ℥ . i . olei uiolati
℥ . ii . mellis . ℥ . ii . fiat decoctio et coletur ꝫ
colature addatur benedicte . ℥ . i . et fiat cri
ſtere . ſecundo detur cum electuario ſupra
dicto . ℥ . i . uel circiter cum uino decoctio
nis cretani marini ¶ Tertio fiat balneum
et ibi ponantur herbe et ſemina que ſupe
rius dicta ſunt in ſirupo et poſt exituꝫ de
tur de electuario predicto et inungantur
renes cum iſto oleo . ℞ . olei de camomil'
olei de ſcorpione añ . ℥ . ii . olei ro . olei mir
tini añ . ℥ . i . miſceantur . quarto fiat talis o
peratio . ℞ . coriandri iuſquiami pſilii ſaxi
fragie milii ſol' aniſi maratri fenugreci ſe .
lini añ . ℥ . ii . conquaſſentur et buliant in o
leo et aliquantulū exprimatur et calidum
ponatur una pars ſupra uentrem et alia ſu
pra dorſum . et iſta totiens reiterentur do
nec perfecte curentur . Vltimo ſi dolor ñ
ſedetur utatur motu agitatiuo ut' in curru
uel equo male ambulante et trottante
CLARIFICATIO . Intelligendum
ꝙ morbus officialis non eſt cā doloris re/
num niſi per accidens quoniam cauſa do/
loris non eſt niſi duplex et morbus conſi
milis et morbus cōmunis . ¶ Secundo no
tandum ꝙ dormitatio accidit in oppilatō
nibus renum ex hoc quia ſpiritus non po
teſt penetrare . ¶ Tertio notandū quomo
do competant diuretica in paſſionibus re
num quoniaꝫ ſi materia eſt reumatica nō
competūt diuretica ſi aūt non eſſet reuma
tica tunc aut eſt cum oppilatione . et tunc
competunt diuretica in parua ꝗtitate cuꝫ
multis lenitiuis . et ſi ſit ſine oppilatiōe cō
petunt diuretica in declinatione et cū tem
peramento . ¶ Quarto intelligendū ꝙ do
lor renum et colice ꝗtūcūꝗ ſunt ex par/
te uentoſitatis quilibet eſt deambulatiuus
cum uapor uentoſus de facili moueatur ꝗ
tum tamen eſt ex parte loci dolor renum
eſt fixus . ſed dolor inteſtinorum ē deam
bulatiuꝰ cum inteſtina circuant partē dex
tram et ſiniſtram . ¶ Quinto aduertendū
quoniam licet dolor renuꝫ frequentius ac
cidat ex ſtomaco frigido dolor tamen in
terior prouenit ex calido quia frigiduꝫ ſtu
pefacit ſenſum et remouet ipm̄ caliduꝫ ta
men augmentat ſenſum et pūgit et ſtimu
lat . ¶ Sexto notandum quoniam licet do
lor renum in iuuenibus ſit ſine conuenien
tia particularium in ſenibus ſit cum cōue/
nientia particularium . quia tamen uirtus
fortis curat morbos . et ſenes ſunt debiles
ideo difficilius curabitur dolor renum i ſe
nibus et facilius in iuuenibus propter uir/
tutis fortitudinem licꝫ eſſet contra conue
nientiam particulariū

¶ De apoſtemate renum et ueſice et partiuꝫ
uicinarum eius

INtelligendum ꝙ renes aliquando
apoſtemantur a parte gibboſa et ali
quando a parte panniculi et tūc eſt
magnus dolor . aliquando ex parte conca/
uitatis et tunc eſt magnus dolor . et aliquā
do ex parte lumborum et ſunt partes ad/
iacentes renibus et aliquando fit apoſtema
in uia media inter renes et ueſicam . et ali
quando apoſtematur ueſica et tunc uehe/
mens fit dolor ſicut dolor uehemens par/
turientis propter ſenſum membri . CAV
SA . Cauſa autem exterior poteſt eſſe ca/
ſus et percuſſio et inepta equitatio et mul
ta conſimilia . Cauſa interior poteſt eē cō
geſtio et materie deriuatio que aliquando
eſt calida aliquando frigida . SIGNA .
Signum autem ꝙ apoſtema ſit in renibꝰ
eſt pondus et aggrauatō in parte illa et fe
bris continua et dolor uehemens . Sed ꝗ̀
ſit pars apoſtemata diſcernitur quia ſi ia/
ceret in altero laterum ſentit pondus et ag
grauationē et quaſi pondus ſuſpenſus qm̄

apoſtema eſt in altera parte et ita de altera et ita quando eſt in utraqꝫ parte et ſi ẽ in rene dextro tunc aſcendit dolor uſqꝫ ad epar et ſi eſt in rene ſiniſtro deſcendit dolor uſqꝫ ad ueſicam. et ſi eſt in ueſica ẽ dolor in pectine et peritoneõ et aſcendit uſqꝫ ad renes et mingitur urina cum difficultate . Et ſi apoſtema eſt de cauſa calida fe. eſt fortiſſima cuꝫ dolore acuto fortiſſime pungitiuo . et ſi cauſa eſt frigida oĩa ſũt remiſſa . Et ſi debeat terminari per ſaniẽ ſignum eſt quia fe. fortificatur et calor et pulſatio eſt in loco et ſi rumpatur ſignum eſt quia tunc eſt tremor . et urina apparet ſpiſſa cõfuſa ſanioſa ſanguinolenta et multa . Signum autem cõmune iſtorum apoſtematum eſt frigiditas extremitatum

PRONOSTICATIO . Signum aũt euaſionis eſt cum febris minuatur et accidentia mitigantur et cum urina eſt multa cũ bona reſidentia aut ſanie alba equali et ſine fetore. quando autem urina eſt globoſa aut cum ſanie fetida . aut cum urina eſt alba et tenuis et febris non alleuiatur nec accidentia mitigantur tunc ẽ ſignũ mortiꝭ Et quando egritudo prolongatur et urina eſt alba et tenuis et coxe macerantur ſignũ eſt incuratõnis apoſtematis illarũ partium in corporibus macilentis ſunt ualde perículoſa quia deficit eis calor et humiditas ad digerendum propter tales paſſiones in ſenibus dure ſunt ad curandum . Preterea apoſtema cum rumpitur mittitur aliquãdo materia uerſus epar et ita uadit materia ꝓ ſus inteſtina et ſtomacum et tales terminationes ſunt male.

CVRATIO. Imp̃mis igitur ſi uenter eſt conſtipatus fiat criſtere de malua mercuriali uiolis oleo uioꝭ caſſiafiſtula et tamarindis et ſi habeat fluxum uentris fiat ſirupus de ſuco ro. et mirtilli. et ſumac et pane de zuccaro . deinde ſi cauſa eſt calida et alia particularia conueniant fiat flebothomia de baſilica eiuſdeꝫ lateris et ſi ulterius indiget fiat de ſafena eiuſdem partis . deinde fiat talis ſirupus. ℞. portulace lactuce capillorum uene. re. añ. lib. ſ. quatuor ſemi. fri. ſe. papaueris albi dragaganti ſe. malue liquiritie munde. paſſularũ enuclea. ſe. endiuie ſe. ſcariole ſe. portulace añ. ʒ. i. panis zuccari lib. ſ. fiat ſirupus . deinde purgetur ſic. ℞. floruꝫ borra. uiolarum liquiritie munde mucillagis. pſilii ordei drag. añ. ʒ. i. fiat decoctio cum ſero caprino et in decoctione reſoluatᷣ caſſiafiſtula munda tamarin. añ. ʒ. i. et detur in aurora . deinde fiat emplaſtruꝫ. ℞. malue biſmalue coriandri recentis mucillagi. pſilii et citoniorum ordei mundi medulle cerui et uituli olei ſiſamini farine ordei et tritici et fiat emplaſtrum. et ſi dolor ẽ uehemens addamus ſemen papaueris albi et corticum mandragore . et cuꝫ uenit ad ſtatum fiat emplaſtrum de caricis cum aqua mellita . Vel fiat emplaſtrum de radice lilii fenugreci et ſe. lini et oleo ſiſamino et in declinatione addamus aniſum ſpi. nar. et demus ad ſorbenduꝫ ſucum feniculi cũ lacte quoniam abſtergit et mũdificat idẽ facit ſerum caprinum . Cibus ſit ordeaceus auenatum amidum ſpinargia atriplices lac amigdalarum brodium parue pulle in caſu ſuo. Et eſt intelligendum ꝙ aqua per ſe multum nocet in apoſtematibus renuꝫ et ueſice et uinum ſimiliter niſi in declinatione et diuretica ſimiliter niſi in declinatione . et carnes ſimiliter nocent et medicina laxatiua fortis dentur igitur lenitiua . Competit igitur aqua ordei et ſerum cap̃num et aliquando multa aqua cum modica quantitate mellis confert etiam potare ut minus poterit . balnea non competunt niſi in declinatione. tñ ubi ẽ dolor intollerabilis omnis ordo ſpernitur . et ideo põt ſedere in aqua ubi ſit malua biſmalua coriandrũ papauer et emplaſtretur locus cũ farina papaueris et odei et modico opii. Si autem cauſa eſſet frigida compacta melãcolica quod diſcernitur quia egritudo pro

longatur et urina eſt alba et tenuis et ſen/
tit magnã grauedinẽ et pondus ſine mag
no dolore et ſentit quendaꝫ ſtuporẽ et in
feriora macerantur. tunc in iſto caſu uirtu
te forti poteſt fieri flebothomia poſtq̃ cru
ditas fuerit aliquo modo digeſta et inun
gantur loca cum oleo nardino coſtino ca/
momil. et emplaſtretur cũ caricis et radice
lilii et fenugreci et ſe. lini. Deinde empla
ſtretur cũ armonia. bdellio et ſerapino fiat
ſirupus de abſinthio mẽta et radice lilii et
ſe. frigi. liquiri. mun. et uuis mundis zucca
ro et melle et ſero caprino fiãt criſteria cũ
adipibus. Vitetur omne quod ẽ fortis uir
tutis iniungatur quies et ociũ. uitetur om
nis res laborioſa et ãguſtioſa et ſi materia
eſt flegmatica poſſunt addi aliqua diureti
ca ſed in parua q̃titate et purgetur cuꝫ tur
bit et polipodio et fomentetur cũ melilo.
camomillis anthos et floribus utriuſqꝫ ſti/
cados. ¶ CLARIFICATIO. Intelli
gendum quoniaꝫ licet aquoſitas continue
tranſeat per renes uel quaſi tamen apoſte/
ma frequentius generatur ex hu. quoniaꝫ
aquoſitas cito tranſit. ¶ Secundo notãduꝫ
qm̃ qui habet apoſtema in renibus et iacꝫ
ſupra dorſum minus patitur de dolore qꝛ
renes ſunt ĩ ſitu ſuo naturali et minus ma
lum eſſet iacere in parte ſana q̃ egra tamẽ
melius ẽ iacere ſup̃ dorſum. qui aũt habet
ap̃ã in latere ſicut ĩ pleureſi ſi iaceret ſupra
partem leſam aliquo modo aggrauatur cũ
aliqualiter comprimatur. ſed poſtq̃ apoſte
ma lateris eſt confirmatum plus doleret ĩ
oppoſito latere quia materia pendet in pã
niculo ſicut ſarcina et ideo grauat inferio/
ra et ſuperiora. ¶ Tertio notandũ qꝫ ſatis
uidetur rationabile qꝫ in omni apoſtema/
te renuꝫ ſiue calido ſiue frigido coloretur
urina cum ad locuꝫ doloroſum concurrat
calor et ſpiritus et hu. calidi. colerici q ha
bent urinam tingere qui delegantur ad il
la loca niſi crapula aut aliud ſimile impedi
at ſicut ſũt multũ fre. ¶ Quarto conſide
randũ qꝫ ſe. ſequiẽ ap̃a renũ ſiue fuerit ca/
lidum ſiue frigidum ꝓpter mẽbri nobili
tateꝫ et ſenſibilitatẽ et materie putrefactiõ
nem que quidem putrefactio ad cor ptin
gere poteſt propter continuitateꝫ uene chi
lis. ¶ Quinto notãduꝫ qꝫ mollitiua debẽt
primo poni poſtea alia ut dictuꝫ ẽ. ¶ Vlti
mo notandũ quoniaꝫ licet mel de ſe et ſo
lum non competat in apoſtemate renum
et ueſice. nihilominus quando mel ẽ ĩ par
ua quantitate in aqua multa tunc compe/
tit cum habeat mundificare.

¶ De ulceribus renum et ueſice.

VLcera fiunt in renibus et ueſica et
locis mediis. Iſta aũt ueniũt ali
quãdo ab exterioribus et aliquã
do ab interioribus. ab exterioribus ſicut ẽ
plaga percuſſio caſus coitus nimius et me
dicine acute et nimis diuretica et ſimilia.
Si ab intus tũc ẽ aut ꝓpter ap̃a male cura
tũ aut male mũdificatũ aut hu. peccan. ni
mia ſui q̃titate aut ſui mala q̃litate ſicut ẽ
uiſcoſitas et adherentia cũ ſeperãtur aut a/
cumine materie aut lapis cũ diſſoluiẽ aut
ſanies q̃ uenit a pulmone et epate et mul
ta conſimilia. ¶ SIGNA. Si aũt ulcus
fuerit ĩ renibus tũc ẽ dolor ibidẽ et ĩ cox
is et ſanies cũ frigiditate cõmixta cuꝫ uri/
na et contẽta ſunt rubea et urina exit ſine
difficultate. Et ſi eſt in ueſica tũc ẽ dolor
in pectine et ſanies facit reſidentiã et ẽ q̃
ſi ſeparata ab urina et contenta ſunt alba
et urina exit cũ difficultate. Sanies aũt q̃
ꝓuenit a partibus ſuperioribus diſcernitur
p̱ leſionẽ illarũ partiũ. ¶ PRONOSTI
CATIO. Vlcera renum citius curantur
qꝛ mẽbrũ magis carnoſũ q̃ ulcera uiarum
q̃ ſũt inter renes et ueſicã etiã q̃ ulcera ueſi
ce qꝛ ſunt magis mẽbra neruoſa et panni
culoſa. ¶ Vlcera renum et ueſice diuturna
nunq̃ curantur in ſempiternũ quia fiſtula
ta ſunt. in iſtis igiẽ a uanis ꝓmiſſionibus

deſiſtamus. CVRATIO. Imprimis
fiat criſtere ſi uenter eſt uel fuerit conſtipa
tus et hoc cum lenitiuis. deinde fiat uomi
tus et ante cibum et poſt quoniá mirabili
ter proficit in paſſionibus renum et ueſice
et ſi particularia conueniant fiat flebotho
mia et de baſilica et de ſafenis. deíde pur
getur materia peccans ſm exigentiaꝫ hu.
deinde mundificetur locus. Illa auté que
mundificant ſút aqua ordei ydromel aq̃/
ticum decoctio yſopi praſſii ireos capillo.
ue. Ficus autem nó competunt ꝙ lactici
niú habent. Lac aút ſúme mundificat et
ſi timeamus corruptóné lactis apponamꝰ
modicuꝫ de ſale et melle et ſumat ab ube
re q̃tum erit poſſibile. Sit igitur lac loco
cibi et potus et medicine. et poſtq̃ lac erit
ſumptum non ſumat aliquid aliud donec
lac exiuit ſtomacú et epar ſi eſt poſſibile.
Deinde dentur conſolidatiua ſicut é bolus
ſanguis draconis mirra ſpodium roſe et ſi
milia. ante iſta omnia mitigetur dolor cú
narcoticis ſicut eſt iuſquiamus opium má
dragora papauer pſilium ſandal. ro. camo
milla et ſiſia. Deinde faciamus iſtud me/
dicamen quod habet uirtutem omnium
ſupradictoruꝫ. ℞. quatuor ſemi. frigido.
mundato. ſemi. papaueris albi ſe. malue ſe
mi. bombicꝭ ſe. portulace ſe. citoni. mirtil.
dragga. gúmi arabici pineaꝝ mundaꝝ iuiu
be fiſticorú candi. penidi. liquiri. mun. or
dei mundi muſcillaginis pſilii amigdala.
dul. añ. ℥. i. boli ar. ſanguinis draco. ſpodii
roſarum mirre añ. ʒ. ii. conficiantur cum
ydromelle et fiant trociſci et cum uti uo
lueris diſtemperetur unus cum lacte et ex
ibeatur. Et ſi fuerit ulceratio in ueſica di/
ſtemperetur unus cum lacte et proiciatur
per ſtringam. uitet omnia ſalſa et omnia
acuta et omnia acetoſa et omnia que ſunt
uehemementis dulcedinis et omnia q̃ ſút
nimis diuretica. Vtatur ordeato et aqua
ordei et gallinis et perdicibus et auiculis p
uis et ouis ſorbilibus et piſcibus ſquamoſ

de aquis mundis et utatur pineis ſed non
utatur ficubus ut dictum eſt. Et ſi ſanies
eſſet nimis groſſa addatur predictis troci.
yſopus ſpica nardi radix lilii et apii et ſi/
milium. modo igitur utatur mundifica
tiuis et modo abſterſiuis et modo conſo/
lidatiuis et modo dolorem ſedantibus.

¶CLARIFICATIO. Intelligen
dum ꝙ lac ualet in ulceribus ueſice et re/
num pulmonis et aliorum membrorum
interiorum quoniam habet triplicem pro
prietatem ualde neceſſariam uulneribus q̃
niam abſtergit ratione ſeroſitatis. conglu
tinat ratione caſeitatis. et nutrit ratióe bu
tiroſitatis quibus omnibus ulcera indigét
ſicut declarauimus quinto de ingenio cuꝫ
fiebat mentio de ulceribus pulmonis. Et
ualet etiam in idropiſi et ethica et in om
ni conſumptione. non eſt igitur mirabile
ſi mundificet ulcera renum et ueſice. ¶Se
cundo intelligendum ꝙ urina proprie de
natura ſui non ulcerat cum non ſit niſi q̃
dam ſpecies aque ſicut declarat Galie. iiiº
de iuuamentis membrorum. et cum hoc
quia modicum moratur qđ igitur ulcerat
hoc eſt propter humores acutos admixtos
cú aquoſitate uel aliunde fluentes. uel hoc
eſt propter humores groſſos uiſcoſos qui
uulnerant cum uiolentia et ſubito ſeparan
tur. et ex alio cum putrefiunt et corrum
puntur et acquirunt qualitates acutas pun
gitiuas. ¶Tertio notandum ꝙ febris nó
ſequitur ulcera renum quia materia é euẽ
tabilis. et licet ex aliis apoſtematibus et ul
ceribus eorum fiat hoc eſt quia non potue
runt euentari. ¶Quarto aduertendum ꝙ
ſanies renum non fetet ſicut ueſice quia re
nes ſunt carnoſi et calidiores et fortiores
Et ideo poſſunt magis euentari et ma/
teriam depurare. et ideo non fetent ſicut
illa que proueniunt a ueſica cum ſit mem
brum frigidum et carens ſanguine.

¶De minctu ſanguinis

SAnguis apparens in urina aliquan
do ꝓuenit a renibus aliquãdo ab
epate aliquando a ueſica aliquando
a uenis medijs. aliquando eſt purus aliquã
do impurus aliquando cum ſanie aliquan
do ſine ſanie et aliqñ eſt ſicut lotura carnis
CAVSA. Iſtud autem prouenit aliquã
do ab exterioribus et aliquando ab interi
oribus. ſi ab exterioribus ſicut eſt ꝑcuſſio
caſus coitus ſuperfluus et exercicium nimi
um et ocium nimium poſt laborem reple
tio nimia cibi et potus. dimiſſio alicuius
fluxus ſoliti ſicut ſunt menſtrua et emor
roides membrorum mutilatio zc̄. Et ſi
ſit ab intus hoc fit propter nimiam reple
tionem aut humorum acumen aut uento
ſitatem aſcendentem aut ulcus aut apoſte
ma. aut prouenit propter debilitatez renũ
et ueſice et propter ulcera et ita de aliis ꝑ
currendo per ſingula. Et eſt intelligenduz
ꝙ aliquando ꝓuenit per uiaz criſis et mũ
dificationis et aliquando ex ui ſinthoma
tis. SIGNA. Si aũt ꝓuenit ab epate ē
ſine dolore. et ſi a renibus ē cũ dolore renũ
et ſanguis ē purus ſed nõ peruenit ad puri
tatem ſicut cũ ē ab epate nec ad turbilenti
am ſicut cũ uenit a ueſica. et ſi ē a ueſica đ
ſignatur ex dolore partis et turbulentia. et
ſi ſanguis eſt ſicut lotura carnis tunc ꝓue
nit a debilitate epatis et renũ. et ſanguis q̄
to plus prouenit a partibus remotis tanto
plus ē mixtus cũ aquoſitate. et q̄to plus ꝓ
uenit a partibus propinquis tanto minus
ē mixtus. Sanguis cum ſanie ſignificatur
per ulcera aut rupturam apoſtematis. ſang
uis cum uenit multuz et ſubito ſignificat
rupturam uene et quando uenit paulatine
ſignat corroſionem aut deſudationem aut
modicam apertionē uenaruz. Quãdo au
tem prouenit propter repletionē diſcernitᷣ
ex habitudine corporis. et ſi uenerit ex uir
tute mundificatiua diſcernitur ex alleuia
tione et per ea que preceſſerunt. alie autez
cãe ſunt note per iudicia. PRONOSTI
CATIO. Omnis fluxus ſanguinis rubei
et mundi ſi ſit multus ē malus. et fluxus
ſanguinis de ueſica tardius curatur q̄ ab a
liis partibus. Sanguis apparens in urina lõ
go tempore peſſimus ē ꝙ ulcera fraudulē
ta in corpore ſignificat. CVRATIO.
Imprimis fiat flebothomia de epatica et
potiſſime ſi cã eſt recens. Deinde aduertē
dũ ꝙ ſtiptica non debent poni donec uie
urinales ſint mundificate et ſanguis coagu
latus fuerit expulſus. Decoquatᷣ igitur ra
dix yreos et apii et yſopus et liquir. in la
cte et coletur et colatura ſumatur aut ſolũ
lac aut decoctio capillorũ ueneris in aqua
cuz modico melle et multa conſimilia. de
inde utatur iſto medicamine. ℞. quatuor
ſe. frigi. mundoruz ſe. papaueris albi drag.
liquiri. munde maſticis thuris mirre am
bre griſie. añ. ʒ. ii. copularum glandiũ ſpo
dii Karabe ſandalᷣ magazir ſandarace boli
ar. terre ſigillate mirtillorũ ſumac coriãdri
preparati añ. ʒ. iii. ſpice nardi ſquinãti añ.
ʒ. S. conficiantur cum ſuco plantaginis et
fiant trociſci et cum uti uolueris diſtempe
retur unus cum lacte et exhibeatur uel ꝓ
iciatur per ſiringam. Et ex iſtis poteſt fi
eri emplaſtrum et ꝙ ponatur ſupra parti
culam patientem accipiatur unum uꝰ mỉ
tum iuxta conuenientiam particularium.
CLARIFICATIO. Intelligendum
ꝙ q̄uis ita eſſet ꝙ uene non eſſent in ſup
ficie concaua uiaruꝫ per quas tranſit urina
ad ueſicam tamen intus in profundo ſũt
a quibus poteſt fluere ſanguis et reſudare
ad viaz et ita ſanguis poteſt prouenire ab
illis uiis et ſi ſint ibi uene tanto melius q̄
niam poſſibile eſt ꝙ ſanguis qui venit a
vena hili cũ aquoſitate non ſufficeret ad
nutriendum illas uias. ¶ Secundo notan
dum ꝙ ſanguis q ꝓuenit ab epate eſt ſi
ne dolore aut cum modico dolore. quia
epar nõ ſentit de ſe licet ſentiat ratiõe pan
niculi. ¶ Tertio aduertendum ꝙ ſanguis
et ſanies qui prouenuint a ueſica non ſunt

mixta ſed ſeparata et hoc ē propter ſangui
nis groſſitiem et eius turbulentiam . Sāg
uis autem renum et epatis eſt magis ſubti
le et ideo citius permiſcetur et etiam ꝓpē
uie longitudinem . ¶ Quarto notandum
ꝙ ulcera ueſice tardius curantur propter ſu
am naturalem complexionem frigidaꝫ et
propter humiditatem extraneam aquoſaꝫ
que conſolidationem ulcerum impedit re
nes autē ſunt calidiores et habent plus de
humiditate generali que facit ad uulneruꝫ
conſolidationem. ¶ Vltimo notandū gra
tia materiē ꝙ ſanies licet ſit calidior calidi
tate accidentali q̄ flegma nihilominus ſa/
nies poſita in aqua petit fundum propter
ſui terreſtritatem et globoſitatem et maio
rem aduſtionem et incinerationem et ꝓp
ter hoc eſt malum ſignuꝫ in ptiſi . flegma
autem calidius eſt caliditate naturali et eſt
magis aereum et non eſt ita conglobatuꝫ
et ideo ſupernatat .

¶ Capitulum de lapide renum.

LApis eſt morbus officialis in nume
ro addito preter naturam. Intelligē
dum ꝙ lapis generatur aliquando ī
ueſica aliquando in renibus et in multiꝭ cō
cauitatibus ſm Galie ¶ CAVSA. Cau
ſarum quedā ſunt immediate quedam re
mote . Cauſe imediate ſunt tres materia
groſſa uiſcoſa ſicut ē flegma aut ſanies aut
melancolia aut ſanguis groſſus . ſecunda cā
eſt calor excedens . Tertia cauſa eſt ſtrictu
ra meatuum . Modus autem generandi ē
iſte cum aliqua materia uiſcoſa groſſa ad/
heret in aliquo meatuum et calor eſt fortiꝭ
tunc intendit illam materiam digerere et
commouere et aſſimilare ſi non poteſt ꝓp
ter impedimentum materie et tunc reſol/
uit quod eſt ſubtilius et remanet reſiduuꝫ
groſſuꝫ et ita induratur et lapificatur. Cau
ſe aūt remote ſunt quedā intrinſece et que
dam extrinſece. Extrinſece ſicut eſt omis
ille cibus q generat groſſū ſanguinē ſicut ē
panis azimus ꝛ opacus vinū nouū et uinū
groſſuꝫ et aqua turbida et caſeus antiquus
et faba fracta et alia legumina et aues de/
gentes in aquis . carnes animalium ſiluestri
um et piſces beſtiales ſine ſquamis et ſimi
lia . Cauſe autem intrinſece ſunt indige/
ſtio et humorum cruditas et emplaſtra et
d̄bilitas uirtutis expulſiue et quādo iſta cō
ueniūt lapis eſt de prope. SIGNA. Sig
na generationis lapidis ſunt . Cum enim
urina eſt turbida ſpiſſa cum arenis multis
et ſubito efficitur tenuis cum dolore illarū
partium proculdubio lapidem ſignant ge
neratum et ubi lapis eſt generatus ſi ueni/
unt arene multe cum urina ſpiſſa diſſolu/
tionem lapidis ſignificant . Attamen itel
ligendum ꝙ illi in quibus arena multa ap
paret et urina eſt ſpiſſa raro incurrunt lapi
dem tamen ſi incurrāt durior erit inter a
lios . differt lapis ueſice a lapide renum q̄
niam lapis ueſice uergit ad maiorem a'be
dinem et eſt durior et maior . lapis autem
renum eſt mollior et uergit ad rubedineꝫ
et eſt minor . Signum autem diſtinctiuū
ꝙ lapis ſit in ueſica ē dolor pectinis et pe
ritineon et ſemp appetit mingere et min
git cum difficultate cuꝫ mingit appetit aſ
cellare et exit anus . et ſi fuerit in pueritia
patitur prurituꝫ in radice uirge et erigitur
uirga et cogiē fricare cottidie radicē uirge
Intelligendū tamen ꝙ dolor aliquādo in
terpollat plus aliquando minus et quando
lapis ueſice eſt paruus ponit ſe in uia urine
et eſt peior q̄ magnus ꝛ inducit dolorē in
tollerabilem . quando autem dolor eſt in
renibus tunc eſt dolor uehemens in ſpina
dorſi et in anchis et uidetur ſibi ꝙ conti/
nue pungatur et deſcendit aliquando ad ī
feriora . Et eſt intelligendum ꝙ lapis re/
num generatur frequenter in pinguibus et
ſenibus propter debilitatem uirtutis expul
ſiue ad diſtantiam remotam . In maci/
lentis autem et pueris et iuuenibus frequē

tius accidit in ueſica quia uirtus expulſiua
expellit lõgius. PRONOSTICATIO
Lapis renuꝫ et ueſice eſt morbus bereditarius
ſicut dicit Auicen. ¶ CVRATIO.
Imprimis utatur dieta contraria cauſe generanti.
utatur igitur dieta ſubtili et facil
digeſtionis et ſeruet quantitatem qualita/
tem et ordinem in omnibus ſex rebus nõ
naturalibus. deĩde utatur ſuppoſitoriis. de
inde criſteribus pinguibus et lenitiuis. deĩ
de utatur uomitu quod mirabiliter cõfert
Et ſi contingat accipere laxatiuuꝫ fiat de/
bile et lenitiuum ſed raro accipiat qꝛ ma/
teriam trabit ad locum circa dolorem et
ſintbomata. Deinde talia faciamus portetur
in q̃driga aut in equo trottante et male
portante et deſcendat per gradus et loca
decliuia deinde balneetur uſqꝫ ad umbili/
cum et in balneo ſit malua biſmalua pari
taria cretamus marinus tribulus marinus
camomilla melilotum anthos et exeunti
a balneo emplaſtretur cum fenugreco et ſe
mine lini et oleo ſiſamino. Deinde exibeatur
ſibi tiriaca recens. Deinde ueniamus
ad aliud ſinthoma. aliquando lapis eſt in
collo ueſice et non poteſt mingere tunc ele
uentur anche fortiter et concuciatur et fri
cetur uirga et pecten ut cadat lapis ad con
cauitatem ueſice ut poſſit urinare. Deinde
ad fractionem lapidis ueniamus ſiue intẽ
damus. Et ſi i vrina ſint arenule colemus
vrinã et deſiccemus arenulas et ſi ſint mol
les et quaſi tractabiles magnam ſpem ha/
bere poſſumus de fractione. Si autẽ ſint
ſolide et dure et aſpere timendum ẽ. Illa
autem que ex proprietate et electione et
mirifice frangũt lapidem ſunt lapis inday
cus lapis ſpongie cinis ſcorpionis cinis le/
poris combuſti cinis teſtarum ouoruꝫ a q
bus exiuerunt pulli. cinis auicule que uocatur
cauda tremula. ſanguis ircinus aqua ra
fani diſtillata lingua ſerpentis illa ſcilicꝫ q̃
ualet contra uenenum. Sed quia iſta cura
eſt valde difficilis. ideo nullus debet habe
re pro malo ſi curam diligentiſſime magis
particulariter proſequamur. ¶ CVRA/
TIO. Curatio lapidis eſt triplex. quedaꝫ
preſeruatiua. quedam doloris mitigatiua
et quedam uere curatiua. Doloris mitiga
tiua eſt cum aufertur urina et eſt magnus
dolor in pectine et locis uicinis. et tunc fi
ant iſta. Vtatur balneo et ſint ibi malua
biſmalua ſemen lini ſemen altee tribuli
marini et campeſtris aniſi cimini an̄. lib.
S. et ponantur iuxta pectinem et embro/
cetur locus frequenter et cadat aqua ſupra
pectinem frequenter ex alto. et poſt exi/
tum a balneo qualibet uice utatur tyriaca
uſqꝫ ad. ℥. i. cum brodio cicerum et ſi tyriaca
inueniatur recens tanto melius. Item
fiat emplaſtrum et ponatur ſupra pectinẽ
℞. malue biſmalue ſeminis altee ſeminis
lini caricarum butiri recentis an̄ ℥. i. et fi
at emplaſtrum. et iſta cura uocatur miti/
gatiua ſeu blandiens. et ſi non mitigetur
dolor ex iſtis prouocetur uomitus cum ſe
mine rafani et atriplicis aut mediane cor
ticis ſambuci aut uomica illã ualet tribus
omnibus modis predictis ¶ Item fiat cri
ſtere cum uiolis malua et merculiali et ſu
co blete et oleo uiolato et yera. et de iſtis
quantitas ſufficiens apponatur iuxta medi
ci induſtriam. Si autem uolumus preſer
uare utatur tali dieta. utatur ſi eſt poſſibi
le aliquibus carnibus niſi uolatilium uſua/
lium preter q̃ de illis que in aquis et lacu
bus nutriuntur. utatur brodio cicerum ni
grorum cum oleo de camomillis. Vtatur
uino albo et limphetur cuꝫ aqua decoctõ
nis cicerum nigrorum rafani et folia eius
et aqua eius diſtillata preſeruat a lapide.
Vomitus ſumme preſeruat etiam criſte/
ria preſeruant. Iacere et dormire ſupra uẽ
trem ualet. Auicula illa parua uocata cau/
da tremula multum ualet ſiue recens ſiue
ſalita ſiue elixa ſiue aſſa ſiue deſiccata et po
ſtea puluerizata ſiue in tota ſiue in parte.
Si ircus ãtiquus nutriatur berbis diureti.

ſicut ſeniculo petroſilio ordeo ſaxifraga
milio ſolis bectonica. et poſtea in eſtate ꝯ
coletur et ſanguis per fruſta deſiccetur .et
puluerizetur puluis iſte et preſeruat et cu/
rat .balnea ſulfurea ualent et ſi nō ſint pa
rata buliat ſulfur in aqua et ſpongia intin
gatur et pectini applicetur . Cura autem
lapidis uera conſiſtit in fractione lapidis.
Iſtis predictis preſuppoſitis preſuppoſito e
tiam bono regimine et bona dieta .et ꝙ
corpus non ſit plectoricum nec reumaticū
nec nimis extenuatum et tunc fiant iſta
℞. cineris ſcorpionis .ʒ.ii. cantaridarum
abſciſis capitibus et alis.ʒ.i. ſanguinis irci
exſiccati.ʒ.ii.cineris uitri cineris caulis nō
tranſplātati cineris leporis cineris auis cau
de tremule cineris teſtorum ouorum a q
bus exierunt pulli an̄.ʒ.iii. lapidis iudaici
lapidis inuenti in felle bouis lapidis ſpon
gie piperis dauci carui ſeminis altee gum/
mi arabici ſeminis ſaxifragie milii ſolis ſi
ſeleos carpobalſami xilobalſami ſpice nar/
di capillorum ueneris recentium quatuor
ſeminum frigidorū an̄.℥.i. conficiantur
cum melle roſato ꝙ ſufficit et fiat condi
tum .Et utatur eo ad quantitatem duarū
auellanarum mane et ſero cum aqua deco
ctionis cicerum et tribuli marini . Item
inungatur pecten cum oleo de ſcorpioni/
bus .oleum autem ſcorpionis fit per hunc
modum.℞.ariſtologie gentiane cipri cor
ticum radicis capparis an̄.℥.i.olei amigda
larum amararum lib.i.conquaſſentur for
titer predicta et buliant in predicto oleo
et aqua uſq; ad aque conſumptionem .et
coletur et in colatura ponantur decē ſcor
piones et ponantur in olla cooperta forti/
ter lutata et ponantur in furno unde exi/
uit panis et ſtet ibi per unam noctem .et
de iſto oleo inungatur pecten cottidie bis
uel ter uel lana abluta intingatur in predi/
cto oleo et tepida continue pectini appli/
cetur .Item ſi non poſſit urinare aut quia
lapis eſt magnus et oppilat meatum .aut
quia paruus et ingreditur foramē tunc lo
calia remedia ſunt iſta . Diſponatur cor/
pus ſic ꝙ caput ſit inferius et concutiať ue
ſica et fricetur et comprimatur et tunc la/
pis deſcendet a foramine et poterit min/
gere et erit remedium temporale. Vel ſic
ꝙ digitus ponatur in ano et ꝙ cum digi/
to comprimatur .uel ſic ꝙ accipiatur ſirin
ga et intromittatur per foramen uirge et
ꝙ ſuperius impellatur . Vel ꝙ accipiatur
℥.i.predicti conditi et diſtemperetur cū
aqua rafani et lacte et coletur .et colatura
frequenter per ſiringam iniciatur . Itē uta
tur iſto electuario .℞.electuarii ducis li/
trontipon an̄.ʒ.iii.dyaprunis lib.s.miſce/
antur. Volatilia aſſa et cancri fluuiales aſſi
ſunt cibaria bona in caſu. vomitus poſt ci
bum multum confert . vitet repletionem
nimiam cibi et potus . vtatur exercicio tē
perato ante cibum . vitet omnia cibaria
groſſa ſicut ſunt carnes porcine recentes et
carnes bouine et caſeus durus et oua indu
rata et caules et legumina preter ꝗ brodiū
cicerum . vitet piſces non habentes ſqua/
mas . Vtatur borraginibus feniculo petro
ſilio ſparago origano calamento ſerpillo ra
fano ſpinargiis et maluis.non accipiet me
dicinam laxatiuam . Sed utatur uomitu
ante cibum et poſt cibum ſecundum inter
ualla quoniam totam operationem facili
tat uehementer .Curam autem lapidis fa
ctam manu cyrurgicis quantum eſt de ꝓ
ſenti penitus derelinquo. ¶CLARIFI
CATIO. Intelligendum ꝙ ex materia
cocta ſed non perfecte generatur lapis ta/
men eſt uiſcoſa .ſi eſſet omnino cruda nō
poſſet coagulari propter humidum ſuper/
fluū .ꝙ ſi eſſet ſicca non poſſet condenſa
ri ſed magis puluerizari .oportet igitur ꝙ
ſit uiſcoſa. Cum igitur calor naturalis agit
in materiam crudā uiſcoſam coquit eam
et ita remouet ſubtilius et reliquum rema

net induratum et ita petrificatur . coqtur
igitur ſed non digeritur propter inobediẽ
tiam materie. ¶Secundo notandum ꝙ la
pis ex ſanguine poteſt cauſari igneitate re
mota licet raro. Et iuxta hoc notanduꝫ ꝙ
in mulieribus raro generatur lapis propter
frigiditatem et meatuum latitudinem et
uiarum breuitatem . ¶Tertio intelligẽdũ
ꝙ ad generationem lapidis tria ſunt neceſ
ſaria ut dictum eſt . calor fortis inducens
exalationem partium ſubtilium conſump
tionem ita per conſequens reſiduum in/
duratur et in petram conuertitur frigiduꝫ
autem congelando non poſſet hoc facere
in corpore humano quia uita manente to
ta frigiditas habundare non poteſt nec la
pis diſſoluitur a calido .ſed magis proprie
adhuriẽ quia a frigido non fuit condenſa
tus et calidum bene poteſt mouere a cir/
cumferentia ad centrum ſicut patet in te/
gula ſeu latere cum ponitur in furno cali/
dum igitur eſt cauſa generations lapidis ĩ
corpore humano non frigidũ. ¶Secunda
cauſa generationis lapidis ẽ materia uiſco
ſa aliter non conglutinaretur nec indurare
tur . Tertium quod adiuuat ad hoc ẽ ſtri
ctura loci . Ex predictis ſequitur ꝙ lapis
a melancolia ſola non poſſit generari licꝫ
contrarium ſit dictum in ſententia et eſt
uerum uel de ſola uel de raro . Et ideo
non poteſt generari quia non habet uiſco
ſitatem ſicut flegma .eſt enim magis pul
uerizabilis ratione ſiccitatis q̃ coadunabil'
et licet lapis generetur ex cibis melancoli/
cis hoc non facit quia melancolicus ſed ꝙ
indigeſtibilis et quia inde flegma crudum
generatur .ex omni enim cibo ſiue ſangui
neo ſiue colerico ſiue melancolico ſi nõ be
ne digeratur in epate et ſtomaco generaẽ
humor crudus et talis materia eſt apta ad
lapidis generationem . Et iuxta hoc uidẽ
dum quoniam in ſtomaco licet poſſit eſſe
multa materia flegmatica et calor fortis.
nihilominus meatus ſunt lati et ideo raro
aut nunq̃ poteſt in talibus generari. ¶Se
cundo notandum ꝙ lapis in ſenibus non
poteſt generari ſicut in pueris quoniam li
cet plus habundent in materia flegmatica
calor tamen deficit .pueri autem multum
habent de calore ratione etatis multuꝫ de
flegmate ratione mali regiminis et iõ fre/
quentius lapis generatur. Sed in ueſica fre
quentius quia collum ſtrictum et ibidem
materia aggregatur et ita lapis . Cum aũt
uenerit ad etatem pubeſcentie dilatantur
meatus et ſuperflua expelluntur quare in
aliis etatibus frequentius et magis in reni
bus generantur.

¶De dyabetica paſſione.

DIabetica paſſio ẽ immoderata uri
ne effuſio . Intelligendum ꝙ in
dyabetica paſſione eſt ſitis intenſa
et multũ potatur et ſicut accipitur ita min
gitur .et eſt ſimile de appetitu in cibo ubi
multus cibus accipitur et indigeſtus emit/
titur ſicut patet in appetitu canino. CAV
SA. Cauſa huius paſſionis eſt ut plurimũ
nimia caliditas renum attrahens aquoſita
tem ab epate et epar a ſtomaco et ita ẽ cõ
tinua ſuccio et continua ſitis et ita potus ĩ
ſaciabilis .Confortatur igitur uirtus attra
ctiua renum et debilitatur retentiua et ita
exit cito .ſicut enim potatur ita mingitur
prouenit etiam aliquando ex nimia frigi/
ditate renum et totius corporis . Et ita q̃
niam licet cauſa ſit frigida .tamen aliquã
do non priuatur a ſiti .aliquando eſt cum
ſiti. frigidum enim paraliticans et morti
ficans non permittit continere urinam et
ſic corrumpitur attractiua cum eſt ex cali
ditate ita corrumpitur contentiua cum eſt
ex frigiditate ¶SIGNA . Signa huius
paſſionis ſunt manifeſta .quoniam urina
mingitur in magna quantitate et frequen

ter . Signú aút cãe qm̃ quando é ex calore
ſentitur caliditas in renibus et dolor et pũ
ctura et alia ſigna caliditatis. Si autem fri
giditas ſit in cauſa tunc ſentitur frigiditas
in renibus et in extremitatibus et leditur
a frigidis et iuuatur a calidis. PRONO
STICATIO . Si autem iſta paſſio con
tinuauerit et remediatus non fuerit ma/
ceratur corpus et crura et debilitatur et in
ducit perditionem . CVRATIO. Et
quia iſta paſſio prouenit ut plurimum cũ
calore iõ p̀mo eius curã ptractemus. Im
primis fiat criſtere lenitiuum. deinde pro
uocetur uomitus . deĩde fiat flebothomia
deinde purgetur cuꝫ manna et caſſiafiſtu
la . deinde potet aquã multã frigidã et po
ſtea euomat eã. deinde utatur iſta potione
fiat mucillago de pſilio. deinde. ℞. corian
dri preparati ſpodii coralli Karabe ſangui
nis draconis ſandali magazir añ. ʒ. ii. cam
phore. ʒ. ſ. fiant trociſci cum mucillagine
predicta et diſtemperetur unus cuꝫ lacte
ouino acetoſo vnde butirum ſit extractũ
Deinde confortentur renes ſic. ℞. copula
rum glandium pſidie balauſtie acatie roſ.
boli armenici ypoquiſtidos añ. ℥. ſ. lauda
ni. ʒ. ii. miſceantur cum oleo mirtino et fi
at emplaſtrum . et utatur auenato ordeato
amido citoniis portulaca cucurbitis melo
nibus et utatur uino groſſo cum multa a/
qua uitet omnia diuretica . Si autem cau
ſa fuerit frigida et fuerit cum ſiti tunc cu
ra eſt ualde difficilis . utatur uino odorife
ro et fricentur extrema et ponantur uento
ſe ſupra renes ſine ſcarificatione et eſt ma
teria peccans purgetur cum yerapi. et pro/
uocetur uomitus cum raſano et utatur ſi/
rupo mirtino . Et fiat emplaſtrum de lau
dano et mirra et maſtice thure et nuce ci/
preſſi et aniſo aſſo aſ's ſandaraca et ruta et
menta et fiat balneum de iſtis eiſdem et
fricetur corpus donec rubeſcat . et ſi cauſa
fuerit frigida et ſine ſiti fiat potó de caſto
reo et mirra et piretro copulis glandium.
et coquantur omnia iſta in ſirupo mirtino
et ſumatur mane et ſero . vtatur uitellis
ouorum et gallina pingui et utatur aſſis z
frixis et ſiſibus . CLARIFICATIO
Intelligendum ꝙ in dyabetica primo et
principaliter et potiſſime cum cauſa eſt ca
lida eſt error in attractiua quoniam ultra
temperamentum fit tractus et quia quan
titas eſt nimia ideo ſecundario deficit con
tentiua quare ſicut attrahitur ita eliquatur
et ita corpus deſiccatur et corpus conſumi
tur . Et licet omnino deficiat contentiua
nihilominus fortificatur attractiua proptᵉ
nimiam renum caliditatem nec deficit at
tractiua propter nimium defectum con/
tentiue renum quia principaliter eſt error
in attractiua. ¶ Secundo notandum ꝙ li
cet in lieteria exeat cibus crudus et indige
ſtus et in dyabetica exeat vrina cruda et i
digeſta non tamen ex eiſdem cauſis quoni
am in lienteria fit ꝓpter frigiditateꝫ z de
bilitantem digeſtiuam et contentiuam ſꝫ
in dyabetica fit ut plurimum propter ca/
lorem confortantem attractiuam et ideo
eſt cum forti ſiti et curatur cum frigidis
Patet igitur ꝙ diabetica paſſio ex cauſis ca
lidis proceſſit licet urina appareat multa te
nuis et alba . ¶ Tertio notandum quoni/
am licet cauſa diabetice paſſionis ſit calida
tamen urina non eſt tincta. et licet ſit per
turbatio tamen non eſt ſpiſſa . quoniaꝫ ita
modicam moram contrahit in epate ꝓp
ter uiolentam tractionem ꝙ nihil de hu/
moribus potuit miſceri ut ipſam coloret
et ſubſtantiet . ¶ Quarto notandum ꝙ i
diabetica eſt uehemens ſitis propter ſtoma
ci deſiccationem ſed non eſt fames prop/
ter fantaſticam repletionem que fit a cali/
do . ¶ Quinto notandum gratia materie
ꝙ arenule rubee et ſolide cum apparent in
principio et cum dolore et grauedine renũ
lapidem generandum ſignificant . et ſi diſ
pareant et dolor remaneat lapidem ſignifi
ficat confirmatum . ¶ Et ſi multitudo

poſtea appareat cum alleuiatione dolorum
fractionem et mundificationem ſignifi-
cat. Si autem a principio ſine dolore appa
reant corporis mundificationem. ideꝫ di
co de ueſica cum arenule albe apparent. Et
iſta materia fuit ſuperius ꝑtractata. Vl
timo notandum ꝙ in diabetica paſſione
competit dieta groſſa ut multum moreẽ
et non de facili attrahatur ſed mediocriter
groſſa ne cauſet indigeſtionem.

¶Capitulum de ſtranguiria

STranguiria interpretatur guttati
vrine emiſſio. Intelligendum ꝙ
urina aut mingitur inuoluntarie
aut retinetur inuoluntarie. de inuolunta-
ria retentione agetur inferius. Si autem e
mittatur inuoluntarie hoc eſt duobus mo
dis quoniam aut emittitur in nimia quan
titate et conſumitur corpus et iſta eſt dya
betica de qua dictum eſt. Sed ſi emittaẽ
inuoluntarie et paulatine et guttatim ſic ẽ
ſtranguiria que eſt guttatiua urine emiſſio
preter uoluntatem. ¶CAVSA. Cauſa
autem aut eſt extrinſeca aut intrinſeca. Si
extrinſeca ſicut eſt acceptio rerum nimis
calidarum et diureti. cum accipiuntur ĩ ni
mia quantitate ſicut eſt litrontipon et ele-
ctuarium ducis et ſimilia. ſimiliter potus
nimius aque frigide aut ſeſſio in eadem et
ſimili a frigida. Si autem ſit ab intus tunc
propter apoſtema epatis poteſt ꝓuenire ⁊
alias paſſiones eiuſdeꝫ et propter paſſiones
renum matricis et inteſtinorum ueſice et
totius corporis etiã propter criſim omnes
iſte cauſe poſſunt reduci ad duas ſcilicꝫ ad
nimiam caliditatem pungentem et mor-
dicantem et ad nimiam frigiditateꝫ para-
liticantem et mortificanteꝫ. ¶SIGNA
¶Quando autem iſta paſſio eſt ex acute
calidis tunc eſt cum arſura punctura calo-
re ſiti et mordicatione. Et ſi eſt ꝓpter cau
ſam frigidam tunc dolor ẽ modicus et eſt

quaſi cum quadã inſenſibilitate et leditur
notabiliter a frigidis. et ita de aliis ſignis
ſumptis a rebus naturalibus non naturali
bus et contra naturam. ¶PRONOSTI
CATIO. Hic poſſumus diceꝛ ꝙ iſta paſ
ſio ſi continuetur ẽ turpis et odioſa et ve
recunda et impedit omnes nobiles opera
tiones tam ſpeculabiles q̃ naturales quoni
am non permittit hominem ſtudere nec
dormire nec cibuꝫ digerere. Et poſſumus
hic notare gratia materie quedam. tria ſũt
que augmentata ſe diminuunt et diminu
ta ſe augmentunt ſicut eſt ſudor egeſtio et
vrina. ¶CVRATIO. Imprimis ſi uẽ
ter eſt conſtipatus fiant criſteria. deide uo
mitus. deinde fiat flebothomia ſi particu-
laria conueniant. deinde purgetur materia
peccans ſecundũ exigentiã materie. dein-
de ſi cã eſt calida utatur cucurbi. et meloni
bus et ſpinargis lactucis atriplicibus. vtaẽ
ſirupo ro. et ſirupo mritino. utatur zucca-
ro ro. triaſandaƚ. drag. frigido carnibus ci
toniorum conditorũ cũ zuccaro ſine ſpeci
ebus et emplaſtreẽ ueſica cum mirtil. roſ
ſumac ypoquiſtidos ſpodio ſandaƚ. Kara
be laudano et conficiantur cum mucillagi
ne pſilii et ſirupo ro. et exhibeantur ꝑ mo
dum emplaſtri uel potionis cũ lacte aceto
ſo a quo butirũ ẽ extractũ. Si aũt ẽ cã fri
gida dentur aſſa et frixa et uinum odori-
ferum et fiat emplaſtrum de maſtice gari
falis galanga nuce cipreſſi cinamomo thu
re et maſtice ſtorace cala. ambra cinamo.
aſſo ruta menta abſinthio origano calamẽ
to et eſt fere eadẽ curatio cum dyabetica.
Intelligendum igitur ꝙ in cã calida debꝫ
applicari iterius et exterius ſtiptica aroma
tica frigida in multa q̃titate et de ſtipticis
calidis in parua. Et ſi cã ẽ frigida fiat ecõ
uerſo. In cã igitur frigida deẽ tyriaca mi
tridatũ alex. dyambra dyaolibanũ diam.
diacitonitẽ diagalãga. CLARIFICA
Intelligendum iuxta doctrinã Gali. vi. đ
morbo. ꝙ omne quod expelliẽ a corpore

aut retinetur fit propter tria aut ꝑpter diſ
poſitionem materie aut membri aut uirtu
tis uerbi gratia. in ſtranguiria nanqꝫ urina
guttatim expellitur et preter uoluntatem
aut materia eſt multa aut nimis calida aut
frigida. calidum enim pungit et frigiduꝫ
mortificat. Et ſi ratione membri ut quia
latum laxum rarum et apertum. Signa ꝓ
tutis ut quia expulſiua eſt fortis et conten
tiua debilis et ideo communiter dicitur ꝙ
ſtranguiria euenit propter acumen urine
aut propter debilitatem contentiue uirtu
tis. ¶ Secundo notandum ꝙ uentus ſepté
trionalis ſi fortiter agat in corpore et pro
fundet ſe ſtringit uentoſitatem et urinam
Si auteꝫ debiliter ſeu mediocriter omnes
uirtutes confortat. ſed deſiccando uentreꝫ
ſtringit ſed urinam laxat attractiuaꝫ epa
tis confortando

¶ Capitulum de illis qui in nocte min-
gunt in lecto ignoranter.

INtelligendum ꝙ aliqui mingũt de
nocte dormiendo in lecto aut quia
lacertus ueſice eſt mollificatus et nõ
poteſt continere aut quia dormiendo ima
ginatur eſſe in loco ut in cloaca et in loco
ubi conſueuit mingere et tunc ꝑcepit ima
ginatiua uirtuti expulſiue et ita mingit in
lecto credens alibi eſſe. CVRATIO.
℞. oſſa mirobalanorum et aſſentur. dein
de aſſentur glandes et extinguantur in aq̃
roſata. deinde aſſetur naſturcium et extin
guatur in ſuco agreſte. Iſta igitur cũ erunt
deſiccata puluerizentur. deinde miſceantur
cũ mirra ſtora. cala. ambra ſe. rute nuce ci
preſſi maſtice thure laudano et cõficiantur
cũ ſirupo mirtino. et ex iſtis põt fieri potõ
aut emplaſtrũ aut oleũ aut unguẽtũ aut e-
lectuariũ et ualet mirifice in paſſionibꝰ re
nũ et ueſice de cã fri. cũ deficit contentiua
et corpus ẽ mũdificatũ. Si aũt fuerit ꝓp
ter imagatiuã affectam ad locum decoreẽ
ille locus et purgetur et pulcrificetur et ibi
de die mingere abhorreat. In lactanti eta
te non detur tyriaca minuatur cibus et po
tus et profundetur in ſomno et uitenẽ ea
que mollificant neruos et debilitant. Hic
non ſeruaui ordinẽ ſolitũ cã breuitatis.

¶ CLARIFICATIO. Intelligendũ
ꝙ ueſica tauri et capre licꝫ ſint frigida poſ
ſunt tamen competere ex uirtute ſpecifica
et ita ponebant illi qui experti fuerant ali
ter non intelligo. ¶ Secundo notanduꝫ ꝙ
licet uoluntarie in dyabetica vrina emitta
tur ad ueſicam et dyabetica ſit de cã cali-
da nihilominus inuoluntaria emiſſio vri
ne in nocte non fit a calido ſed magis a
frigido paraliticãte ꝙ a renibus emittitur
inuoluntarie ratione nimie quãtitatis ma
terie. hic autem deficit contentiua ratione
frigiditatis. alia igitur ẽ cauſa hic et ibi.
¶ Tertio aduertendũ qm̃ inuolũtaria et ĩ
ſenſibilis urine emiſſio non fit de nocte a
calido ſed magis a frigido paraliticante ꝙ
a renibus magis fit in pueris cũ nerui et la
certi ſint magis debiles. et iõ frequentius
hoc incurrũt. ſenes aũt tardius ꝑpter ner-
uorũ ſoliditatẽ niſi forte in decrepitis ubi
non ẽ ordo nec regula ſed de nocte et ĩ tẽ
pore ſomni plus cũ tũc ſuperflua uerſus in
teriora aggregenẽ

¶ De diſſuria

DIſſuria interpꝛetatur inuolũtaria ꝛtẽ
tio urine ſi aliqs appetit mingere ꝛ
nõ põt aut ꝙ nõ appetit nec poteſt
Intelligendũ ꝙ exitus vrine aliqñ auferẽ
oĩo ita ꝙ nihil penitus exit. aliqñ aũt mi
noraẽ qm̃ licet retineaẽ ꝑter uoluntatẽ ad
tp̃us nihilominus poſtea expelliẽ licet cuꝫ
difficultate. aliqñ aũt corrũpitur exitus eiꝰ
et exit iordinate ſicut ĩ ſtrãguiria ut dictũ
ẽ. CAVSA. Cã aũt retẽtiõis vrine qdã
ẽ naturaẽ et qdã innaturaẽ. naturalis ſicut
in ſudore et fluxu uentris. Et ſi ẽ innatu
ralis tunc aut prouenit ab exterioribus aut
ab iterioribus. et ſi ꝓuenit ab exterioribꝰ

tunc accidit propter flatum uenti borealis
aut propter balneum aque frigide .aut qa
ſedit longo tempore ſupra marmoré et la
pides frigidos aut quia inunxit ſe cuꝫ nar
cotizantibus et ita de aliis. Si autem cauſa
fuerit intrinſeca tunc aut prouenit a ueſi/
ca aut ab aliis mébris. et ſi ab aliis mébris
tunc conſtringitur vrina et retinetur inuo
lũtarie propter apoſtema matricis .et alias
eius paſſiones .aut propter paſſiones teſti
culorum aut propter inteſtina aut quia fe
ces ſunt nimis indurate aut propter paſſio
nes renum ſicut eſt apoſtema lapis .et ita
de aliis .aut propter paſſiones epatis ut eſt
cachechia ydropiſis .aut propter paſſioné
cerebri ſicut eſt mania melancolia ubi ob/
liuiſcuntur mingere aut litargia aut prop
ter paſſiones neruorum cũ ſunt mollifica/
ti aut ſpaſmati . Et fit etiam propter paſ
ſioneꝫ totius ſicut febris acuta liquefacta
deſiccans et corrugans . Si aũt fuerit prop
ter ueſicam hoc é ꝓpter paſſiones natura/
les aut animales. ſi animales ſicut cum ali/
quis eſt in loco uenerabili et non uult ſe re
mouere et tunc impletur ueſica et dilataẽ
ſuperius et cõſtringitur inferius et ideo cũ
eſt poſtea in loco nihil poteſt exire propẽ
cohartationem foraminis. Et ſi fuerit ꝓp
ter paſſiones naturales hoc fit tripliciter.
aut propter morbos conſimiles aut officia
les aut cões ſicut é mala cõplexio calida et
ſicca in fe. et hoc eſt de raro contingenti/
bus aut prouenit hoc propter malam com
plexionem frigidã et hoc eſt frequenter.
Et ſi fuerit morbus officialis in ueſica tũc
eſt propter oppilationesueniẽtes ab humo
ribus aut ſanie aut lapide aut uentoſitate .
aut carne ſuperflua aut uerruca et ſimilibꝫ
Et ſi fuerit ꝓpter morbũ cõmuné ſicut in
vlceribus. ex iſtis enim cauſis z ſibi confor
mibus retinetur urina preter uoluntateꝫ et
poſſent omnes rẽduci ad tres aut ad humo
ré aut mẽbrũ aut ad uirtuté. SIGNA.
Signa morbi ſunt manifeſta . ſed ſigna cã
rum habẽtur per hũc modũ. Si cãe ſint ex
trinſice habẽtur ex iudicio patientis. et ſi
intrinſece et fuerint ab aliis mébris diſcer
nitur ꝓpter paſſiones iſtorũ mébrorũ que
preceſſerunt et poſtea ſequitur ſtranguiria
Et ſi fuerit a ueſica diſcernitur per doloré
loci quia ubi é dolor ibi eſt egritudo . Et
ſi fuerit ex lapide preceſſerunt arenule. Et
ſi ex ulcere preceſſit ſanies et punctura .et
ſi ex uentoſitate eſt dolor extenſiuus infla
tiuus. et ſi ex apoſtemate eſt ibi tumor et
fe. et ſi cauſa eſt calida tunc é fe. aliter ra/
ro accidit ex calore . Et ſi é ex frigiditate
ſentitur frigus et tunc non eſt dolor et ita
particulariter conſiderando ſapiens medi
cus poterit uenire ad cognitionem cauſe.
¶PRONOSTICATIO. Ablatio uri
ne ſi durauerit mortem ſignificat. Si aufe
ratur vrina et ſuperueniat tenaſmon infra
vii. dies moritur niſi ſuperueniat fe. lique
faciens et aperiens. ¶CVRATIO. Iſte
morbus curabitur ſicut alii. Conſideretur
igitur diligenter cauſa et per ſuum contra
rium reducatur ad temperamẽtũ . Si igiẽ
cã é calida applicẽtur humida et ecõuerſo.
Et ſi cã é replens inaniatur et econtrario.
Curentur itaqꝫ morbi iuxta ſuas naturas
ſicut ſcribitur in locis . Imprimis igiẽ iux
conuenientiam particularium fiat criſtere
deinde prouocetur uomitus . deinde fiat
flebothomia de epatica. deinde de ſafena
ſi ꝑticularia cõueniant. deinde purgeẽ ſm
exigentiã humoris peccantis. Et ſi cauſa é
hũoralis frigida que frequẽtius aduẽit pur
getur cum benedicta hermodactil̃. deĩde
ponatur in balneo aque dulcis ubi ſit pari
taria feniculum petroſilium apium .et fri
cetur uenter et dorſum ſuauiter . deinde
utatur iſta potiõe. ℞. leuiſtici cretami ma
rini ſaxifragie milii ſolis tribuli marini. z
campeſtris rafani aniſi maratri ameos ſi/
ſeleos. cicerum nigrorum apii ãñ. conquaſ
ſentur omnia iſta et buliant in uinno al/
bo et ſumatur potio de mane et ſero.

aqua rafani diſtillata multũ ualet et breuĩ
uiter omnia que frangunt lapidem ſiue il
la ponantur in balneo ſiue fiat emplaſtruȝ
ſiue ſirupus ſiue potio ſiue oleum et ita de
aliis. tiriaca multum ualet in hoc caſu et o
leum de balſamo et oleuȝ de ſcorpione et
aurea alex. et metridatuȝ. hoc ſuppoſito ꝙ
non ſit febris acuta uel apoſtema aut ulcꝰ
et ita de aliis in quibus iſta poſſent nocere
Intelligendum ꝙ duo ſunt que indifferẽ
ter in omni caſuconſueuerunt urinam ꝓ
uocare .ſ. aſſungia cuniculi et pelles eius ſi
ſupra pectinem et uirgam applicetur . hoc
idem faciunt cimices ſiue uiui ſiue contri/
ti ſuperponantur ſuper caput uirge uel po
nantur in ſacculo et ſacculus induatur uir/
ge . Intelligendũ etiam ꝙ in uiciis renum
et ueſice de cauſa frigida ſuppoſito ꝙ non
ſit ibi febris nec ulcus nec apoſtema mul/
tum ualet litrontipon et electuarium du/
cis et debent miſceri cum duplo dyapru/
nis et oxi laxatiuo quia aliter eſſet medi/
camẽ nimis uiolentum et acutum et ita đ
iſto toto poteſt dari. ℥. ſ. ĩ una uice aut. ʒ.
ii. cum aqua rafani aut brodio cicerum ni
grorum aut uino albo . In cauſis autẽ cali
dis reducantur ſemina frigida maiora et
minora apoſtemata autem et ulcera et la/
pides curantur ut dictũ ẽ. CLARIFI
CATIO. Intelligendum ꝙ ueſica et in
teſtina habent quatuor uirtutes naturales
et ita habent uirtutem attractiuã et forte
non niſi cibum attrahũt et ſm hunc mo/
dum loquendi ueſica non attrahit urinaȝ
nec retentiua feces ſed recipiunt . Poſſunt
enim dici ſic quoniam iſta membra ſi at/
trahant non attrahunt ut inter ſe adiuuẽt
cum ſint ſuperflua et impura et licet non
attrahant propter ſe attrahunt tamen gra
tia totius ſicut ſplen melancoliam et ciſtiȝ
fellis coleram . Vnde licet non habeãt in
tellectum et rationem ut depurent corpus
nihilominus ordinator ciuitatis habuit in
tellectum et ratõnem et ita ordinauit iſta
membra ut attraherent gratia totius. Et ſi
Galienus uideatur alibi dicere oppoſituȝ ꝑ
hunc modum poteſt diſſolui. Vel poſſe/
mus dicere ꝙ cum in fecibus ſit aliqđ be
nignum ex quo poſſunt nutriri quod pa/
tet ſecundum Auicen. ꝙ uene meſaice cõ
tinuantur cum omnibus inteſtinis preter
ꝗ cũ longaone ut'epar a quolibet poſſit tra
here aliquod benignum et cum aquoſita/
te deſcendit aliquid de ſanguine et inde
uie medie nutriantur . Non eſt igitur in/
conueniens ſi ſuperflua attrahuntur gratia
totius ut quia ibi eſt aliquod benignum.
Sed notandum ꝙ multitudo urine ẽ cau/
ſa retentionis cum oppilat et claudit fora/
men et eſt cauſa fluxus cum non oppilat.
Et eſt intelligendum ꝙ deoppilatiua non
competunt niſi ĩ corpore mundificato nec
cantarides niſi in parua quantitate et ab/
ſciſis alis et capitibus ¶ Tertio aduerten
dum ꝙ magnus lapis non impedit exitũ
urine nec ualde paruus ſed quando eſt in
diſpoſitõne media ita ꝙ partim ſubintrat
foramen et omnino expelli non poteſt et
eſt cum dolore intollerabili ut dictum eſt
ſuperius.

Explicit ſexta particula cum dei auxilio.
Hic incipit ſeptima 'ubi tractatur de ſuꝑ
fluitate tertie digeſtiue et de antidotis et
continet. xxiiii. capitula.

¶ Capitulũ. i. de paucitate coitus
¶ Capitulũ. ii. de ſatyriaſi et priapiſmo
¶ Capitulũ. iii. de gomorrea
¶ Capitulũ. iiii. de pollutione nocturna.
¶ Capituluȝ. v. de aꝑatibus et uulneribus
uirge et aliis paſſionibus eius
¶ Capitulũ. vi. đ aꝑatibꝰ et uulneribus te
ſticulorũ. ¶ Capitulũ. vii. de crepatura
¶ Capitulũ. viii. de paſſionibus mulieruȝ
et primo de retentione menſtruorum
¶ Capitulũ. ix. de nimio fluxu mẽſtruoꝝ
¶ Capitulũ. x. de ſuffocatione matricis
¶ Capitulũ. xi. de aꝑatibus matricis
¶ Capitulũ. xii. de uulneribus uulue

Capitulũ. xiii. de precipitatione matricꝭ
et caſu
Capitulũ. xiiii. de ſterilitate mulierũ
Capitulũ. xv. de regimine pregnãtium
Capitulũ. xvi. de difficultate partus
Capitulũ. xvii. de retentione ſecundine
Capitulũ. xviii. de mola matricis
Capitulũ. xix. de ſciatica paſſione
Capitulũ. xx. de exitu umbilici et gib/
boſitate et uaricibus et dolore dorſi
Capitulũ. xxi. de antidotis et medica/
minibus que ualent in paſſionibus q̃ ſunt
a capite vſqꝫ ad pedes et erit capitulũ pri/
mũ de paſſionibus capitis vſqꝫ ad pectus.
Capitulũ. xxii. de antitodis que ualent
contra paſſiones ſpiritualiũ.
Capitulũ. xxiii. de antidotis que ualent
contra paſſiones nutritiuorum
Capitulũ. xxiiii. de antidotis que ualẽt
contra paſſiones renuꝫ et ueſice et iunctu
rarũ.

## Capitulum primũ de paucitate coitus

V Numquodqꝫ perfectum ẽ cuꝫ
põt ſibi ſimile generare. ex hoc
enim aſſimilatur enti diuino ⁊
immortali ſm Ariſto. ii. de aĩa
et propter hoc Auicẽ. vi°. de naturalibus
deificauit uirtutem generatiuam ut qui in
ſemine ſaluari non poterit ſaltim in ſuo ſi
mili ſaluaretur. et ideo propter generatio/
nem deus benedictus et ſublimis maſcu/
lum et feminã creauit. Inſtrumenta autẽ
generationis ſunt ĩ maſculo teſticuli et uir
ga. in femina autem ſunt matrix et os ei/
us et duo teſticuli qui ſũt in cornibus ma
tricis. Nunc autem in coitu ſunt tria no
cumenta. ſ. caliditas uentoſitas et humidi/
tas et ita ſm Auicẽ. ſenſus uenit a cerebro
ſpũs et uentus a corde. ſanguis et deſideri
um ab epate et ideo qui habet omnia iſta
fecũdus ẽ q̃tũ ẽ de natura ſui. Modus au
tẽ generationis ẽ iſte cũ enĩ maſculus appe
tit naturaliter ꝓpter ſeminis multitudinẽ
aggregatã et digeſtio ſtomaci et epatis eſt
cõpleta et tertia mediata et nullũ aliud ex
trinſecum impedit tũc cui data ẽ licentia
ſm legẽ tunc debet ſpargere ſemẽ in ma/
trice tñ et nullo mõ ĩ aliquo alio forami
ne ſm legẽ dei et nature. et cũ occurrunt
ſpermata ad inuicẽ et retinentur tũc fit cõ
ceptio. inferius magis particulariter cũ loq̃
mur de ſterilitate mulierũ. ſicut igitur ex
curſu omnium iſtorũ cãtur fecunditas ita
ex defectu iſtorũ cauſaẽ ſterilitas. et ſi ha
bundet humiditas et alia ſint ablata cauſa
tur gomorrea. et ſi habundet uentoſitas ⁊
alia nõ cauſatur ſatyriaſis. et ſi deficiat ca
liditas una cum aliis cãtur ſterilitas. et iõ
iſtud capitulum poſſet intitulari de frigi/
dis et malefaciatis aut capitulũ qđ dicitur
aproximeron. aut qꝛ dicitur ſterilitas ex ꝑ
te maſculi aut capitulũ de paucitate coitus
Sterilitas enĩ et paucitas in coitu aut ꝓue
niunt ab exterioribus aut ab interioribus
Si ab exterioribus ut qꝛ coit cũ muliere q̃
nõ peruenit ad ãnos. aut qꝛ mulier cũ qua
coit eſt uetula aut quia coit inepto modo
et turpi uidendo mulicbria. aut quia ẽ mẽ
ſtruata aut ſcabioſa aut tinioſa aut fetida
aut infecta aut horribilis aſpectus aut qa
ipſe eſt puer aut decrepitus aut ebrius aut
crapulatus aut male ſanus aut debilis. aut
qꝛ fecit flebothomiã aut accepit medicinã
laxatiuã aut cucurrit aut laborauit. aut qꝛ
ſupflue coiuit aut ꝓpter accidẽtia aĩe ſicut
ẽ timor et furor et ſilia. Omĩa igiẽ extrin
ſeca q̃ diminuũt calorẽ naturalẽ aut cõſu/
mũt uẽtũ aut cõſumũt humiditates cõna/
turales ſterilizant. et iõ oĩa frigida ſterili/
zant ſicut ẽ lactuca opiũ et ſimilia. Et illa
que conſumũt uẽtũ. ſicut ſunt ruta et ag/
nus caſtus et illa q̃ deſiccãt ſicut acetũ. ab/
ſtinẽtia et uigilie ſuperflue et ſilia. Si aũt
ſterilitas ꝓuenerit a cauſis intrinſecꝭ tunc
aut prouenit a teſticulis et uirga aut ab a/
liis membris potiſſime a principalibus.
Cum ueniat ſemen in hora coytus princi

paliꝰ a principalibus mēbris et ab aliis per
quandam reſudationem et ita fit ſterilitas
propter paſſiones cerebri .ſicut eſt litargia
et mania et ſi incidantur uene iuueniles q̄
ſunt retro aures cum formatum ueniat a
cerebro. Et accidit etiam ſterilitas propter
paſſiones cordis ſicut eſt tremor et ſimilia
Et accidit propter paſſiones ſtomaci .ſicut
eſt frigiditas indigeſtio et ſimilia. Et acci
dit propter paſſiones epatis et renum et in
teſtinorum et ita de aliis uicinantibus cuꝫ
paſſiones exuberant . Et accidit ſterilitas
propter membra ordinata ad generationē
ſicut ſunt teſticuli et uirga . Si prouenerit
propter teſticulos aut quia excedunt in ca
liditate aut frigiditate aut ſiccitate aut hu
miditate aut quia ſunt contracti uerſus ī
teriora . Si autem prouenerit propter uir-
gam aut quia nimis breuis aut quia nimis
longa. nimia enim longitudo uirge indu
cit ſterilitatem ſicut dicit Auic. in cano.
et in libro ſuo de hiſtoriis animaliū. Acci
dit etiam ſterilitas propter mollificationē
et paraliſiꝫ uirge et ꝓpter dolorē emorroi
darū et ani et omniū ſimiliuꝫ. SIGNA.
Si uenerit propter cauſas extrinſecas conſi
derentur diligenter cum iudicio et iō da-
maſ. Et ſuper omnia non pudeat te pati
entem interrogare . Si autem fuerit prop
ter cauſas intrinſecas tunc diſcernitur ꝓp
ter paſſiones illoruꝫ mēbrorum nobiles a
quibus ꝓuenit .et ſi fuerit ꝓpter paraliſiꝫ
uirge. ſi ponatur in aqua frigida nō cōtra-
hitur cū ſit ꝓlongatū et humectatū .nec
ſuū etiā ſentiat nocumentū et cū hoc etiaꝫ
ſperma exit ſine erectione uirge et ſine de
lectatione . Si aūt fuerit ꝓpter frigidi
tatē teſticuloꝝ tūc diſcernitᷣ ꝙ nō habun-
dat in pilis et uene ſunt ſtricte et ꝙ nō ap
petunt et quia ſemē ē tardi exitus et groſ
ſū et frigidū et teſticuli tactu frigidi et le
duntur a frigidis . Et ſi fuerit ꝓpē malā cō
plexionē nimis ca. tūc teſticuli et omnia
que ſunt in circuitu piloſa et uene nigre et

pelles teſticulorum ſunt multum late et q̄
libet occurſu ad mulieres citiſſime appetit
et ſemen eſt calidum et uelociter expellit
Si autem fuerit propter ſiccitatem tunc ſe
men eſt modicum et groſſum et de facili
ſaciatur et habitudo corporis eſt extenua-
ta . Si autem fuerit propter nimiaꝫ humi
ditatem tunc ſemen eſt plurimum aquo-
ſum et lubricum . Ex his poſſumus elicerē
ꝙ ſanguinei propter caliditatem multum
appetunt et multuꝫ poſſunt propter humi
ditatem . Colerici auteꝫ uelociſſimi et fre
quenter et ex q̄libet modica cauſa intenſe
appetunt et parum poſſunt .ſed melanco-
lici nec appetunt naturaliter nec poſſunt .
Flegmatici autem non appetunt ſed plus
poſſunt per iſta igitur quadam coniectu-
ra proxima ueritati poterimus deuenire ī
cognitionem cauſe. PRONOSTICA
TIO . Pingues non ſunt potentes in coy-
tu ſicut extenuati imo citius deficiunt. pu
eri enim et decrepiti ebrii crapulati et qui
habent uirgam nimis longam et q utun-
tur nimio coytu nō generant aut raro aut
erit feda eorum generatio . Coytus in pro
patulo ſterilizat uiros honeſtos .ſed aliqui
ſunt ita malicioſi ꝙ quanto fetidius eſt ⁊
turpius tanto magis delectantur et de hꝰ
fecit mentionem Ali. ſuper centiloquiuꝫ.
et ſunt illi in quorum natiuitate domina
batur ſaturnus. ¶ CVRATIO . Impri-
mis uitetur omne illud quod corrumpit
complexionem aut compoſitionem aut ī
ducit accidentia anime et ideo uitenᷣ om
nia que nimis calefaciunt aut infrigidant
et uitetur repletio nimia crapula et ebrie-
tas et uitetur nimia inanitio et ſecundum
hoc uitentur omnia nimis infrigidātia ſi-
cut eſt lactuca papauer opium et ſimilia.
Et uitentur illa que nimis calefaciūt et uē
toſitatem conſumunt .ſicut eſt ruta agnus
caſtus et ſimilia. et uiteᷣ fleborhomia mē
dicina laxatiua et balneum et uitetur coy-
tus cum uetula et menſtruata et cum tymi

oſa et cum cacochina et fetide et immun
da et cum illa que nondum peruenit ad ã
nos et breuiter ut dictum eſt omne quod
corrumpit complexionem compoſitioné
et affectionem anime. Si autem uenerit
ſterilitas propter cauſas extrinſecas primi/
tiuas reducantur ad temperamentum cuz
ſuis contrariis. et ſi uenerit propter cauſas
intrinſecas aut propter uicia aliorum mé/
brorum a uaſis tunc curentur primo paſſi
ones illorum membrorũ ſicut dicetur i lo
cis ſuis. Et ſi fuerit propter mollificatio/
nem uirge curetur ſicut paraliſis. Et ſi fue
rit propter breuitatem uirge tunc eleuẽtur
crura mulieris in tantum ꝙ ſemen poſſit
cadere in fundo agri nature. uel magnifi/
cetur uirga uel uerberetur ſuauiter cuz uir/
gis et emplaſtretur cũ pice ſicut docet Ga
lie. in de ingenio uerſus finem. Et ſi fue/
rit ſterilitas propter nimiam longitudiné
uirge tunc maſculus uel femina teneat ra
dicem uirge ſtrictam cum tota manu et
tota uirga non intromittatur et ut ſemé
in uia non infrigidetur. Si autem fuerit
ſterilitas propter malam complexionez ca
lidam teſticulorum et uaſorum et ſeminis
utaẽ ordeato et lacte acetoſo et lacte uac/
carum ubi bulierit portulaca. Et ſit fuerit
propter malam cõplexionem ſiccam utaẽ
ouis ſorbilibus et brodiis carniuz et iuſtel
lis et lacte uaccino bulito et balneis et om
nibus reſumptiuis et nutrientibus. Si aũt
uenerit propter malaz complexioné frigi/
dam que frequentius aduenit tunc utatur
iſtis electuariis ſcilicz pliris cũ muſco dyã
thos cum muſco. et potiſſime ſi defectus
eſſet propter cor et utatur dyagalanga dia
trion pipereon et dyamenta. potiſſime ſi
defectus uenerit propter ſtomacum et in
teſtina et utatur diazinzi. dialacce. et potiſ
ſime ſi fuerit propter epar. et utatur dia/
ſatirion acuato cum caudis ſtincorum. po
tiſſime ſi defectus uenerit propter renes z
teſticulos et uicina membra. et inungatur
ſpina dorſi et renes et teſticuli et uirga et
peritoneon et plante pedũ cũ oleo đ been
cum oleo de pipere albo et inungãtur om
nia iſta mẽbra iam dicta cum iſto ungué
to. ℞. aſefetide pirtri ſaxifragie eruce ce
parũ piperis caſtorei mirre ſtoracis calami.
añ. ℥. i. aſſungie leonis. ʒ. ii. muſci. ʒ. i. buli
ant in oleo coſtino et addatur cere ꝙ ſuf/
ficit et fiat unguentum. Deinde utaẽ iſta
confectõne de qua dicunt boni ſocii ꝙ fa
cit deficere mulierem ſub uiro. ℞. teſticu
los uulpis cerebella paſſerum decoquantur
in aqua deinde aliquantulũ aſſentur et po
tiſſime cerebella et terantur cum floribus
palmarum et modico caudarum ſtincorũ
et conficiantur ſimul et utatur iſta confe/
ctione mane et ſero. Intelligendũ ꝙ yrin
gi conditi fecundant et zinziber condi/
tum et galanga ſi condiatur et menta ſimi
liter. Deinde fiat tale medicamen. ℞. pri
api thauri eruce piperis gario. cinamo. teſti
culi uulpis añ. caudarum ſtincorũ paruz fi
at puluis qui accipiatur cũ ouo ſorbili. de
inde intelligendum ꝙ cerebella paſſerum
elixata et poſtea aſſa ſi ſumantur cũ lacte
faciunt hominem fecundũ. deinde utaẽ
iſto medicamine et é diuinitus reuelatum
℞. uitellorum ouorũ butiri recentis p̀api
thauri cicerum galange ſatyrionũ zinzi. cõ
diti zedoarie mente teſticulorũ galloruz z
uulpis añ. ℥. i. cerebellorũ colũborũ et paſ/
ſerum bene coctorum et aſſorũ añ. lib. ſ.
medulle nucis indice pinearũ mundatarũ
fiſticorũ iuiube amig. dulcium mundata/
rũ ſe. malue ſe. mercurialis auellanaruz ex
corticatarum dactilorũ añ. ʒ. ii. ſe. eruce ga
riofal'. zinzi. trium piperuz lingue auis ſe.
bulbi cinamomi añ. ℥. ſ. iſta omnia mun
dificentur et parentur et decoquãtur in la
cte ouino et poſtea fortiter conterantur z
addatur caude ſtincorũ. ℥. ſ. totum confi
ciatur cum melle ro. et pane de zuccaro z
lento igne diu agitando condiatur et noli
reuelare niſi filiis tuis. Cibaria autem que

confortāt coitum ſunt iſta ſcilicet caro o
uina cerebella paſſerum et columbaruꝫ car
nes eduline pingues et agni annuales gal
line perdices faſiani et ſup omnia cerebel/
la paſſerum .deinde oua ſorbilia et oua pi
ſcium frixa et ſumpta cuꝫ lacte de granis
et ſunt iſta.ſ. triticum excorticatuꝫ ualde
coctum cicera faba fracta rizi cum adipe
renuꝫ caprarū et lacte et ꝙ aſpergatur pul
uer cinamomi .De oleribus menta ſpara/
gus eruca porri lingua auis .De fructibus
uua dulcis ficus pinee fiſtici iuiube ſebeſtē
dactili amigdale auellane .ualent etiaꝫ ra
pe et paſtinace et uinum dulce . deinde fi
at talis cibus.℞.raparū paſtinacarū fabaꝶ
excorticarū cicerū rizi frumenti excortica
ti decoquantur fortiter cum carne arietis
et cum cepis et melle et cerebello auiū par
uarum et conterantur fortiſſime . deinde
aſpergatur puluis cinamomi gariofa. galā
ge caudarum ſtincorū et fiat cibus ſpiſſus
cum pane de zuccaro et brodium potetur
et iſte cibus inducit fecunditatem mirabi
lem in iſto mundo . Intelligendū ꝙ iſta
ſunt que a tota ſpecie inducunt fecundita
tem.ſ.ſemen mercurialis limatura eboris
coagulum leporis coagulū cameli iuuenis
maſculi urina cameli cor ſalmonis tranſ/
glutitum a uiro ſe.ſiſeleos priapus thauri
uiſcus quercinus archimia cor ,leporis ſūp
tum a uiro teſticulus uerris et ſi uis maſcu
lum accipiat dextrum et ſi feminam ſini
ſtrum . CLARIFICATIO .Intel
ligendum ꝙ uentoſitas uenit a corde nō
naturaliter ſed effectiue et modus eſt iſte
virtus enim imaginatiua cuꝫ imaginatur
coitum cum ſit una de uirtutibus ſuperio
ribus precipit uirtuti concupiſcibili que ē
in corde et illa mittit calorem ad mēbra
generatiua per arterias .et calor fortis iſte
diſſoluit .i.commouet ita ꝙ diſſoluit nō
reſoluit nec conſumit uapores in uentoſita
tes quas inuenit in uenis et arteriis et tūc
illa uentoſitas inflat et erigit uirgam ſicut
declarat Gali.uerſus finem de interioribꝰ
niſi enim uirga eſſet erecta nō poſſet ſpar
gi ſemen in fundo agri nature et ideo ad
portandum ē neceſſaria uentoſitas et ideo
quia fabe generant uentoſitatem etiam ī
uenis ideo multum conferunt quantuꝫ ē
ex hoc omnia que generant uentoſitatem
multum conferunt .Qꝫ autem calor mul
tus ueniat a corde patet quia homo dum
actu coit eſt actualiter totus calidus .imo
ex ſola imaginatione dato ꝙ nō coeat ve
nit igitur caliditas a corde.i. a calore cor
dis reſoluente zc̄ .¶ Secundo notanduꝫ
gratia cuiuſdam contradictōnis et gratia
materie ꝙ materia antecedens piloruꝫ eſt
materia nutrimētalis multa ſed cauſa im
mediata eſt uapor ſiccus et ideo colerici cū
ſint bone habitudinis ſūt magis piloſi .de
inde ſanguinei.deinde flegmatici ultimo
autem melancolici ¶ Tertio intelligēdū
ꝙ coitus temperatus competit in regimī
ne ſanitatis ſicut docet Galie. in tegni.ſ.
ꝙ fiat tantis interuallis ꝙ corpus alleuiēt
et ꝙ melius comedat et dormiat .et quia
euacuat ſuperflua et letificat animaꝫ ideo
competit .Sed q̄tū iuuat coitus tempera/
tus tm̄ nocet diſtemperatus infrigidando
conſumendo debilitando.et ideo dicebat
Auicen.de hiſtoriis animaliū . ꝙ plus no
cet unus coitus ſuperfluus q̄ .xl. flebotho
mie ſibi ſimiles et proportōnales. Et dicit
conſtantinus ꝙ pauci coeunt propter ꝓleꝫ
ſed plures propter ſanitatem ,ſed plurimi
ualde propter delectationem .et iō coitus
ut plurimū ē ſuperfluus iō multū nociuus
imo in ſuperfluo coitu emittitur ſanguis
aliqn̄ quare euitādus . ¶ Quarto notāduꝫ
ꝙ retentio ſpermatis preter conſuetudinē
plus nocet mulieribus q̄ uiris ꝙ peiora ſin
thomata inducit quia ſuffocationē matri
cis et ſimilia In uiris aūt ꝯtus ē fortior et
pōt conſumere et utūtur cōiter fortiori ex
ercicio . Mulieres aūt ſunt in ocio et quie
te qm̄ ſūt cuſtodes domus ſm̄ Galie.i de

complexionibus. Quia igitur alie multe
ſuperfluitates ſunt et ſuperfluitas ſperma
tis ſuperadditur corrūpitur et tranſit ſcđm
Aly. in naturā ueneni iō peior ē retentio
ſpermatis in mulieribus preter conſuetudi
nem q̄ in uiris. viri eni fortiora poſſunt
pati ꝓpter maiorē fortitudinē. ¶ Quito
aduertendū ꝙ plus nocet in mulieribus r̄
tentō ſpermatis q̄ mēſtruoꝝ qm̄ licet ſper
ma de ſe ſit temperatū ē peior corruptio
q̄ alterius cū magis uergat ad caliditatē et
humiditatē ubi ſunt principia corruptōis
ideo uidemus ꝙ magis fetent ſtercora hu
mana q̄ aliorū animaliū et plus peccat ſāg
uis ſicut patet in ſinocha. et plus filius cuȝ
delinquit et plus amicus et plus domeſti/
cus. Iuxta illud nō ē peſtis efficatior q̄ fa
miliaris inimicus. Eteniȝ ſicut ignis i gre
mio mnuȝ in pera ſerpens in ſinu. Cū igi
tur ſperma ſit ſupfluitas pura cū corrumpi
tur q̄to temperatior tanto deterior. ē igiē
retentio ſpermatis in muliere deterior q̄
menſtrua. ¶ Sexto notandū ꝙ in corpore
temperato competit coitus dū tamē ſit tē
peratus ꝓpter ſuperflua expellenda q̄ om
nino in quanto et quali menſurari nō pōt
niſi artificio coitus adiuuetur. ¶ Septimo
notandū ꝙ coitus incipit a cerebro ratiōe
imaginationis ſed procedit a corde et me
diatur ab epate iuxta illud cogit amare ie
cur. et completur rōe teſticulorū iuxta il/
lud peculta ē ad uenerē cōplexio ca. teſticu
loꝝ. ¶ Vltimo notādū ꝙ hora coitus ꝓp
ter ſuperflua expellēda ē cōplementū ter/
tie digeſtiue ſed ſi fiat gratia generationis
cū mediatur tertia digeſtiua. et ſi plus ex
pectetur iā incipit diminui. quare coytus
cōiter loquēdo in oībus q̄ ſruant rectum
regimē ē a media nocte uſq̄ ad auroram

¶ De ſatiriaſi et priapiſmo

SAtiriaſis ē continua uirge erectō
cum deſiderio et appetitu ad coy
tum. Priapiſmus ē immoderata et conti
nua uirge erectō ſine appetitu et deſiderio
CAVSA. Cauſe aūt ſatiriaſis ē quedaȝ
exterior et quedaȝ interior. exterior ſicut
fortis imaginatio circa aliquā mulierē. di
minutio coitus ſoliti amplexus et ſimilia
Cauſa aūt interior ē multitudo ſpermatiſ
Cauſa aūt priapiſmi quedā interior quedā
exterior. exterior ſicut longus decubitus
et frequens ſupra dorſum et multiplicatō
in cibis eruce ceparū fabarum raparum et
ſimilium et nimius coitus et denſitas po/
rorum uirge. Cauſa aūt interior ē humi/
ditas uiſcoſa groſſa continens et ambiens
uentoſitatem et calor medius potens dico
reſoluere aſs diſſoluere et non cōſumere.
SIGNA. Si fuerit propter cās primiti/
uas habetur ex iudicio et ſi fuerit propter
uirgā eſt cum quadā titillatione et tremo
re precedente. Et ſi eſt ſatiriaſis ē cum cō/
cupiſcentia in priapiſmo autem nō. PRO
NOSTICATIO. Talis paſſio ſi duret
ſignat apoſtema aut ſpaſmū aut tetanum
aut mortem. ¶ CVRATIO. Impmis
ſi corpus ē plenū fiat flebothomia deinde
fiat uomitus. Medicina aūt laxatiua nō
detur niſi eſſet fortis et anguſtiua. Dein/
de fomentetur uirga cum agno caſto ruta
et camomilla meliloto et pulegio. deinde
infrigidentur renes cū opio camphora ſan
dalo ſemperuiua et aceto et cū lamina plū
bea perforata et madefacta in aceto et uta
tur lactuca portulaca lentibus milio orde
ato uino multū limphato et ſimilibus. ace
tum uitet uel parum utatur quia aliquādo
inducit uentoſitatem ſicut docet Auic. ia
ceat in duro accubitu et iaceat ſupra folia
ſalicis et folia uitis albe et nenufaris et ag
no caſto et ruta et odoret roſas camphorā
et nenufar. ſandalum aquā roſatā et acetū
uitet omnia illa que ualent ad coitum q̄
dicta ſunt. Intelligendum ꝙ Auicē. nar
rat multa illicita et inhoneſta de coitu et
narrat ea ad euitandum. tamen quia aer

defedatur ex talibus ideo derelinquo.
CLARIFICATIO. Intelligendum
ꝙ frigida impediunt generationem uento
ſitatis et ita ualent ĩ ſatiriaſi et priapiſmo
quo ad cauſam antecedenté et calida gene
ratiuam uentoſitatem conſumunt potiſſi
me illa que plus conſumunt q̃ diſſoluant
ſicut eſt ruta agnus caſtus origanum cala/
mentum pulegiuꝫ et ſimilia. et ita poſſũt
ualere calida et frigida contra iſtas paſſio/
nes. ¶ Secundo notanduꝫ ꝙ appetitus ad
uenerem eſt magis naturaliter tum ꝗꝛ uir
tus eſt fortior tum quia pori incipiunt di
latari et calor uigorari tum quia materia é
multa et ratione temporis precedenis et ꝑ
ſentis et quia tunc omnia mouent ad de/
lectationem. In eſtate autem é appetitus
maior poſt uer propter ſtimulũ. ſꝫ poſtea
minus in autumno propter inordinatio/
né et minime. in hyeme et licet appetitia
cibi in yeme et digeſtiua ſint fortiora. ex
pulſiua autem ſeminis et appetitiua non ꝛ
ꝗꝛ non eſt ſtimulus et quia pori ſunt clau
ſi et materia quieta. ¶ Tertio aduertéduꝫ
ꝙ mulieres magis appetunt in eſtate quia
ſemen eorum é frigidum et tũc calefit et
mouetur et ſtimulat. in uiris auteꝫ fit ex
alatio conſumptó et debilitatio. ſed in ye
me calor eſt fortior ideo magis appetunt
uiri in yeme q̃ in eſtate. mulieres auteꝫ e
contrario. ¶ Quarto notandum ꝙ cetera
animalia abhorrent coitum poſt conceptũ
quia imaginatiua ad coitum fit propẽ na
turam non propter uoluptatem. ſecundo
propter menſtrua in quibus non habũdãt
et ſi habũdant tranſeũt ĩ capillos pilos cor
nua et ungues. et quia appetitus eſt ad ſpe
tiem non ad delectationem. In mulieri/
bus autem eſt contrarium. appetunt enim
non ſolum. propter ſpetieꝫ ſed propter de
lectationé. et cum hᵒ habundant in men
ſtruis propter que ſtimulantur et calefi/
unt et cum hoc recordantur delectatione
precedente. Et ideo accidit ꝙ quedaꝫ mu
lier peperit unuꝫ pulcrum filium qui aſſi
milabaẽ uiro ſuo et poſt paucos dies pepit
unum turpem qui aſſimilabaẽ amaſio ſuo
et hoc non fuiſſet niſi matrix poſt concep
tum fuiſſet aperta et dilatata appetunt igi
tur auide mulieres poſt conceptũ. ¶ Qui
to intelligendum ꝙ maior delectatio eſt
in expulſione ſeminis q̃ aliarum ſuperflui
tatum. et quia materia eſt temperata et ꝗꝛ
unitur membris diſtemperatis ſicut conue
niens conuenienti et gratia finis iuxta il/
lud. Ob hoc enim deus poſuit tantam de
lectationem in coitu ut faſtidio ſuperueni
ente animalium generatio non periret. et
ideo dicebat Ouidius ĩ de faſtis. quid cre
at omne genus uolucrum niſi blanda uo/
luptas nec coeunt pecudes quin lenis aſſit
amor. nullum autem iſtorum eſt in aliis
ſuperfluitatibus. ¶ Sexto notanduꝫ ꝙ mu
lier in pluribus delectatur q̃ uir quare de/
lectatur in ſpermate uiri cũ ſpermate ſuo
proprio. ſed uir fortius et intenſius cuꝫ ſe
men ſuum ſit magis temperatum. ¶ Sep
timo notandum quoniaꝫ licet humor ha
beat replere uirgam in priapiſmo. repletio
tamen et erectio fit a uẽtoſitate tanq̃ a cã
immediata quod patet quia cito uenit et
cito recedit. et hoc dicit Galie. in de inte
rioribus. poteſt etiaꝫ fieri ab humore tãq̃
a cauſa remota. ¶ Ultimo notandum ꝙ
uentoſitas cõſumitur duobus modis. uno
modo eius generationem impediendo et
hec ſunt narcotica. alio modo deſiccando
reſoluendo ſicut ſunt illa que magis cõſu/
munt q̃ diſſoluant ut dictum eſt de ruta
agno caſto et ſimilibus

¶ De gomorrea

Gomorrea eſt emiſſio ſpermatis in
uoluntaria. CAUSA. Cauſa
enim aut eſt exterior aut interior
Exterior ſicut concupiſcentia amplexus ꝛ
ſeſſio ſupra lapides frigidos et ſimilia. In

Interior aut eſt a uaſis aut ab aliis mem/
bris ſicut a cerebro .ſicut patet in epilentia
ubi emittitur ſperma inſenſibiliter et po/
tiſſime quando materia cõtinetur circa ua
ſa .Si propter uaſa ſicut didimos teſticu/
los et renes tunc aut accidit propter mem
bra aut propter humores. ſi propter mem
bra aut quia nimis calida aut frigida para
liticata aut ſpaſmata et ita non poteſt pro
uenire propter uicium neruorum et lacer
torum .Si autem ſit propter humoreꝫ tūc
eſt aut quia peccat ī nimia quantitate aut
in mala qualitate ut quia ſit nimis ca.aut
aquoſus.SIGNA . Si autem fuerit ꝓp
ter cauſas extrinſecas hoc habetur ex iudi
cio patientis .ſi propter paſſiones aliorum
membrorum paſſiones indicant hoc . Si
autem fuerit proprer paraliſim membroꝝ
tunc fit ſine erectione uirge et exit inſen
ſibiliter .et ſi propter ſpaſmum neruoruꝫ
et lacertorum tunc ē cū dolore pectinis ⁊
inguinū. et ſi propter caloreꝫ omniū iſto
rum membroruꝫ tunc leditur a calidis et
iuuatur a frigidis. Et ſi ē propter multi/
tudinē tunc non maceratur corpus nec ē
grauitas in emiſſione.et ſi fuerit ꝓpter ca
lorem ſeminis tunc ſentitur calor et mor
dicatio et quādo ſemē exit uirgā tunc eſt
ibi rigor et tremor ſine frigore et aliq̄bus
accidit dolor capitis et quaſi quedā ſpeties
manie et accidit inquietudo et grauitas to
tius corporis .et iſta accidentia ueniūt eti
am illis qui habent ſemen nimis calidum
cum coeunt dato ꝙ non ſit gomorrea. Si
autem fuerit ſemen aquoſum tunc panni
ſupra quos cadit parum immundātur q̄a
cito tranſit ultra . Et ſi fuerit propter re/
nes tunc ſemen eſt groſſum uiſcoſuꝫ et ali
quando ſemen antecedit urinam et aliq̄n
ſubſequitur et aliquando ueniunt ſimul ⁊
iſtud eſt multum utile ſcire propter gene/
rationē quare addatur capitulo de approxi
merō ¶ PRONOSTICATIO .Iſta
paſſio eſt turpiſſima in qua deperit genus
humanum et ideo dicitur gomorrea qua
ſi fluxus generis humani . multi autē ꝓp
ter uerecundiam reuelandi paſſionē hanc
perierūt .¶ CVRATIO. Sicut frequē
ter dictum eſt cauſe primitiue et alie per
contrarium reducantur ad temperamētuꝫ
Cauſa igitur breuitatis omnes cauſe redu
cantur ad duas ſcilicet ad calidam et frigi
dam .Si autem cauſa fuerit calida cū mul
titudine materie nubat in xp̄o quia meli
us eſt nubere q̄ mori .et ſi particularia tūc
conueniant fiat flebothomia deinde utat̄
uomitu et utatur ſirupo ro. et mirtino et
nenufar. cum camphora. utatur lentibus
⁊ brodio earum milio et ordeo bene deco
cto ac pane eius et utatur aqua frigida la/
ctuca portulaca melonibus cucurbitis et ſi
milibus frigidis.inungantur renes et teſti
culi et uirga et anteriora et poſteriora cuꝫ
opio iuſquiamo mucillagine pſilii papaue
re oleo ro.mirtino et cum ſandalo et cam
phora et cum aliis frigidis et ſiccis confor
tantibus uirtutem contentiuam uaſorum
et utatur in omnibus cibis ſuis puluere fa
cto de ſemine lactuce portulace coriādro
preparato ſumac .Si autem fuerit propter
frigiditatem et ſeminis aquoſitatem tunc
materialia que ualent ſunt iſta ſcilicet mē
ta mirra nux cipreſſi aniſum aſſuꝫ maſtix
thus laudanum ſtorax cala.euforbiuꝫ am
bra caſtoreum ruta origanū calamentum.
Et ſi fuerit propter concupiſcentiā iniūga
tur ieiunia accidentia triſtabilia et flagel/
la . Et ſi fuerit propter paraliſim curatur
ſicut paraliſis et ita de aliis paſſionibus.
¶ CLARIFICATIO .Circa iſtā ma
teriam tria ſunt notanda primuꝫ.ſ.et ſpe
cialiter ꝙ cum in iſta paſſione datur lactu
ca ꝙ non nimis continue ſed modo inter
poletur et modo non .ſcd̄m eſt ꝙ cuꝫ da
tur pſilium ꝙ non detur ſubſtantia et po
tiſſime contrita ſed eius mucillago colata
quia eius interiora ſunt calida . Tertiū eſt
ſpaſmus q̄ cōſtringit et ſpaſmus didimoꝝ

laxat propter diuerſitatem lacertorum. ſecundo debemus intelligere ꝙ gomorrea ē propria paſſio didimorum et uirtus contē tentiua eoruʒ patitur. paſſio igitur erit ṗncipaliter illius membri quod principaliter patitur et hec ſunt didimi non uirga nec alia membra. vnde in lienteria patiuntur inteſtina quecunqꝫ fuerit cauſa et pro tāto ſunt proprium ſubiectū lienterie. Virga aūt non patitur in gomorrea quare nō erit proprium ſubiectum. Vltimo notandū ꝙ non quelibet frigiditas ē cauſa ipſius gomorre ſed frigiditas intenſa paraliticans.

¶De pollutione nocturna

POllutio eſt euacuatio materie digeſte. Intelligendū ꝙ pueri non habent pollutiones propter ſtricturā meatuum ſed adoleſcentes habent frequētes et multas et aliquando ueniunt pollutiones in ſequētibus etatibus. CAVSA Cauſarum quedā exterior quedam interior. Exterior quadruplex. prima. ſ. nimia acceptio cibi et potus crapuloſa. ſcda ē lōgus ſomnus qm̄ ſicut ī longo ſomno multiplicatur ſudor ita et pollutio. Tertia cā ē iacere ſupra dorſum longo tpe. et potiſſime dormire qm̄ calefiunt renes. Quarta cā eſt concupiſcentia diuturna circa amorem inordinatum mulieris qm̄ imaginatiua mouetur ꝑpter ſpeciē concupitā et ita precipit uirtutibus inferioribus et ita expellitur materia pollutionis in ſomno. et ita fiunt in ſomnis diuerſa ſomnia ſm̄ diuerſitatem rerū imaginatiuaruʒ et ſm̄ dominiū hu. vnde uacuis et inanitis uidet̄ ꝙ uolēt et repletis uidetur ꝙ habeāt magnā ſarcinā ſupra. et colericis uidetur ꝙ uideant ignem. flegmaticis ꝙ ſint in aquis melancolicis ꝙ uideant demones et ſuſpēſos. et ſanguineis ꝙ ſint in menſa aut ī vinea aut ī pratis. Et pollutio que uenit ꝑpter concupiſcentiā non ſolū inficit corpus ſed animā. Si aūt cā ſit interior tunc ē ſicut repletio uaſorum. Signa ſunt manifeſta. Pronoſticatio ſuperius dicta ē. CVRATIO. Curatio ſuperius ē tacta. Cauſe igitur primitiue reducantur ad temperamentū per ſuū contrariū. Si igitur fuerit crapula inducatur ieiunium et abſtinētia. Et ſi fuerit longus ſomnus inducātur uigilie. et ſi iaceat ſupra dorſum non iaceat. Et ſi fuerit concupiſcentia inducat̄ flagellum. et ſi fuerit repletio fiat flebotōia vomitus et abſtinentia et ſimilia q̄ dicta ſunt ſuperius. CLARIFICATIO Intelligendum qm̄ licet ſuperfluitates prime et ſecunde magis uigeant in uigiliis et minus in ſomnis ſuperfluitates tamen tertie digeſtiue uigent in ſomno quia circa illaʒ potiſſime uiget uirtus digeſtiua. et iō citius ſic emittuntur. ſicut patet in ſudore et ſimilibus. ¶Secūdo notandū qm̄ licet in pueritia humor ſit magis liquabilis et calor ſit equalis ī radice. nihilominus ī adoleſcentia plures pollutiones accidunt propter multas cās. Primo ꝙ meatus ſunt latiores. ſecundo quia licet calor ſit equalis in radice acutior tamen eſt in iuuene et ideo magis mouet humores. Tertia cā eſt imaginatōnes maiores et fortiores que mouēt calorem et ſpiritum. et aliquando mores animi propter uiſa et audita et inſpecta ⁊ mala muſica immutātur ſm̄ Galie. in ſuo de regimine ſanitatis. et iſta magis concurrunt in prima etate q̄ in precedenti. quarta cauſa eſt multiplicatio mali regiminis. quod fit plus in hac etate. et ideo plures ī currunt egritudines ſm̄ Ipo. patet igitur quomodo pollutiones plures accidunt in iſta etate q̄ in precedenti.

¶Capitulū. v. de apoſtematibus et uulneribus uirge et aliis paſſionibus eius

PAſſiones uirge ſunt multe ſicut apoſtemata ulcerationes cancer inflatio

dolor pruritus. ¶ CAVSA. Cauſe aut
ſunt exteriores aut iteriores. exterior ſicut
caſus percuſſio iacere cū muliere cuius ma
trix ē immunda plena ſanie aut uirulētia
aut uentoſitate et ſimilibus corruptis ¶ Si
interior tunc ſunt ſicut humores corrupti
et mali deſcendentes ad uirgam et in par
tes inferiores inducentes paſſiones predi-
ctas. ¶ SIGNA. Signa paſſionis ſunt
manifeſta quia membrū eſt in propatulo
ſed ſigna hu. peccantis n̄ oportet dicere cū
frequenter dicta ſint recurramus ad capi-
tuluȝ de apatibus. ¶ PRONOSTICA
TIO. Paſſiones uirge et membrorum in
feriorum ſunt difficilis curationis tum q2
ad loca decliuia currunt ſuperfluitates tuȝ
quia ſunt membra ſenſibilia et doloroſa z
ideo trahuntur humores. tum quia ſunt
membra frigida neruoſa debilia et ita ag
gregantur ſuperfluitates ¶ CVRATIO
Curationes generales ſūt ꝙ ſi particularia
conueniāt ꝙ fiat flebothomia deinde uo
mitus. deinde iniungatur quies et tenuis
dieta. Deinde purgetur materia ſm exigē
tiam hu. peccantis cū fuerit parata diſpoſi
ta. Deinde ueniendūȝ ad localia remedia
Curatio calidorū apatū. Imprimis pona
tur tenta in foramine capitis uirge ne via
obduretur ul' oppiletur ut ſuperfluitates li
bere poſſint tranſire. Deinde emplaſtretur
apoſtema ſic. ℞. folia iuſquiami et buliāt
in aqua et conterātur cū aſſungia porcina
recen. in augmēto aūt addatur ꝑdicto em
plaſtro radix malue biſmalue. Sed in ſta
tu emplaſtretur cum fenugreco ſe. lini et
farina uolatilis molendini et oleo cōmuni
Curatio apoſtematis frigidi. ℞. radi. mal
ue et biſmalue decoquātur et lappaciū acu
tum in aqua et conterantur cum aſſungia
porcina antiqua et fiat emplaſtrum ī aug-
mento addatur fenugrecum cum ſemine
lini in ſtatu addatur radix lilii. et ſi fuerit
ex percuſſione emplaſtretur cum arthеme
ſia et abſinthio empl'atis cum oleo de ca-
momillis. Curatio doloris accipiatur mi
ca panis et temperetur in lacte. deinde ac
cipiantur uitella ouorum cocta et tempe
rentur in oleo ro. deinde accipiatur modi
ca portio opii et croci et cōmiſceantur om
nia et fiat emplaſtruȝ et ponatur ſupra lo
cum dolentem. Iſtud enim empl'm miti
gat omnem dolorem ubicunq3 fuerit cor
poris. corpore tamen mundificato. Et ſi
calor eſſet uehemens emplaſtretur cum fo
liis iuſquiami decoctis ſupra prunis et in-
uolutis in foliis caulium et poſtea abiectis
Curatio cancri in uirga uirili. ℞. arſenici
et alumi. an̄. ʒ. i. adurantē ſupra teſtā. dein
de. ℞. pāni blauii et aduratur an̄. ℥. ſ. de-
inde corticis maligranati. ʒ. v. puluerizentē
omnia et fiat puluis et deſuper apponatur
Vel fiant illa que frequenter dicta ſūt ſu
perius. et cuȝ cancer mortificatus fuerit qđ
diſcernitur quia caro apparet rubea. tūc re
generetur caro cum aloe maſtice ſarcocoll'
Et ſi caro mortua plurima apparuerit con
ſumatur ſic. ℞. tartari calcis uiue affodillo
rum ſaponis ſarracenici et gallici an̄. et di
ſtemperentur cum lixiuio frigido de cine
ribus factis de ſtipitibus fabarum et ī om
nibus dictis et dicendis intelligitur ꝙ cor
pus ſit mundificatum. ¶ Curatio uulneꝝ
uirge. ℞. litargi. ceruſe lote mirrā ſarcocol
lā thutiā extinctā draga. thus pulueres lig
ni putrefacti miſceantur et fiat puluis. et
cottidie mundetur locus cuȝ uino tepido
et deſiccetur. deinde puluis aſpergatur aut
de pulueribus omnibus predictis poteſt fi
eri unguentum iuxta naturas ſuas. ¶ Cu-
ratio fluxus ſanguinis. ℞. bolum armeni
cum ſangui. draconis ypoquiſtidos maſti
ceȝ thus et pilos leporis minutiſſime con-
tritos et fiat emplaſtrum ¶ Curatio infla
tionis uirge ſine apoſtemate. Buliat abſin
thium aniſuȝ et ſulfur et pes columbinus
in uino groſſo et conterantur et ſuperap-
ponantur. ¶ Curatio uerrucarum in tali-
bus excreſcentiis excorticētur cum ungue

deinde lac ficus apponatur uel imponatur
puluis arſenici ſublimati ſed ponatur i par
ua quantitate ſicut grani milii quoniaꝫ uir
tus ſua erit ignea in ultimo fortitudinis ē
quod patet quia aqua arſenici corrodit om
nia metalla. CLARIFICATIO. In
telligendum ꝙ ceruſa poteſt competerē in
ulceribus calidis ſanioſis et potiſſime quā
do eſt abluta et quia cum multis aliis po/
nitur et tunc non poteſt nocere. ¶Secun
do notandum ꝙ apoſtemata cauſant̄ fre/
quentius in iuuenibus in uirga q̄ in ſeni/
bus licet ſint plures ſuperfluitates et groſ/
ſiores in ſenibus pro tanto quia nerui ſūt
duri et ſolidi et non poſſunt recipere ſup
fluitates. In iuuenibus autem nerui ſunt
magis rari et molles ideo uirga iuuenum
citius apoſtematur. ¶Tertio notandum
ꝙ apoſtemata uirge et partium inferiorū
aut cauſantur per uiam congeſtionis aut ꝑ
uiam defluxus. ſi per uiā congeſtionis tūc
magis cauſantur ex melācolia cū nutrimē
to eorum aſſimiletur. ſi autem per uiā de
fluxus tunc magis cāntur ex humoribus
calidis cum tales citius fluant. ¶Quarto
notanduꝫ ꝙ apoſtemata uirge licet ſint re
mota a corde et ſic non deberent cauſare
fe. nihilominus quia ſunt in membro ſen
ſibili et ibi eſt magnus dolor ideo ratione
magni doloris ſequitur febris. ¶Quinto
aduertendum ꝙ repercuſſiua bene poſſūt
cōpetere in apoſtematibus uirge licet ſint
in emūctorio membri nobilis ꝓpter duo
et quia teſticuli non ſunt de eſſe animalis
ſed de bene eſſe. et propter aliud quia vir/
ga eſt membrū magis ſenſibile q̄ teſticuli

## ¶De uulneribus et apoſtematibus teſticulorum.

APoſtemantur aūt teſticuli et burſicu
la eius et patiuntur ulcera pruritum
contractionem et multa cōſimilia. Aliqn̄
a cā exteriori ſicut eſt caſus et percuſſio et
applicatio unguentorū et ſimiliū corrum/
pentiū naturā illorū membrorū. Aliquan
do aūt fit a cā intrinſeca ſicut ē fluxus hu
morum. Si aūt ſit in pellicula exteriori d̄
facili cognoſcitur. Omnis aūt curſus cog/
noſcendi eſt iſte quoniam quando cā ē ca
lida tunc eſt ibi calor punctura mordica/
tio fe. et rubor. et ſi cauſa ē f̄ra tūc om̄ia
ſunt remiſſa. ¶CVRATIO. Si cauſa ē
calida fiat flebothomia de epatica eiuſdeꝫ
lateris. Et ſi eſt in utroq̧ teſticulo fiat de
utraq̧ parte. et ſi particularia conueniāt fi
at poſtea de ſaphenis. deinde ſuppoſitoria
aut criſteria. deinde digeratur materia et
purgetur ſm̄ exigentiam hu. peccantis. et
abſtineat a uino et carnibus et utatur die/
ta tenui. Deinde emplaſtretur locus cum
lactuc̄ et portula. aqua ro. et aceto et ſi do
lor eſt fortis ualde addantur iſtis. ſ. folia
iuſquiami mādragore et papaueris. in aug
mento autem emplaſtretur cum farina fa
barum et lentium et mucillagine pſilii et
oleo ro. et oleo d̄ camomillis farina ordei
et melle. In ſtatu autē emplaſtretur locus
cū uuis paſſis mundatis ab ariſl̄ et uitellis
ouorum et farina frumenti et fenugreci.
ſemine lini et aniſi et camomil. In declia
tione autem fomentetur locus cū decoctō
ne aniſi camomil. et uino albo. Et eſt hic
diligenter aduertendum ꝙ nō rumpatur
locus uerſus anuꝫ quia libentiſſime ibi ge
neratur fiſtula quare ꝛc̄. ¶Curatio apoſte
matū frigidorū. Applicetur farina fabaꝝ
ficus fenugrecū cū ſe. lini. folia cauliū ani/
ſi camomil. farina cicerū adeps renum ca
pre et fiat empl̄m. Si aūt fortius uolueri
mus operari diſſoluatur bdelliū in uino et
emplaſtremus cū oleo de maiorana. Et ſi
apoſtema eſſet durum antiquū inungatur
cū dyaltea. deinde fomentetur cum aqua
ſalſa ubi bulierint ficus et camomil. dein/
de emplaſtretur cum ſtercore columbino
et aſa et oppoponaco. Et ſi eſſet uentoſum
aut aquoſū fomentetur cū uino decoctio/
nis rute aniſi cimini et ſimiliū. et in iſtis

omnibus ſimilibus . ultimo fiant ſetones
Et ſi teſticulus nimis magnificaretur em
plaſtretur cum iuſquiamo et foliis corian
dri recentibus . Et ſi teſticulus paruifice-
tur aut contraheretur uerſus interiora in
tantum ꝙ aliquando nõ poteſt tangi tũc
fomentetur locus frequenter cum aqua de
coctionis calamenti et inungatur cum ar
rogon ¶ Et ſi fuerint ibi uarices curentur
ſicut apoſtemata dura . et ſi nimis prolon-
getur et cadat uerſus inferiora tunc fomẽ
tetur cum ſtipticis . Et ſi corrumpatur ab
ſcindatur . et ſi ulceretur fiat ſicut dictuꝫ
eſt in ulceribus uirge . Vel fiat ſic . Recipe
litargiri ceruſe lote cathimie acatie corticꝗ
maligranati ſanguinis draconis thutie añ
ʒ . ii . aloe ſarcocolle thuris aluminis añ . ʒ . i .
pulueriȝenẽ et addaẽ olei ro . z cere ꝙ ſuf
ficit et fiat unguentum . ¶ CLARIFI-
CATIO . Intelligendum ꝙ acatia et ſã
guis draconis et ſimilia multum frigida
bene poſſunt competere in uulneribus te-
ſticulorum potiſſime quandocunq̧ uulne
ra magna caliditas concomitatur . ¶ Secũ
do notanduꝫ ꝙ febris ſequitur apoſtema
teſticulorum licet ſint membra remota ꝑ
tanto ꝙ colligantiam habent cum corde
et ab eo dependent ſecundum Auicen . et
ſicut in diſpoſitione naturali influunt to-
ti corpori . ita in diſpoſitione preter natu-
ram quoniam eſt unum de membris no-
bilibus et principalibus ideo ad apoſtema
teſticulorum ſequitur febris .

## ¶ De hernia

Herniarum quantum eſt de preſen
ti ſunt ſeptem ſpecies . Prima uo-
catur uentoſa . Secunda aquoſa .
Tertia humoralis . Quarta carnoſa . Quin
ta uaricoſa . Sexta ȝirbalis . Septima et ulti
ma uocatur inteſtinalis . quando eniꝫ bur
ſa teſticulorum inflatur et tumet ſine apo
ſtemate et febre et dolore magno tunc ap
paret crepatus et ruptus . et ideo uocari po
teſt nomine generali hernia . quoniaꝫ rup
ture uere aſſimilatur . Iſta autem impletõ
aliquando ex uẽtoſitate . aliquando ex aꝗ
ſitate aliquãdo ex humoribus . aliquando
augmentatur ibi caro preter naturã . aliquã
do replentur uene ſanguine melancolico .
et efficiuntur uarices groſſe aliquando ad
groſſitiem digiti . aliquãdo deſcendit ȝir
bus quoniaꝫ inteſtina ſunt cooperta ȝirbo
et ſifac et mirach . ¶ Aliquando autem iſti
panniculi relaxantur et tunc fit hernia . ali
quando rumpũtur et tunc cadunt inteſtia
in oſſeum et iſta ẽ uera hernia . aliquando
etiam didimus relaxatur et mollificaẽ et
tunc cadunt inferius inteſtina . ¶ CAV
SA . Crepatura enim aliquando fit prop
ter cauſas extrinſecas . aliquando propter i
trinſecas . propter extrinſecas ſicut ẽ labor
exercicium et coytus et ſaltus et uox clara
et omnia conſimilia et potiſſime poſt uẽ
tris repletionem quia tunc de facili rumpi
tur ſifac . Rumpitur etiam propter tuſſim
laborioſam et cum ſemen quod erat para
tum exire retinetur propter aliquam occa
ſionem . Et ſi cauſa fuerit intrinſeca hoc ẽ
propter mollificationem et repletioneꝫ et
ſimilia . Si auteꝫ hernia fuerit uentoſa tũc
eſt ibi rugitus . et mouetur uentoſitas ab
vna parte ad aliam . Et ſi fuerit aquoſa d̃
facili cedit tactui et eſt cum cacochima et
aduenit in apparatis ad ydropiſim . Hu-
moralis autem diſcernitur quia corpus eſt
repletum et eſt ſine dolore et cedit tactui
et ẽ mollicies media inter carnoſam et aꝗ
ſam . In carnoſa autem teſticulus uidetur
augmentari ſine dolore et apoſtemate . va
ricoſa autem ẽ dura oblonga ad modum
uirgarum . Zirbalis autem non reuertitur
dato ꝙ iaceat reſupinus . Inteſtinalis au-
tem reuertitur et ſatis de facili ſi iaceat re
ſupinus . Differentia autem inter relaxatõ
nem et rupturam eſt . quoniam ſi aliquis
ſtet ſupra pedes ſuos et impellat hanelitũ

uerſus inferiora ſi de facili ad impulſionē
hanelitus deſcendāt inferius ruptus ē et ſi
non relaxatus ē. quando igitur uidemus
tumorem in inguine ad modum oui et
dubitamus utruꝫ ſit relaxatio uel ruptura
tunc debemus patientem conari reſupina
re et tunc cum manu debemus intromit
tere illum tumorem et ablue cū manu z
poſtea ꝙ erigatur et tunc debemus incipe
readaptarē ꝙ tuſſiat aut impellat hanelitū
ut dictum eſt et ſi cadat ruptus ē et ſi nō
relaxatus eſt. Quādo aūt didimus ē mol
lificatus et foramen eſt rarum magnum.
tunc de facili cadunt inteſtina in oſſeum.
PRONOSTICATIO Omnes rup
ture de facili curantur a principio potiſſi
me in pueris. Varicoſa autem eſt diffici
lis curationis. De inteſtinali dico tātuꝫ ꝙ
poſtq̄ eſt antiquata nunq̄ uidi aliquem cu
rari niſi per manum cyrugici. et tamen
frequenter feci multa ualde ſicut dicetur ī
curatione et appello antiquam poſtq̄ labia
uulneris interius indurata ſunt quia tunc
non poteſt fieri conglutinatio et forte h°
eſt ultra ſeptem dies licet multa promitta
mus pauca tamen attendimus. CVRA
tio. Imprimis uitetur omnis nimia reple
tio et omnis labor nimius et coitus poſt
repletionem nimiam. vitetur balneum et
omnia uentoſa. uitentur omnes fructus
et omnes herbe omnia legumina. Si aūt
hernia fuerit uaricoſa mūdificetur corpus
et ponantur mollificantia ſupra locum ſi
cut eſt fenugrecum ſemen lini farina fru
menti et oleum ſiſaminum et non appo
nantur ſtiptica. Nunc autem uentoſa aq̊
ſa humoralis et carnoſa ziriboſa magnam
habent conuenientiam ſuppoſita tenui die
ta et corpus ſit mundificatum. Imprimis
fiant ſetones in burſa teſticulorum et ex
trahatur cottidie materia. deinde fomen
tetur cum reſolutiuis ſicut eſt origanuꝫ ca
lamentum ruta camomilla piretrum et ſi
milia. deinde apponantur ſtiptica deſicca
tiua et confortatiua. ſicut eſt nux cipreſſi
maſtix aniſum aſſum copule glandium z
ſimilia. Sed in zirbali fiant cauteria ſup̄
os pectinis. Si autem hernia fuerit inteſti
nalis tunc mollificentur inteſtina que ce
ciderunt cum aqua decoctionis malue biſ
malue. deindę reſupinetur et inteſtina in
ſuum locum reponantur. deinde portet
bracale ferreum cum lingula ad modum
ſemicirculi poſtea paratum ſicut oportet.
Deinde apponantur emplaſtra et dentur
potiones naſturcium ſilueſtre aſſum et cū
lacte cocto ſumptum curat omnem rup
turam a principio et curat etiam fluxum
uentris et hoc dictum fuit ſuperius et h°
eſt ualde bonum pro pueris radix bruſſi
minutim incidatur et temperetur cum ui
no et uinum ſumatur multis et multis ui
cibus et curat omnem crepaturaꝫ et potiſ
ſime a principio. deinde fiat potio que cu
rat omnem crepaturā. ℞. fabe inuerſe que
in uulgari prouincialium benadus dicitur
et trium conſolidarum iaree nigre corrigi
ole plantaginis quinqueneruie uiſci querci
ni añ. ℳ. i. roſarum thuris maſticis mu
mie ſanguinis draconis emathitis boli ar
menici añ. ʒ. i. mirtillorum ſumac. añ. ʒ.
ſ. naſturcii. ʒ. ii. gallarum. ʒ. iii. decoquan
tur in aqua pluuiali. et addatur puluis pi
lorum leporis combuſti cum croco et zuc
caro ꝙ ſufficit. et fiat ſirupus quo utatur
mane et ſero. Deinde fiat hoc emplaſtrū
℞. picis naual' aloes añ. ʒ. iii. maſticis thu
ris añ. ʒ. ii. boli ſanguinis draconis. añ. ʒ.
vii. litargiri colofonie armoni. galbani añ
ʒ. ii. cere rubee. ʒ. iii. gallarum uiſci querci
ni gipſi añ. ʒ. viii. utriuſꝗ ariſtolog. añ. ʒ.
iii. mirre terbentine emathitis añ. ʒ. ii. ba
lauſtie pſidie añ. ʒ. i. acatie. ʒ. i. et. ſ. ſepi ir
cini lib. i. et. ſ. omnium conſolidarum añ
ʒ. ii. galle et ſanguinis humani recētis añ.
lib. i. omnia iſta ſint diſtemperata cuꝫ aq̄
in q̄ pellis arientina cū tota lana ſua ſit liq̄
facta p̄ decoctionē. pili etiā leporis cōtriti

ín multa q̃titate apponantur gũmi uero ꝑ
mo reſoluantur et cera et poſtea agitando
cum ſpatula pulueres incorporētur . Dein
de emplaſtrũ inunctis prius manibus cuꝫ
oleo ro. et mirtino īformetur et una pars
rupture apponatur poſtea bracale detur de
ſuper. Si aũt iſta non ualeant fiat operatõ
manualis. Aliqui igitur cauterizant didi
mum cum cauterio ferreo et aliqui tranſe
unt ferrum ignitum ſubtus didimũ et fi
lum remanet ī foramine et paulatiē ſtrin
gunt donec didimus ſit ruptus. ¶ Aliqui
autem corrodunt carnem et didimũ uſq̧
ad os pectinis deinde cõſolidant. iſta igi
tur reſtauratoribus relinquamus niſi ꝙ ſit
cautela ꝙ inteſtinum nullo modo tangatᷣ
quia ſi ꝑforaretur cito fieret mors. CLA
RIFICATIO. Intelligendum ꝙ rup
tura poteſt curari in pueris et lactantibus
propter teneritatem panniculorum. cum
naſturcio ſumpto cum ouo ſorbili aut cuꝫ
lacte ut dictum eſt . Si autem ſit in alia
etate et eſt recens curari poteſt cum quiete
et longo decubitu et aliis medicaminibus
dictis . Si autem ruptura fuerit antiquata
nunq̃ recipit conſolidationem . quoniam
labia uulneris ſunt indurata et calloſa et ñ
poſſunt amplius uere vniri Et cum fuiſſē
ſedulus inquiſitor et ruptura erat antiqua
ta et patiens non erat in pueritia nũq̃ po
tui aliquem curare ¶ Sed manu cyrugica
bene uidi et multos uidi periclitari in ma
nibus reſtauratorum quia perforabant in
teſtina et ſtercus egrediebatur et moriebã
tur . A falſis igitur promiſſionibus cauea
mus. ¶ Secundo notandum ꝙ crepatura
frequentius accidit in pueritia quantum ē
de relaxatione et frequentius in iuuentute
quantum eſt ex uiolenta tenſione et fre-
quentius in ſenectute quantum eſt ex hu
morum ſuperfluitate. ¶ Tertio notandũ
ꝙ cibi groſſi non competunt in crepatura
qꝛ ſunt indigeſtibiles et cārent uentũ nec
ſubtiles quia non fieret bona conſolidatio
ſed mediocriter groſſi et tales ſũt apti ad
utrunq̧. ¶ Vltimo intelligendum ꝙ bal-
neum quantum ē de natura rei nullo mo
do competit in crepatura quia relaxat ſed
per accidens bene poteſt competere in ꝑn
cipio ad mollificandum ut inteſtina que
ceciderunt in oſſeum poſſint reuerti ad ſu
um locum. ſecundo poteſt competere qñ
multa ſtiptica apposita ſunt aliter non cõ
petit.

¶ De paſſionibus mulierum et primo de re
tentione menſtruorum

MEnſtrua currunt naturaliter ab ã
no quartodecimo uſq̧ ad .xlv.
uel ſexageſimum ãnũ aliquando
tamen citius aliquando tardius ſm̃ diuer
ſitatem complexionum et aliorum parti-
cularium . Retinentur autem aliquãdo na
turaliter aliquando preter naturã . Natu
raliter ut infra annum. xii. uel. xiiii. aut ul
tra. xxxv. aut. xl. aut in temporibus me-
diis ſm̃ diuerſitatem particularium. Reti
nentur etiam naturaliter ut in conceptu
licet aliquando fluant ſed parum et raro.
Fluunt igitur mēſtrua ſm̃ etates lune pu
ellis enim fluunt in prima quadra et iuue
nibus in ſecunda . et illis que magis ꝓceſ
ſerunt in tertia quadra et aliis in ultima q̃
dra . Ex hoc poſſumus elicere ꝙ iuuenes
debēt flebotbomari in noua luna et ſenes
in antiqua qm̃ ars ē imitatrix nature . be
ne ergo dicitur . Luna uetus ueteres iuue-
nes noua luna requirit. CAVSA. Reti
nētur aũt ꝑter naturã duobus modis aut
ꝓpter cãs extrinſecas aut intriſecas. extrin
ſecas ſicut exerciciũ nimiũ fames acciden-
tia aĩe nimia piguedo fe. ptiſis idropiſ ci
catrix ī uulua et ſiſtia nota. Si ꝓpē cãs in
triſecas h° erit ꝓpter tres cãs aut rõe uirtu
tis aut mēbri aut hũoris. ſi rõe ꝑtutꝭ hoc
erit propter aliquam de malis cõplexioni
bus debilitantibus uirtutem ſicut ē mala
complexio calida cum excedit aut frigida

aut ſicca aut humida. iſta enim debilitāt
ita ꝙ non expellitur ſuperfluū aut expelli
tur ad loca incongrua ut quia menſtruum
retentum . aliquando expellitur ad nares
aliquando ad emorroidas et ita de aliis.
Scdo retinetur propter mēbrū ut ꝗꝫ ſtri-
ctum corrugatū oppilatū clauſum ſicut eſt
matrix et orificia uenarū. Si propter hu
morem hoc erit aut propter q̄titatē aut q̄
litatem ſi propter quātitatē ut quia ſāguis
qui ē in corpore ē in parua quantitate . Si
ꝓpter qualitatem . ut quia ſanguis nimis
groſſus aut uiſcoſus aut frigidus . et ita de
aliis cauſis. SIGNA . Si autem mēſtrua
retineantur propter cām frigidā tunc mu
lier eſt diſcolorata ſomnoloſa cum parui-
tate ſitis et pulſu raro et urina remiſſa. et
aliquando emittit ſuperfluitates mucilla-
ginoſas per inteſtina . Si autem fuerit ꝓp
ter cām calidam tunc eſt colorata et cū ſi
ti et uelocitate pulſus et urina intenſa et a
lia aſſunt ſigna caliditatis . uel poteſt fieri
per hunc modum licet non ſit multū ho
neſtus intingatur pannus lineus mundus
et gracilis in ſanguine menſtruo . ſi habu-
erit aliqua menſtrua et exiccetur et poſtea
abluatur et ſi tūc color uergat ad ruborē
ſanguis eſt in cauſa . et ſi colera uergit ad
citrinitatem . ſi flegma ad albedinem et ſi
melancolia ad liuorem . et per hoc ſcitē cā
retentionis et hu. peccantis et cā ſterilitatꝫ
et ſimiliū. Diſcernitur etiam ex habitudi
ne corporis ſicut eſt habitudo extenuata.
aut nimis pinguis et ita uulnera et cicatri
ces et labor nimius et febris et alie cāe pri
mitiue ſunt de facili note ex iudicio.

PRONOSTICATIO . Si menſtrua
retinentur preter naturā pōt medicus p̄di
cere alterā ex iſtis paſſionibus aut multas
ſ. q̄tū ē ex mēbris ſuperioribus ut ē maia
melancolia epilentia caligo et ita de aliis .
et q̄tū ē de mēbris ſpūalibus ſicut ē tuſſis
ptiſis ſuffocatio . et q̄tū ē de paſſionibꝫ nu
tritiuorū ut nauſca et idropiſ . et de paſſio
nibus inferiorū podogra et ita de aliis.
Vtile igitur eſt menſtrua preter naturā re
tenta prouocare . CVRATIO . Imp̄
mis igitur ſi particularia conueniant fiat
flebothomia de utraqꝫ baſilica ꝓpter cām
antecedentē . deinde d̄ utraqꝫ ſaphena ꝓp
ter cām coniunctā et ꝙ trahatur materia
uerſus inferiora . deinde mundificetꝰ ma-
teria ſm̄ exigentiā hu. peccantis. corpe au
tem alterato et mundificato utatur diur̄.
et aperitiuis quia que prouocant urinā ꝓ-
uocant menſtrua . Materialia aūt ſūt iſta
ſ. rubea maior arthemeſia origanū calamētū
pulegium dictamus aniſum maratrū ci
minū ameos ſiſeleos ſpica nar. ſquinantū
calamus aro. mirra opopo. aſa. piretrū eru
ca caſtoreum fella nigella muſcus papauer
ni. ſerapinum coloquintida piper aſarum.
Accipe igitur unū ex iſtis uel plura et po
teſt fieri peſſarium aut emplaſtrū aut un
guentum aut potio aut electuariū aut ꝙ a
qua decoctionis alicuius iſtorū proiciatur
in matricem ſi fuerit mulier corrupta . et
ſi fuerit non corrupta . inſiſtamus cū bal-
neo emplaſtris aut unguentis et ſimilibus
Ligature etiam fortes et doloroſe pedum
tybiarum et coxarum multū ualēt in pro
uocatione menſtruorū ſi diu et longo tp̄e
tenerentꝰ . uentoſe etiā in coxis poſite mul
tum ualent . Medicamina autem compo
ſita ſunt iſta yeralogodion peſſarizatū ye
rarufi. paulinum trifera magna ſine opio.
Et eſt intelligendum ꝙ ſtomaticon laxa-
tiuum cum decoquitur debet proici in cō
cauitatibus canne aut ſambuci. et deinde
lignū remoueatur et aliud remanebit du
rum ſicut candela . Fiat igitur peſſarium ꝛ
mirabiliter prouocat mēſtrua ſuppoſito ꝙ
corpus mundificatum fuerit. hoc idē fa
cit mirra ſi pulueriʒetur et ponatur ī ſaccu
lo et ſacculus ſupponatur . Hoc idem face
ret pulpa colloquintide et fella etiam. Sꝫ
aduertēdū ꝙ ea que ſūt fortis uirtutꝫ ſicut
nigella et ſimilia dꝫ poni in p̄ua quātitate

et ꝙ parum ſtent ſibi et ꝙ non teneat illa
ĩ hora ſomni. quia aliquãdo prouocat̃ fe.
aut ulceratur matrix et ſimilia. cum igitur
operamur cum fortioribus operemur cuꝫ
cautela potiſſime in delicatis . Si auté reté
tio fuerit propter cãm calidã tunc materi
alia ſunt iſta ſcilicet radix apii bruſci ſpa/
ragi ſcolopen. capillo. uene. endiuie ſcariol̃
quatuor ſe. frigidorum ſe. endiuie ſe. ſcari
ole ſe. lactuce ſe. bruſci ſemen ſparagi . Si
autem retentio fuerit propter cãs primiti
uas notas et manifeſtas reducantur ad té/
peramentum per contrarium . Extenuate
igitur medicentur cum ocio et cibis humi
dis et pingues econtrario . Et ſi fuerit ꝓp
ter iram inducatur gaudiũ. et ſi propt̃ egri
tudines corporis curẽtur ille prius. CLA
RIFICATIO . Intelligendũ ꝙ mulie
res ul̃ ꝑgines que uiuunt in ocio et replét
ſe cibis habundant plus in menſtruis pro
tanto ꝙ plura habent ſupflua. hoc etiã pa
tet ex contrario qm̃ mulieres q̃ multũ la
borãt et utũtur modico cibo menſtrua ha
bent modica aut nulla. nũc aũt ſi ociũ eſſꝫ
tale ꝙ inpinguaret et uenas conſtringeret
et oppilaret tũc haberent minus et hoc é ꝑ
accidẽs. ¶ Scđo notãdũ ꝙ qñ facimus fle
bothomiã in retentione menſtrui primo
debemus facere modicã ꝙ uirtus é oppreſ
ſa. nihilominus tñ põt tollerare poſtea po
teſt fieri magna et fortis ꝙ uirtus fortifi
cata eſt . poſtea ſi fiat fiat in parua q̃titate
ut uirtus nõ debilitet̃ . In pleureſi aũt non
é ſic ꝙ morbus é uelocis motus non ſuſti
net tãtas inducias . ¶ Tertio notanduꝫ ꝙ
menſtrua deciduntur a digeſtiua fa . et ſi
diceretur ꝙ ſemé eſt digeſtiue tertie et tñ
inde corpus mũdificat̃ per utrunq; . Dico
ꝙ ſimile é in aliquo et in alio nõ licet eni
ſemen ſit de ſuperfluo digeſtiue tertie . nõ
tñ ꝓpter hoc menſtruũ . ſic eni menſtrua
eſſent alba. proueniunt ergo a ſcđa digeſti
ua ubi generant̃ hu. et iõ eis aſſimilantur.
Quarto aduertendũ qm̃ licet epar aſſi/
miletur ſanguini. et ita uideatur ex ſãgui
ne generatuꝫ ut dicũt aliqui auctores ꝙ e
par non eſt ſanguis coagulatus nihilomiꝰ
ex primis generatum é ſeminibus et albũ
eſt in radice ſicut et mẽbra radicalia ſunt
alba quod patet ſanguine ablato et omni
no euacuato et extracto hoc etiã cũ eſt de
coctũ ⁊c. ¶ Quinto intelligendũ ꝙ muli
eres habent ſperma cũ habeant tertiam di
geſtiuam et didimos et teſticulos . et alia
membra principalia et ſi dicat . Ariſto. ꝙ
nõ habent ſperma hoc dicit per compara
tionem ad uiros ꝙ ſperma mulieris eſt ĩ
digeſtum aquoſum. ſperma autem uiri eſt
album grandinoſum . et quia ſemen muli
eris eſt multum elongatum ab iſta natura
ideo dixit ꝙ non habent ſperma . et cum
hoc etiã patet ad ſenſum ꝙ mulieres cor
rumpunt ſe et delectantur in ſemine pro
prio . ¶ Sexto aduertẽdũ ꝙ mulieres citi/
us dimittunt menſtrua q̃ uiri ſemina ꝓp
ter debilitatem uirtutis que deficere in/
cipit ex etate. In uiris autem non ſic eſt.
Septimo notandũ ꝙ menſtrua ueniũt na
turaliter in tempore determinato quia in
tẽdit natura aliquo modo ſe iuuare ex eis
et non eſt ita impurum. alie autem ſuper
fluitates non ſunt ita iuuatiue et magꝭ im
munde et impure. ideo non ſeruant ordi/
nem et periodum. ¶ Octauo intelligẽdũ
ꝙ in retentione menſtruorũ mulieres ma
gis appetunt ꝓpter titillicũ et pruritũ qué
inducunt. iſta aũt nõ ſentiunt in fluxu ul̃
poſt. ¶ Nono notandũ ꝙ retẽtio mẽſtru
orũ diminuit appetitũ cibi ꝙ replet et pro
uocat coituꝫ quia ſtimulat. ¶ Decimo no
tandũ qm̃ licꝫ alia aĩalia habeãt menſtrua
nõ tñ ita manifeſte apparẽt . aut rõe parue
q̃titatis aut quia tranſit in pilos et cornua.
Et licet femĩe brutorum magis habũdẽt
in ſuperfluitatibus. nihilominus maſculi
habent maiora cornua et uellera et hoc é
propter fortitudiné uirtutis longius et for
tius expellentis.

¶ Vndecimo notandum ꝙ ſuperius caᵒ
de mamillis fuit dictum utrum uiri ha/
berent menſtrua uel lac et ſimilla. ¶ Duo
decimo aduertenduꝫ ꝙ mulieres pingues
carnoſe multum habent de menſtruo ſed
pingues frigide et humide parū ꝑpter ſtri
cturam meatuum. ¶ Tredecimo notādū
ꝙ menſtrua ſecuntur etates lune ratiōe cō
uenientie et proportionis nec humidū plꝰ
habundat in ſecunda quadriga niſi fanta/
ſtice ratione rarificationis ſuperius fuit di
ctum de hoc quare ꝛc̄. ¶ Decimoquarto
intelligendum ꝙ menſtruū plus adueit in
uere ratione fortitudinis uirtutis. Et iux/
ta hoc notandum ꝙ balneum ſtipticū be/
ne poteſt competere in fluxu quia nō tran
ſit ſanguis per uenas intrinſecas et ita non
uadit ad membra nobilia ſed trāſit ab ex
tra per uenas mediaſtinas

## ¶ De nimio fluxu menſtruorum

MEnſtrua fluunt naturaliter qualibꝫ
lunatione ſemel ſm̄ tm̄ ꝙ contigit
mulieris etati et alia particularia et
durat a tribus diebus uſqꝫ ad. vii. ſm̄ di/
uerſitatē complexionū. et qn̄ mēſtrua cur
runt ſicut oportet ī q̄titate qualitate et or
dine tūc ſunt mulieres ſanatiue caſte et fe
cunde. qn̄ aūt ita mutantur tunc ſūt egro
tatiue incōtinentes et ſteriles et ſi generēt i
becilles et morbidos gingnunt pueros. Su
perfluunt igitur aliqn̄ ꝑter naturā et ē cau
ſa multorū morborū. ¶ CAVSA. Cau
ſe fluxus aūt nimius menſtruoꝝ aut ꝓue
nit a cā extrinſeca ſicut ē caſus ꝛ percuſſio
obuiatio ragadie uulnera uulue magnitu/
do nimia uirge aborſus partus innaturalis
et oīa ſiſia uiolentiā inducentia. Si aūt fu
erit ꝓpter cās intrinſecas tūc hoc ē ꝓpter
tria aut ꝓpter uirtutē aut ꝓpter membra
aut ꝓpter humorē. ſi ꝓpter uirtutē hoc ē
ꝓpter fortitudinem uirtutis expulſiue et
mundificatiue totius tūc ē ad bonū q̄tū ē
ex hoc. Et qn̄ ꝓuenit ꝓpter debilitatē cō
tentiue tunc ſemꝑ ē malū. Si autem ꝓpē
membrū aut quia rarum molle laxū mol
lificatū latum apertum. Si propter humo
rem tunc hoc ē aut ratione nimie q̄titatis
et nō pōt comprehendi in uaſis. aut ratiōe
male qualitatis. aut quia nimis ſubtilis ca/
lidus acutus. aut ſalſus. aut mordicatiuus
aut putridus uenenoſus aut ſubtilis aquo/
ſus frigidus. ¶ SIGNA. Si autem uene
rit propter cās primitiuas notas et manife
ſtas hoc habetur ex iudicio. ſi medicus di
ligens inquiſitor uelit eſſe. Si autem fue/
rit propter cās intrinſecas et fuerit ex uir
tute forti tunc eſt cum bona coloratione
et alleuiatione et bona tollerantia iuxta il
lud ypo. ſi qualia oportet purgari ꝛc̄. Et
ſi fuerit ex debilitate tunc mulier ē diſco/
lorata et debilis et cacochina et male tolle
rat. Et ſi fuerit ex mēbro cognoſcitur ex
habitudine corpis. ſi ē piloſa macilenta ex
tenuata de facili paſſibilis. et ſi fuerit ex
humore diſcernit̄ q̄titas ſi ē plectorica et
ſi uene ſunt plene. qualitas aūt diſcernitur
qm̄ qn̄ ꝓuenit ex cā calida tūc ē calor ſitꝗ
pūctura mordicatio. ſi ē ex ſanguine co
lor menſtruoruꝫ uergit ad rubedinē. ſi ex
colera uergit ad citrinitatē. ſi ex flegmate
ad albedinē. ſi ex melancolia ad liuoreꝫ et
nigredinē. Et intelligendū ſm̄ intentōnē
Auic̄. ꝙ omnis fluxus ſanguinis a princi
pio eſt ſubtilis et paruus poſtea multus et
rubeus. poſtea paucus et ſubtilis aquoſus.
Et ſi fuerit ex ruptura uene ē multus ſubi
to et ſubito uenit. et ſi eſt ex corroſione
aut ſudatione tūc uenit paulatine in parua
q̄titate. et ſi fuerit ꝓpter putredinē ſangui
nis et malā q̄litatē hūorū tūc ſanguis ē fe
tidus turpis aſpectus cū dolore et punctu
ra ¶ Emorroides et ulcera cognoſcuntur
ex uſu et tactu et quia fluxus eſt perioda
lis. Cum autem fluxus ſanguinis ē aquo
ſus ſubtilis non calidus tunc uidetur muli
eri ꝙ ſit inpregnata cum non ſit.

PRONOSTICATIO . Nimius flux
us menſtruorum ducit ad egritudines cō/
ſumptiuas ydropiſ et fe. et dolorem dor/
ſi et inducit paſſionem ſtomaci ſicut ē de
bilitas digeſtiue ablatio appetitus et multa
alia ¶CVRATIO. Nullus fluxus debȝ
reſtringi q̄ diu mulier eſt bene colorata et
q̄diu poteſt tollerare. ſi autem nimis debi
liter reſtringatur. et ſi fuerit propter cau/
ſas manifeſtas reducantur ad temperieȝ p
ſuum contrarium. Nunc autem q̄tum ē
de preſenti omnes cauſe poſſunt reduci ad
duas aut ad nimiam frigiditatē aquoſam
ſubtilem indigeſtam aut ad nimiā calidi
tatem ſubtilē acutā . Et ſi cauſa fuerit fri
gida tunc dentur ea que calefaciunt ,et in/
groſſant. et ex parte ciborum detur lac co
ctum frumentū coctū farina tritici faba
fracta cū cinamo. uinum groſſum rizum
menta . Ex parte autem medicaminū de
tur nux cipreſſi et folium eius mirra ualet
et maſtix thus laudanū ſtora. cala. aniſum
aſſum et ſimilia . ualet etiam exercicium
forte fricationes et ſudores. Et ſi cauſa fu
erit calida dentur lentes cū aceto portula/
ca lac acetoſum coctum . panis ordeaceus
ſubſtantia cauliū aquis duabus abiectis pi
ra cotania neſpila ſorbe et ita de aliis fru/
ctibus ſtipticis . Medicamina autem con
ſtrictiua frigida frequenter dicta ſunt . ſi
cut eſt camphora acatia ſpodium corian/
drū ſanguis draconis ſandalum lapis ema
thites ypoquiſtidos bolus galle copule glā
dium ſumac mirtilſ. pſidie balauſtie plan
tago quinqʒneruia ſanguinaria et ſimilia.
Intelligendum tamen imprimis ꝙ ſi cor
pus ſit plectoricum et uirtus poſſit tolle/
rare potiſſime ſi ſanguis dominetur debȝ
fieri flebothomia de utraqʒ baſilica. deīde
ponantur uentoſe magne ſub utraqʒ mam
milla . deinde mundificetur ſm exigenti
am humoris peccantis. deinde ligenē bra
chia ligatione doloroſa . deinde fiat deſcē
ſus ad particularia . Et eſt intelligendum
ꝙ ſupra omnia iſtud experimentū conſue
uit ualere. ℞. ſucum plantaginis et mucil
laginem dragagan. gummi arabicum mi
ſceantur et una pars proiciatur in matricē
et alia ſumatur per os et continuetur et ꝑ
culdubio uniuerſalibus precedentibus cu/
rat . Iuxta igitur conuenientiam particu
larium fiant ex predictis materialibꝰ mo
do peſſaria modo emplaſtra modo balnea
modo inunctiones modo unguenta mo/
do electuaria. Et ita diligens medicus ſci
et ex predictis remedia ſalubria adhibere
¶CLARIFICATIO . Intelligendū
ꝙ in nimio fluxu menſtruoruȝ competit
medicina laxatiua . ſicut in fluxu uentris
ad purgandū hu. corruptū inducentē flux
um et ita ceſſante cauſa ceſſat effectus. Et
mirobalani ſunt multū cōuenientes ad hoc

## ¶De ſuffocatione matricis

SVffocatio matricis ē acceſſus ma
tricis ad ſuperiora uſqʒ ad dyaflā/
ma propter uapores corruptos ve
nenoſos propter quos accidit compreſſio
ſpiritualium et ſincopis et ablatio ſenſus ℞
motus ī toto corpore . ¶CAVSA. hoc
autem accidit aut ꝑpter uapores ueneno/
ſos exiſtentes in matrice qui accidunt ex
tribus aut ex ſpermate retento et ideo po
tiſſime accidit uiduis que conſueuerūt coi
re et modo non coeunt. et accidit puellis
adultis cum carent uiris . ſecunda cauſa eſt
humorū in matrice corruptio. SIGNA
Diſcernitur enim hec paſſio ab epilentia
quia hic nō eſt ſpuma in ore et differt ab
apopl'ia quia nō eſt tanta difficultas hane
litus. et differt a litargia ꝙ nō ē fe. et ſpe
cialiter diſcernit . qa mulier q̄ debet pati
ſuffocationē patitur ſcotomiā et uertiginē
et dolorem capitis et ſentit fumum noci/
uum aſcendentem ad ſuperiora . et tenet
manus compreſſas ſupra uentrem . et te/
net genua reflexa . Et ſi uocetur proprio

nomine bene intelligit ſꝫ reſpōdere nō pōt
et poſt paroxiſmum de omnibus recorda
tur. ¶PRONOSTICATIO. Cū eni
iſtius paſſionis ſpecies ſint multe inter om
nes illa eſt peior que ducit ad difficultatē
hanelitus et ſi cum hoc paroxiſmus eſſꝫ lō
gus frequenter moriuntur. diſcernitur au
tē utrū ſit mortua uel non per ea q̃ dicta
ſunt ſuperius ſicut per folliculū lane et per
ciathum plenū aqua ſupra pectus. ¶CV
RATIO. Intelligendum ꝙ mulier aut
ē in paroxiſmo aut non. ſi adhuc ſit ī pa-
roxiſmo tunc imprimis fiant fricationes
fortes in extremitatibus cum ſale et aceto
Deinde fiant ligature fortes doloroſe in
coxis. deinde ponantur fetida naribus ſi
cut aſſa fetida et ſuffumigetur cuꝫ capillis
humanis et pānis lineis et ſoleis et plumis
et a parte inferiori ſuffumigetur cū ligno
aloe muſco et ambra gariofalis. et alipta
muſcata. Deinde obſtetrix inuoluat digi
tuꝫ in oleo muſcellino aut de balſamo aut
de ſpica. et ſi fuerit corrupta intromittat
digitum in matricē et cōcutiat hinc inde
fortiter ut materia uenenoſa expellatur ad
exteriora. Deinde fiat ſuppoſitoriuꝫ cū ca
ſtoreo pipere ſinapo et eſbo. Si aūt ceſſaue
rit paroxiſmus et cā fuerit retētio mēſtrui
fiat flebothomia de ſafenis interioribus.
Deinde utatur oximelle diureti. et purge
tur cum yerafi. aut yeralogodion aut cuꝫ
theodoriton emperiſtō et yera. qꝫ iſta ha
bent aſpectū ad humores uenenoſos. Si
autem fuerit propter ſpermatis retentionē
ſi particularia conueniant nubat in xp̄o z
ſi non iaceat ſupra folia agni caſti et odo-
ret aliquando rutam et abſtineat omnino
a uino et a carnibus et ab omnibus illis q̃
multiplicant ſanguinem. Intelligendum
ꝙ iſta paſſio aliquando accidit mulieribus
pregnantibus et tunc fiant omnia iſta que
fiunt cū magna cautela propter timorem
aborſus. Preterea alique mulieres ſūt albe
laxe rare debiles in talibus detur medicia

laxatiua quantitate. Si aūt uolumus men
ſtrua prouocare fiat cum agarico mirra et
caſtoreo et cum eis que dicta ſunt ſupius.
CLARIFICATIO. Intelligendum
ꝙ ſperma licet de ſe ſit temperatum tamē
cum corrumpitur tranſit in naturā ueneni
et ideo cum aliqua mulier conſueuit coi-
re et non coit tunc ſemen quod conſueuit
expelli retinetur in matrice et corrumpitē
et cauſatur ſuffocatio aut arpia et ſimilia.
¶Secundo notandū quoniā licet matrix
apprehendat odorem et moueatur motu
locali non tamen propter hoc erit aīal. qa
iſta non apprehendit ex ſe. eſt igitur pars
animalis non animal ſicut pedes et manꝯ
nec apprehendit odorem animalē ſed na-
turalem nec mouetur de ſe ſed uirtute ce-
rebri non igitur erit animal. ¶Tertio no
tandum ꝙ ſuffocatio frequentius aduenit
ex ſpermate q̃ ex ſanguine menſtruorum
quoniam licet menſtruum plus habundet
ſperma tamen conuertitur in peiores qua
litates cum ſit maioris temperamenti.
¶Quarto aduertendum ꝙ in uiduis ma
gis habundat ſperma q̃ in puellis cum ma
gis conſueuerint emittere et uirgines non
et ideo plures egritudines adueniunt uidu
is. ¶Quinto intelligenduꝫ ꝙ ſi ſuperflua
retineantur frequentius accidunt ſuffocati
ones q̃ in aliis temporibus. ¶Sexto intel
ligendum ꝙ ſine hanelitu non poſſumus
eſſe quoniam calor radicalis oportet ꝙ ex
citetur et euentetur et hoc fit per calorem
influentem. et hoc fit mediante pulſu et
hanelitu. et licet calor fluens procedat a ra
dicali. radicalis tamen ſine fluente eſſe nō
poteſt ut dictum eſt. hoc enim prius ſine
ſuo poſteriori eſſe non poteſt et ita utrūqꝫ
perire ſine euentatione ſicut uidemus in ig
ne ſi fortiter cooperiatur. ¶Septimo no
tandum ꝙ clauſio oris et narium ad tem
pus competit in ſuffocatione matricis ut
ex hanelitu retento inferius fortior fiat ex
pulſio. ſicut enim eſt in ſternutatione.

nec talis retentio ſuffocat quia modico tē pore ſtat et euentatio ſufficit per poros q̄ꝛ calor debilis ē. ¶Octauo notandum quoniam licet fetida inficiant. tamen competunt in ſuffocatione q̄ꝛ matrix ea refugit et ita maius eſt iuuamentum q̄ nocumentum. ¶Nono intelligendum quoniaꝫ licet uinum competat in ſincopi cordis ꝑ tanto quia depauperatum eſt de calore in ſpiritu. in ſuffocatione tamen non competit quia uaporoſum ē niſi corpus eſſet mūdificatuꝫ.

¶De apoſtemate matricis

APoſtematur matrix multipliciter CAVSA. Cauſa enim aut ē exterior aut interior. Si exterior tūc eſt ſicut caſus obuiatio ꝑcuſſio nimius coitus aborſus innaturalis obſtetrix cum ē indocta et ſimilia. Et ſi ē interior tunc ē retentio ſpermatis aut menſtruorū aut humor currens ad locuꝫ ſicut eſt ſanguis aut colera aut flegma aut melancolia aut uentoſitas aut ſimplicia aut compoſita. et humor poteſt eſſe aliquando aduſtus aliquādo nō. ¶SIGNA. Signa autem huius paſſionis habentur ex membris cum quibus habent colligantiā aut uicinitateꝫ aut compaſſionem quoniam aliquando apoſtematur interius in profundo aliquando in lateribus aliquando in orificio et ſecundum hoc apparent dolores diuerſi ſm diuerſitatem ſitus. Matrix autem ſemꝑ fugit ad oppoſitum. tūc igitur apoſtema matricis ſequitur dolor capitis et dolor in radicibus oculoruꝫ. difficultas hanelitus dolor ſtomaci et nauſea et dolor in dorſo et in pectine et in coxis et accidit clauſio et conſtipatio uentris. Et ſi materia eſt calida adeſt fe. dolor uehemens cum punctura uigilie et inquietudo cū matrix ſit mēbrum multum ſenſibile. Et ſi cauſa fuerit frigida omnia ſunt remiſſa. et apoſtema aliquando eſt durum ſrimotū et aliquando cancroſum quia quod exit eſt uirulētū grauis odoris et diuerſorum colorum. PRONOSTICATIO. Omne apoſtema matricis ē difficilis curationis ualde ꝫ potiſſime quāto magis approximatur ad interiora. quando autem apoſtema matricis tranſmutatur ad ſaniem tunc augmentatur febris et dolor et ſentitur ī loco pulſatio. Et ſi quod egreditur eſt album iunctum equale et ſine dolore horribili ſignū eſt euaſionis et ſi quod exit eſt uirulentuꝫ fetidum diuerſorum colorum ē peſſimū CVRATIO. Si cauſa fuerit calida et corpus plectoricū imprimis fiat flebothomia de baſilica. deinde ſi particularia conueniant de ſaphena deinde prouocetur uomitus. deinde mundificetur corpus cum māna et caſſiafiſtula. dieta ſit tenuis ſicut in fe. acuta et tunc accedamus ad particularia. In principio igitur morbi utamur r̄ percuſſiuis. ſ. coriandro recenti plantagine quinqꝫneruia lactuc̄ maurell̄. et ex his fiat emplaſtrum cū aceto et aqua ro. et emplaſtretur matrix ab extra. Et ſi mulier ē corrupta fiat peſſariū ab intus. deinde decoquantur in aqua lētes maurelle portulaca et mulier ſedeat ī illa aqua et illud repcutit et mitigat dolorem. Et cū egritudo eſt in augmēto cum iſtis addatur fenugrecum ſemen lini dactili cocti et triti carice. et ex his fiat emplaſtrum cum oleo de camomil. in declinatione autem inungat̄ intus et extra cum oleo de ſpica nardi et peſſarizetur cum mirra ſarcocolla et iſopo et melle et uino albo et utatur lacte cum ſpica nardi. Si autem cauſa fuerit frigida mundificetur corpus ſm exigentiam hu. peccantis. deinde emplaſtretur et paſſarizetur cum malua fenugreco ſe. lini ſe. portulace et radice lapacij. et cōficiatur cū oleo de camomil. Et in augmento addat̄ iſtis ſtercus columbinū carice radix lilii et oleum de ſpica nardi. et in ſtatu addat̄ bdellium armoniacum. Si autem materia eſſet

ualde dura utatur dyaquilon aut fiat me
dicamen de aſſungia ·gallinacea arietina
anſerina medulla uituli uitellis ouoruꝫ ſe.
malue fenugreci ſe.lini miſceantur et fiat
emplaſtrum aut unguentum aut peſſariũ
deinde ponantur mundificantia q̃ dicta
ſunt et dicentur. CLARIFICATIO
Intelligenduꝫ ꝙ matrix citius apoſtema/
tur ex ſanguine menſtruoſo quia plus ha
bundat et licet ſperma habeat peiores qua
litates non tamen ita manet ſed ſpargitur
per corpus. ¶Secundo notandum ꝙ in a
poſtematibus matricis in principio corpo
re plectorico exiſtente competit flebotho
mia de baſilica q̃tum ad uniuerſalem pur
gationem. apoſtemate autem confirmato
corpore plectorico non exiſtente q̃tuꝫ ad
cãm coniunctaꝫ competit de ſafena et ita
intelligit Galienus.

¶De uulneribus uulue et matricis

VVlnera ragadie pruritus et dolor
accidunt aliquando in matrice.
CAVSA. Cauſa enim aut eſt
exterior aut interior. exterior ſicut caſus
obuiatio partus innaturalis groſſitudo uir
ge uirilis impoſitio medicaminis acuti ſi
cut ẽ nigella et ſimilia compreſſio nimia.
Si autem fuerit interior. tunc eſt propter
rupturam apoſtematis aut puſtule. et ſi ẽ
uirulentum tunc ẽ corroſio et cancroſitas.
Et ſi eſt ſicut lotura carnis tunc eſt ibi pu
tredo. Et ſi ẽ ex humoribus calidis eſt ibi
calor dolor punctura mordicatio et inqui
etudo. Et ſi cauſa eſt frigida omnia ſũt re
miſſa. diſcernitur etiam ex uiſu quia ſi fu
erit uerſus orificium exterius de facili ap
paret. et ſi in profundo diſcernitur ex exe
untibus et ex dolore quia ubi dolor ibi e
gritudo. Conſueuit aliquando diſcerni ſic
ponatur mulier in loco luminoſo et ſpe/
culum preſentetur naturalibus illis. et tũc
in ſpeculo apparet ſi fuerit ulcus aut raga/
die aut uerruca aut quid aliđ. PRONO
STICATIO. Pronoſticatio poſita ẽ in
capitulo precedenti. ¶CVRATIO. Im
primis mũdificetur corpus cum flebotho
mia et farmacia et uomitu ſm̃ exigentiã
humorum et aliorum particularium et in
iungatur tenuis dieta. Deinde mitiget do
lor ſic. extrahatur ſucus plantaginis portu
lace et quinqꝫneruie et coriandri recentis.
et coletur et iniciatur in matricem et fre
quenter. deinde in aqua decoctionis iam
dictorum et galle et lentium et pſidie et
balauſtie ſumac et roſ. et ſandal. Deinde
mundificetur matrix cum decoctione ab
ſinthii yſopi mellis ro. uini albi et lacte
coletur et per criſtere iniciatur deinde uta
tur iſto unguento. ℞. drag. gummi arabi
ci infuſoruꝫ ceruſe lote cathimie lote litar
giri amidi ſanguinis draco. boli ar. roſarũ
rubearũ añ. ʒ. i. cortic. heris. ℈. ii. olei roſ.
et aceti ꝙ ſufficit et cum iſta parata fue/
rint ſicut oportet fiat unguentuꝫ. et ſi un
guentum non poſſit attingere locuꝫ deco
quantur omnia iſta in lacte cum oleo ro.
et coletur et colatura per peſſarium inicia
tur. Deinde ſi uolumus carnem regenera
re fiat unguentum de mirra aloe et thure
ſarcocolla ſãguine draconis. litargirio thu
tia lota cathimia lota et cuꝫ oleo ro. et ce
ra fiat unguentum et iſta decoquantur in
lacte et coletur et proiciatur. Cuꝫ iſtis igi
tur poſſunt curari ulcera matricis et raga/
die et uiolenta defloratio. Si autem fiat
pruritus fiat flebothomia et purgetur hu
mor iuxta qualitatem ſuam. deinde paſ/
ſarizetur cum frigidis ſicut ſunt roſe ſan/
dali ypoquiſtidos et oleuꝫ ro. et utatur di
eta frigida quoniam aliquando ex pruri/
tu accidit tanta titillatio ꝙ aliquo coitu ſa
tiari non põt. ¶CLARIFICATIO.
Intelligenduꝫ ꝙ in ſanie et in uulneribus
matricis competunt diuerſe ſpecies medi
caminum modo frigida ad ſedanduꝫ do
lorem ſicut papauer et ſimilia. mõ calida

ad mundificandum ſicut ē abſinthiū mel
ſpica nardi et lac .modo ſicca ad abſtergē
dum et conglutinandum ut ſanguis dra.
et bolus. modo carnis regeneratiua ut ſar
cocolla zc̄. ¶Secundo intelligendū ꝙ uul
nera ſanioſa ſunt minus periculoſa q̄ non
ſanioſa inq̄tum huiuſ.iuxta intentionem
Ipo.calidum ſaniez faciens zc̄.qm̄ ſanies
ſignificat actōnem caloris naturalis et for
titudinem uirtutis .et ideo q̄tum ē ex hᵒ
bonum ſignum eſt in uulnere ¶Si aūt nō
generetur ſanies debilitas caloris ſignifica/
tur et ideo maluz ſicut patet in cancro et
herpete zc̄. ¶Tertio notandum ꝙ uulne
ra matricis poſſunt curari et deſiccari qm̄
uulnera non curantur niſi prius deſiccētur
et licet ſuperflua currunt ad matricem cuz
uniuerſali tamen et particulari purgatione
poteſt preſeruari et ita non current et ita
poteſt deſiccari et curari. ¶Vltimo notā
dum ꝙ in uulneribus ad regenerationem
carnis competunt humida et ſicca.humi/
da tanq̄ materialia et nutrimentalia ſꝫ ſic
ca tanquam ſuperflua formalia remouen/
do. Et ideo ſiccum quod competit ī uul/
neribus tanq̄ materia ad regenerationem
carnis non debet excedere niſi per unū gra
dum ultra complexionem mēbri ſm̄ Ga
lie.iii.de inge.ſanitatis.

Capitulum.xiii.de caſu et precipitatione
matricis.

MAtrix precipat̄ et declinat aliquā
do uerſus alterum uertebrū et tūc
appellatur precipitatio.aliquādo au
tē deſcendit uerſus inferiora et uocatur ca
ſus. et ita paſſiones matricis ſūt tres.ſ. ſuf
focatio de qua dictum ē.caſus et precipi/
tatio de quibus agitur nunc. CAVSA
Hoc aūt accidit aut ꝓpter cāś extrīſecas
aut intrinſecas.ſi propter extrinſecas ſicut
eſt caſus nimius conatus et quia mulier ſe
dit diu ſupra lapidem frigidū aut in aqua
frigida aut quia inunxit ſe unguentis fri
gidis .aut quia expoſuerit ſe frigido uen/
to et ita de aliis. Si autem fuerit cauſa in
terior tunc accidit a paraliſi et mollificatō
ne lacertorum aut propter concurſum hu/
miditatis aquoſe uerſus matricem aut ꝓp
ter uentoſitatem et ſic de aliis. SIGNA
Si autem fuerit precipitatio tunc diſcerni
tur quia tumor eſt in altero lateruz et do
lor et grauedo.et ſi fuerit caſus tunc ſenti
tur dolor uerſus inferiora .et quia notabi/
liter apparet extra aliquādo. et ſi paſſio fu
erit occulta tunc obſtetrix debet apponere
digitum et ſi foramē matricis in directo
eſt alterius foraminis patentis nulla diſlo
catio eſt ibi .et ſi foramen eſt tortuoſum
tunc eſt diſlocatio.ſ.orificiuz matricis qđ
iacet interius. PRONOSTICATIO
Si matrix diu ſteterit diſlocata et potiſſi
me ſi exiuerit ad exteriora đ difficili aut
nūq̄ curatur ¶CVRATIO.Imprimis
ꝓuocetur uomitus et iniungatur dieta ca
lida et ſicca .deinde ſi precipitatio eſt ī al/
tero uertebrorum fiat uentoſa in altero z
ſi fuerit caſus fiat uentoſa ſine ſcarificatio
ne ſubtus mā̄millas.deinde apponant̄ aro
matica naribus et ſuffumigetur cum feti/
dis uerſus inferiora.Deinde obſtetrix inū
gat manum ſuam cum oleo de maſtice z
ſi matrix apparet exterius reponat eam in
locum ſuum. Deinde buliat in uino ma/
ſtix nux cipreſſi ypoquiſtidos bolus arme
nus et inuoluatur lana et ſuper orificium
apponatur.et fiant reliqua que dicta ſunt
in exitu longaonis. Deinde emplaſtretur
uenter cum menta arthemeſia ſauina buli
tis in uino pontico. Et ſi fuerit paſſio ex
uentoſitate ſacelletur uenter totus cū fur/
fure bulito in uino aut cum aniſo et ruta
aut cum latere calido aſperſo uino albo
Si autem appareat duricies notabilis ī ma
trice uerſus alterum membrum tunc poſt
uomitum et uentoſam et ſuffumigationē
accipiatur mucillago fenugrecum .ſemen
lini et miſceantur cuz medulla cerui et ui
tuli et aſſungia gallinacca et applicetur ab

intus et ab extra. In caſu autem matricis
ſedeat in aquis ſtipticis. poſtq̃ preceſſerūt
ea q̃ dicta ſunt. CLARIFICATIO
Intelligendum ꝙ caſus matricis fit ex ti
more non inquantum timor reuocat. ſed
inq̃tum infrigidat et paraliticat. ¶Secun
do notandum ꝙ in caſu matricis compe
tunt ſtiptica frigida non multum intenſa
et cum hoc debent adiungi aliqua ſtiptica
calida.

¶Capitulum. xiiii. de ſterilitate mulierum

SVperius in principio huius parti
cule determinatum fuit de ſteri
litate uirorum. hic autem de ſte
rilitate mulierum et per conſequens uiro
rum determinat. CAVSA. Accidit
igitur ſterilitas aut a parte mulieris aut ex
parte uiri aut utriuſq; ſcilicet uiri et mulie
ris. Si mulieris tunc accidit aut propē cau
ſas extrinſecas aut intrinſecas. propter ex
trinſecas aut manifeſtas ſicut cum mulier
ſemel aut pluries potauit aquam frigidaȝ
in nimia quantitate. aut continuauit ni
mis cibaria acetoſa aut aliqua cibaria ma
le qualitatis. et accidit etiam propter acci
dentia anime ſicut eſt ira triſticia et ſimi
lia. et accidit cum poſt coituȝ ſaltat aut ni
mis ueIociter mouetur aut quia ē mulier
nimis maliciosa et accepit aliqua ſterilizan
tia. Si autem fuerit propter cauſas intrin
ſecas magꝫ tunc aut accidit propter mem
bra generationis aut propter totum corpꝰ
ſi propter totum hoc eſt propter paſſiones
notas et manifeſtas cerebri cordis ſtoma
ci et epatis et ſplenis aut quia mēſtrua ſūt
retenta aut quia nimis fluunt aut quia ni
mis extenuata aut quia nimis pinguis aut
puella aut antiqua. Si autem fuerit prop
ter matricem tunc hoc eſt propter mor
bos conſimiles aut officiales aut cōmunes
ſi conſimilis ſicut mala complexio calida
ſicca uel frigida uel humida zc̄. Si officia
lis ſicut uerruca aut emorroys aut cicatrix
aut pinguedo in orificio matricis interius
aut nimia ſtrictura aut laxitas et amplitu
do aut tortura aut ſanies. Si autem fuerit
morbus communis tunc eſt ſolutio conti
nui aut ulcus. Si autem fuerit ſterilitas ex
parte uirorum et licet ſuperius ſit dictum
gratia tamen materie aliquid dicamus ui
ri enim ſunt ſteriles aut propter cauſas ex
trinſecas notas aut propter cauſas intrinſe
cas occultas magis tunc aut fuerit cāe in
trinſece ſicut in mulieribus ſicut ē nimius
et ſubitus potus aque frigide. aut nimia
frequentia ciborum acetoſorum aut alteri
us male qualitatis aut quia ē puer aut cra
puloſus aut ebrius. aut eſt homo qui utiē
nimio coitu et accidit etiam propter acci
dentia anime. Si autem fuerit magis ꝓp
ter cauſas intrinſecas tunc eſt aut propter
totum corpus aut propter membra gene
rationis. ſi propter totum corpus tunc ac
cidit propter egritudines membroruȝ p̃n
cipalium et nobilium et eis adiacentium.
ſicut eſt cerebrum cor zc̄. aut quia iuueni
les que ſunt retro aures ſunt inciſe aut ꝙ
ē nimis pinguis uel extenuatus. Si aūt fu
erit propter membra generationis tunc ac
cidit propter morbos conſimiles aut offi
ciales aut communes. ſi propter conſimi
les ſicut propter malam complexioneȝ ca
lidam ſeminis et teſticulorum aut frigidā
aut ſiccam aut humidam aut quia teſticu
li ſunt infrigidati cum opio iuſquiamo et
ſimilibus aut quia nimis uſus eſt campho
ra aut ruta aut agno caſto. Si autem fue
rit propter morbos officiales tunc accidit
aut quia uirga eſt nimis longa aut nimis
breuis. aut quia mollificata aut ſpaſmata.
et teſticuli ſimiliter aut quia teſticuli non
ſunt aut quia foramen uirge eſt tortuoſuȝ
aut quia lapis extractus ē a ueſica ſua ꝓp
ter inciſionem ¶Si autem fuerit propter
morbum cōmunem hoc eſt proprer ulce
ra aut quia eſt faſtinatus aut quia ſumpſit
aliqua ſterilizantia. Si autem ſterilitas acci

dat propter utrunqꝫ quia conueniunt ſcili
cet in malicia complexionis aut quia ma
licia complexionis eſt nimis intẽſa et diſ
conueniunt et ita accidit ſterilitas ſi utrqꝫ
nimis calidus aut nimis frigidus zc̄. aut
ſi unus eſt excellenter calidus et alter excel
lenter frigidus quia ſemina nõ poſſunt ſe
temperare nec corrigere ad inuicem . ſed
ſi alter excederet aliquantulum in calidita
te et alter parum in frigiditate tunc ex ta
libus ſeminibus poſſet bene reſultare fecũ
ditas . Accidit etiam ſterilitas cum unus
anticipat effuſionem ſeminis ante alterum
ſimul enim debent uenire ſemina. accidit
ſterilitas quando inſtrumenta non ſũt be
ne proporcionata ut quia matrix ẽ nimis
ampla lata et concaua . et uirga eſt nimis
breuis et gracilis . non enim tunc eſt bona
proportio . ¶SIGNA. Signa primitiua
et manifeſta ex iudicio cognoſcũtur. egri
tudines etiam totius aut partis que preceſ
ſerunt ſatis ſunt note uolenti aliquid inue
ſtigare . Signa autem male complexionis
calide per hunc modum diſcernuntur uri
na eſt intenſa circa pudibunda multitudo
pilorum calor et punctura appetitus ad ue
nerem uelox emiſſio ſeminis et delectatõ
menſtrua ſunt citrina et ſunt calide tactu
animoſe pulſus uelox ſitis. ueloces ſũt in
motibus et in omnibus ſuis accidentibus
Si autem ſunt frigide complexionis tunc
ſunt ſigna oppoſita urina remiſſa paucitas
pilorum paucitas appetitus ad uenerẽ pau
citas menſtruoruꝫ et albedo eorum et tar
da emiſſio ſeminis et modica delectatio.
pulſus tardus paruitas ſitis pigra in moti
bus . Si autem fuerit mala complexio ſic
ca tunc mulier eſt extenuata et modicum
aut nihil emittit in coitu menſtrua pauca
urina tenuis labia ſicca et fixa . Si autem
fuerit nimia humiditas cauſa ſterilitatis
tunc matrix eſt humida et poſt mẽſtrua
remanet humida et ſemper uel quaſi exit
a matrice quoddam fluidum albuꝫ aquo

ſum et non delectatur in coitu et matrix
eſt lubrica ita ꝙ ſemen retineri nõ poteſt
et iſta cauſa aduenit ut plurimum iuncta
cum frigiditate. Ipocras enim docuit ex
periri utrum mulier erit parata conceptui
ſcilicet ꝙ ſuffumigaretur cuꝫ aromatibus
et ſi fumus ſentiretur ab intus parata erat
ſi non erat ſterilis cauſa manente quoniã
oppilatio ſignificatur et hoc experimentũ
ualet etiam in uirginibus. Si autem mu
lier fuerit corrupta dicunt aliqui auctores
ꝙ ſupponant ſibi doſſaꝫ alei et ſi ab intus
ſentiat odorem alei aſcendere uſqꝫ ad na
rem et os parata erat ad conceptum ſi nõ
non . Tertio poteſt experiri ſic ꝙ ſemina
proiciantur in ſcutella plena aqua frigida
et ſi ſupernatat ille eſt ſterilis . ſi uadat ad
fundum fecundus iudicatur . et ſicut de
uiro ita de muliere . multa alia experimẽ
ta ponuntur ab auctoribus ſed non adhi
beo fideꝫ quia emperica uidentur. PRO
NOSTICATIO . Emorrois et excre
ſcentia in matrice non uidentur recipe
re curationem nec etiam tortuoſitas fora
minis uirge uirilis. mulier fecunda magis
uiuit ſana ſed citius fit anus . Mulier ſte
rilis magis conſeruat iuuentutem ſed ma
gis eſt egrotatiua . Notabilis paruitas uir
ge non recipit curationem. Mulier uulne
rata et poſtea cicatrizata non recipit curati
onem. et ſi concipiat ualde timendum eſt
de morte matris quia orificium matricis
non eſt bene dilatabile ad exitum fetus z
oportet aliquando ipſam ſcindere et aperi
re hoc eſt magnum periculum. cicatrix er
go in matrice aut orificio eius ẽ ualde ma
la. ¶CVRATIO . ſi autem mulier fue
rit ſterilis propter malam complexioneꝫ
calidam. imprimis ſi particularia conueni
ant fiat flebothomia de epatica deinde de
ſaphenis . utatur ſirupo roſato uiolato ne
nufare . deinde purgetur cum trifera ſarra
cenica reubarbarata . deinde ſupponatur in
herbis frigidis. deinde utatur rubea trociſ.

Deinde utatur zuccaro roſato triaſandaſ.
et dyadragaganto frigido. deinde odoret
camphoram roſas et ſandaſ. et aquam ro.
Deinde fiat peſſarium de ſtercore leporis
et matrice leporis et ſemine mercuriali cũ
modico melle roſato. et uitet omnia ciba
ria calida exercicium nimium et iram ꝛ
breuiter omnia illa que poſſunt ipſam no
tabiliter calefacere et utatur et continuet
ordeatum et panem ordei non ſolum per
dies et menſes imo per annos ſi neceſſari/
um fuerit . utatur piſcibus ſquamoſis de
aquis mundis . vtatur coriandro in ſalſa
mentis et utatur lacte acetoſo. Ordinẽtur
igitur ſex res non naturales in gradu oppo
ſito donec calor excedens ad temperiem
ſit reductus . Si autem uenerit ſterilitas
propter cauſam frigidam et humidam di
geratur materia tunc per hunc modum.
℞.rubee maiorane arthemeſie ſauine añ
lib. ſ. foliorum mente foliorum abſinthii
ſumitatum origani et calamenti añ. ℥. ii.
ſpice nardi ſquinanti calami aromatici a/
niſi maratri ameos ſiſele. añ. ℥. i. mellis ro
ſati lib. ii. fiat ſirupus . Materia digeſta
purgetur ſic. ℞. benedicte theodoritõ em
periſton añ. ʒ. iii. eſule maſticis añ. ℈. ſ. mi
ſceantur et fiant pillule. Corpore mundi
ficato fiant ſtuphe in qua ponantur ea q̃
ſunt in ſirupo et in exitu a ſtufa detur ſibi
auree alexandrine metridati añ. ℈. i. et hꝰ
fiat multis uicibus. Deinde mundificetur
matrix ſic. Accipe predictum ſirupum ꝛ
cum aqua decoctionis abſinthii et mirre
et pulpe coloquintide miſceantur et proi
ciantur tres in matricem . Deinde utatur
iſto electuario. ℞. pulueris potionis muſ/
cate pulueris trifere magne ſine opio pul/
ueris ſtomaticon confortatiui conſerue ci
trangulorum añ. ʒ. i. ligni aloe ambre gri/
ſie. añ. ʒ. ii. muſci. ℈. ii. panis zuccari ꝙ ſuf
ficit et fiat electuariũ . Deinde poſt iſta
omnia ſi non fuerit fecundata utatur iſto
puluere. Recipe teſticulum uerris dextrũ
ſi uult maſculũ et ſiniſtrum ſi uult femi/
nam deſiccetur in umbra et pulueriʒetur
tunc . ℞. limature eboris ſeminis ſiſeleos
matricis leporis et coagulum eius añ. et fi
at puluis quo utatur mane et ſero cũ bro
dio cicerum aut cum uino albo et poteſt
apponere puluerem liquiritie aut panẽ de
zuccaro ut in accipiendo ſit magis grano/
ſum . Deinde utatur iſto medicamine ꝑ
modum ſubſcriptum. ℞. ambre griſee ſto
racis cala. añ. ℥. i. mirre maſticis thuris ga
riofalorum ligni aloe cinamomi nucꝗ mu
ſcate cipreſſi añ. ℥. ſ. conficiantur cum ox
imelle diuretico et aqua roſa. et fiat maſ
ſa deinde illa diuidatur in quatuor par/
tes ex una fiat pomum ambre ad odoran
dum et de ſecunda parte fiant pillule par
ue ad quantitatẽ ciceris et cottidie de ma
ne tranſglutiat tres integras. et ex tertia ꝑ
te fiat peſſarium . et inungatur prius cum
balſamo . et ex quarta parte fiat tale ma/
giſterium . fragminetur in aqua calida et
per calamum fumus aſcendat uſqꝫ ad ma
tricem et ſit in tali proportione ꝙ ſentiat
calorem aque aliquantulum ſupra tempe/
ramentum et dormiat ſi poteſt et iſta ſũt
que mirabiliter fecundant . Si autem ex
his omnibus non fuerit fecundata. recipe
ſtomaticon confortatiuum et in horã ſue
perfecte decoctionis proiciatur calidum
in concauitatibus canne. deinde extraha/
tur quod eſt in concauo et fiat peſſarium
et cooperiatur cum panno lineo gracili ſi
cut diximus in primo capitulo huius ſep
timi. Si autem matrix fuerit nimis hu/
mida et aquoſa fiat tale peſſariũ. ℞. mir
re aloes maſticis thuris laudani nucis cipſ
ſi et foliorum eius blacce biſan. ligni aloe
galange zedoarie nucis muſcate aluminis
de pluma ſumac copularum glandiũ añ

ʒ.i.conficiantur cum oximelle ſquillitico
et fiant peſſaria et inuoluantur et corpore
mundificato et uomitu precedente matri
ci ſupponantur et teneat per unam horam
et quieſcat per aliam et ita deinceps. uitet
ociuꝫ et exercitet ſe ante cibum .uitet om
nes fructus legumina ꝛ omnes herbas cru
das et uitet omnia que ſunt tarde et dure
digeſtionis ſicut ſunt carnes bouine et cau
les et caſeus antiquus .et oua indurata .et
omnia conchilia et omnes piſces beſtiales
et ſimilia. vitet repletionem nimiam ci/
bi et potus . vtaẽ carnibus aſſis.et auibus
non degentibus in aquis et omnia ſint aſ
ſa et ſicca quantum erit poſſibile. Diligẽs
igitur medicus ordinet aerem et alias res
non naturales in ſiccitate eleuata donec ni
mia matricis humiditas ad temperieꝫ ſit
reducta .Si autem uenerit ſterilitas prop
ter nimiam ſiccitatem iniungatur quies ꝛ
ocium et utatur dieta reſumptiua et nutri
ente et utatur lacte et ſuper omnia ſit in
leticia et gaudio ſempiterno . deinde uta/
tur iſto peſſario.℞.cerebri cerui et uituli
et medulle eorundem butiri uaccini ſiue a
dipis caprarum cere et mellis ꝙ ſufficit et
fiant peſſaria ¶ Si autem fuerit ſterilitas
propter pinguedinem matricis tunc com
petit ieiunium et dieta ſubtilis et parum
nutriens et accidentia anime ut ira ſollici
tudo triſticia uigilie plurime durus decu/
bitus et peſſarizetur cum aurea alexandri/
na et tyriaca uel cum milio et ſale et nuce
cipreſſi et nitro et torrefiant et fiant peſſa
ria et ſacellationes .Si autem fuerit ſterili
tas propter uentoſitatem per modum em
plaſtri ante et poſt per peſſaria et ſuppoſi/
toria criſteria et balnea et ſuffumigatõnes
et iſta ſunt ruta et ſemen eius naſturcium
aniſum ciminũ anetum caſtoreum agnus
caſtus et ſimilia .Si autem fuerit ſterilitas
propter ſtricturam orificii matricis balne

etur frequenter in aqua decoctionis mal/
ue biſmalue palee ordei et auene .et fiant
peſſaria ſubtilia et paulatine ingroſſentur
de apio aniſo cimino et melle et ſi neceſſe
fuerit fiant multa peſſaria de ſtagno que
dam gracilia et ſubtilia et quedam groſſa
et quedam magis groſſa et inuoluanẽ cuꝫ
lana et arrogon et ſupponantur et ſint ita
groſſa ꝙ fiat quaſi quedam uiolentia . Si
autem fuerit ſterilitas propter amplitudi
nem nimiam orificii matricis .balneetur
in aquis ſtipticis ubi ſint cauda equina plã
tago mirtilli .ſumac nux cipreſſi .maſtix
thus bolus armenus galle roſe copule glã/
dium et ex iſtis etiam fiat peſſariuꝫ. Ver
ruca autem et emorroides et excreſcentias
matricis reſtauratoribus derelinquo ¶ Si
autem fuerint alique alie egritudines ꝓp
ter quas accidit ſterilitas curentur ſicut di
ctum eſt in locis ſuis. Addamus iſtud ca
pitulum cum capitulo de ſterilitate uiroꝝ
quod dictuꝫ ẽ ſuperius .et habemus opus
perfecti magiſterii ¶ Circa autem iſtam
materiam intelligendum ꝙ ſemen aptuꝫ
ad generandum eſt album grandinoſum
et odoriferum ſicut odor florum palmaꝝ
Modus autẽ coeundi eſt iſte . Vir et mu
lier debent eſſe temperati uel uergere ad
temperamentum et debent ordinari in ci
bis et potibus et aliis rebus non naturali/
bus cibo digeſto et ſuperfluitatibus expul
ſis poſt mediam noctem et ante diem .
Maſculus debet excitare feminam ad co
itũ loquendo oſculando amplexando ma
millas tangendo et pectinem et peritone
on et hoc totum fit ut mulier appetat vt
ſemina concurrant ſimul cuꝫ mulieres tar
dius emittunt et cum mulier incipit loq
quaſi balbuciendo tunc debꝫ ſe commiſce
ri et paulatim debet coire et debet ſe vni
re omnino pectori mulieris ne aer poſſit
ingredi et poſt ſeminis effuſionem debet

ſtare ſupra mulierem ſine motu nõ enim
ſtatim debet ſurgere . poſtq̃ ſurrexerit de-
bet mulier extendere crura et ſtet reſupi-
na et dormiat ſi poteſt . quia multum eſt
utile et non loquatur nec tuſſiat et iſta fa-
ciunt multum ad retentionem ſeminis et
q̃ diu ſentierit ſemen in matrice uel iace-
at uel deambulet paulatine ſi neceſſariuꝫ
fuerit. ¶ CLARIFICATIO. Intelli-
gendum hic diligenter licet ſit contra opi-
nionem philoſophantium quantum ẽ de
preſenti ꝙ ſemen uiri intrat ſubſtantiali-
ter compoſitionem fetus tanq̃ pars mun-
dior et magis depurata et magis apta ad
receptionem ſpeciei nihil enim ſufficiẽter
aptum et paſſum ſufficienter ab anima ni-
ſi reſiduum quarti cibi ſed nihil eſt aptuꝫ
ad recipiendum animam niſi quod ſuffi-
cienter ab anima diſpoſitum eſt et paratũ
cum omnem potentiaꝫ precedat actus ſe-
cundum intentionem domini alberti de
nutribili et nutrito . ſed nihil eſt aptuꝫ ita
et paſſum et diſpoſitum et digeſtuꝫ ſicut
ſemen uiri quare ſemen intrabit ſubſtanti-
alem fetus compoſitionem . ſanguis enim
menſtruus immundus eſt ualde quomo-
do igitur per ſe erit materia et ſubiectuꝫ
tante forme quare ꝛc̃. ¶ Et qđ dicitur ab
Ariſto. artifex non intrat artificium ſed
ſemen eſt artifex quare ꝛc̃. Preterea qđ
eſt formale non ẽ materiale ſemen eſt hu-
iuſmodi . Preterea agens et materia non
coincidunt ſemen eſt ſicut agens et ſi eſſꝫ
materia coinciderent . Re ſpõdeo breuiter
ad omnia iſta ſine preiudicio ꝙ ſemẽ nõ
ſolum habet omnia iſta ſed ſpiritus gigni-
tiuus compoſitus ex tribus ſpiritibus qui
ſunt in ſemine Ille enim eſt ſicut agens ꝛ
ſicut forma et non intrat ſubſtãtialiter fe-
tus compoſitionem . Et Ali. appellat iſtũ
ſpiritum intelligentiam diuinam que ge-
nerat embrionem. non igitur eſt inconue-
niens ſi ſemen intrat ſubſtantialem fetus
compoſitionem. ¶ Secundo notanduꝫ ꝙ
mulieres carnoſe calide et humide haben-
tes uenas latas inter omnes ſunt magis pa-
rate ad conceptum . Tertio colerice exte-
nuate ſed ꝙ macies non nimis excedat
Quarto flegmatice mulieres minus que
habent uenas ſtrictas et ſũt pingues et re-
plete. omnium autem minus melancolice
et extenuate

## ¶ Capitulum decimumquintum de regi-mine pregnantium et de ſignis conceptus

ISTud capitulum eſt de regimine p̃g-
nantium et aborſu et de accidenti-
bus ſuperuenientibus pregnantibus
Sed prius uideamus de ſignis conceptus.
Cũ enim mulier concepit tunc ſentit quã-
dam orripilationem uerſus pudibunda et
uenter graciliatur uerſus umbilicum et re-
tinetur ſemẽ et menſtrua ceſſant et dimi-
nuitur appetitus coitus et urina eſt colora-
ta in qua apparet quaſi cotum carminatuꝫ
et ſunt ibi quedam contenta alba aſcendẽ-
tia et deſcendentia et conſtringitur orifi-
cium matricis interius ita ꝙ acus penetra-
re non poſſet preter hoc ꝙ habeat apoſte-
ma et duriciem et eſt certius ſignum inter
omnia ſigna et uiro uidetur ꝙ uirga ĩma-
neat ſicca poſt coitũ. deinde incipiunt ma-
mille ingroſſari et appetũt diuerſa cibaria
et aliquando enormia et habent dolorem
capitis et ĩmutatur color. Et experimẽto
poſſumus ſcire utrũ conceperit uel nõ. Ac-
cipiat de nocte cũ uult ire dormitũ melli-
cratum cum aqua pluuiali . et ſi ſentit tor-
ſiones tunc pregnans eſt et ſi non nõ . Et
dicit Auic. ꝙ illud habet ueritatem duꝫ
tamẽ non fuerit uſa in ſua ſanitate melle
Secundo ſuffumigetur cum aromatibus
et ſi ſentiat fumum ab intus tunc pregnãs
eſt . et ſi non ſentit pregnans non eſt.

Tertio ſic accipiat mulier aleum et ſuppo
nat ſibi cum iuerit dormitum et ſi poſt
ſomnum ſentierit ſaporem alei in ore pg
nans non eſt et ſi non ſentit ſaporem alei
pregnans eſt . Signa autem maſculinitatis
ſunt iſta . Mulier que concepit maſculuz
eſt ut plurimum melius colorata et ueloti
or in motibus et leuior et melius appetit
et dexter oculus eſt magis mobilis . et ma
milla dextra citius incipit ingroſſari et co
lor eius immutari et tumor in parte dex
tra uentris . Et citius ibi fit motus . et ſi
mulier ſtet cum uult ire citius pedez dex
trum mouet . et ſi ſedeat et uelit ſurgere
ponit manum dextram ſupra genu dex/
trum ſe appodiando et uelotius mouetur
in utero quia in tribus mēſibus mouetur
et mulier in quarto et lac eſt magis groſ/
ſum et mundum quando eſt maſculus et
pulſus maior in parte dextra . Deinde ve
niamus ad cauſas aborſus . ¶ CAVSE.
Cauſe eni aborſus aut ſunt extrinſece aut
intrinſece . Extrinſece ſicut nimius coitus
caſus obuiatio febris apoſtema ulcera carē
tia alicuius cibi deſiderati . aut ſūpſit aliq̄
que cauſant aborſum clamor curſus et ac/
cidentia anime ut ira et timor aut qa ſal/
tauit retrorſum poſt coitum aut quia ē ni
mis extenuata aut quia nondum peruenit
ad annos pubeſcentie aut quia ſemen uiri
fuit exiguum aut quia fecit flebothomiā
aut accepit medicinam laxatiuam aut uo
mitū . aut quia iſta commouerūt ab intus
non per artem ſicut eſt tonitruum fulgur
et breuiter omnia illa que fortiter et ſubi
to commouent corpus ſicut eſt uentus bo
realis poſt meridionalem . Si autem abor
ſus fuerit propter cauſas intrinſecas . tunc
prouenit aut propter uentoſitatem aut hu
morem aut matricis debilitatem. ¶ SIG
NA. Cauſe enim primitiue ſatis ſunt no
te. Sed ſi uenerit propter uentoſitatem hu
ius ſignum eſt quia tunc prouenit in pri/
mis tribus menſibus et tribus ultimis. ex
facili enim cauſa fit aborſus in primis tri
bus menſibus quia ligamenta in principio
et fine ſunt debilia. ſicut uidemus in fru/
ctibus in arbore quia in primis menſibus
et ultimis faciliter cadunt . Si autem fue
rit aborſus propter humiditatem currētez
ad matricem huius ſignum eſt quia fit ab
orſus in tribus menſibus mediis. Si autē
fuerit propter debilitatem matricis et ma
tris hoc erit ſignum quia fit in tribus mē
ſibus ultimis . Signa autem aborſus ſunt
fluxus menſtruorum fluxus lactis cū gra
cilitate mamillarum . Signa autem ꝙ
fetus ē mortuus ſunt iſta immobilitas vē
tris cuz a natura moueretur frigiditas vē
tris et laterum cum a natura eſſet ca. Egri
tudo acuta cum preceſſerit et cum terribi
litate accidentiū grauitas in uentre ad mo
dum ſarcine fetor hanelitus et emiſſio re
rum fetidarum . Signuz etiam fetus mor
tui eſt cum oculi pregnantis gracilia ntur
et alba oculorum fiunt fuſca et nares ſint
rigidi et aures et labia rubea rubore iquā
uergente ad liuorem mortificatum et uē
ter aſſimilatur uentri idropicorū. ¶ PRO
NOSTICATIO. Mulier que debilis
eſt et frequenter patitur in matrice de fa
cili abortitur. hoc ē ſignum infallibile ab
orſus quecunq̨ tēpeſtates ueniunt mulieri
ſiue ab extra ſiue ab intus dum tamē ma
mille nō gracilientur nō oportet timerē d̄
aborſu et ſi gratilientur abortietur . Et ſi
fiat aborſus de maſculo graciliabitur pri/
us mamilla dextra et ſi femina ſiniſtra. ſi
mulieri pregnāti ſuperuenerit durities epa
tis et tumor uētris nō ſanatur aut cū mag
na difficultate . maior ē dolor in aborſu
q̄ in partu naturali. CVRATIO. Cura
tio ſeu ꝓſuatio vitentur oīa q̄ prouocant
aborſum et reducantur ad temperamētū
per contrariuz ſed cū moderamēto ut ca/
lida cum frigidis et econuerſo inanita cū

replentibus et econuerſo et ita de aliis. In
telligendum ꝙ mulier incurrit aliquãdo
fluxus menſtruorum et timetur aborſus.
Sed aliquando eſt ita ꝙ mulier habũdat
in ſanguine ꝙ ſufficeret ad nutriendũ fe
tuz et ad mundificandum corpus et nõ ue
nit etiã per uenas intrinſecas matricis ſed
per extrinſecas et tunc non oportet dubi/
tare de aborſu imo qui reſtringeret eſſet
ꝓuocator aborſus. Signa aũt ꝙ huiuſmo
di menſtrua ueniant per modũ mundifi
cationis ſunt quia mulier non debilitatur
nec mamille graciliantur nec motus fetus
immutatur. in tali igitur caſu nihil eſt fa
ciendum. Intelligendum etiam ut dictũ
eſt ꝙ medicina laxatiua eſt unum de illis
que prouocant aborſum. Vitetur igit̃ om
nibus modis niſi ꝙ aliquando materia ẽ
furioſa et tunc poſſumus mũdificare cor/
pus et hoc a quarto mẽſe uſqꝫ ad ſeptimũ
vt pꝫ. Si aũt uenerit aborſus propter uen
toſitatem aut nim̃ã humiditatẽ lubrican
tem matricem tunc bonũ eſt ꝙ ante con
ceptum mundificetur mulier. Vtatur igi
tur mulier exercicio forti ante cibũ et uta
tur dieta tenui utatur aſſis frixis et torre/
factis. Deinde utatur oximel diure. ubi
bulierit arthemeſia ruta mẽta. deinde pur
getur cum theodoriton emperiſton acua/
to cum euforbio in parua q̃titate. deinde
fiat criſtere cum ſuco blete et ſemine rute
et ſerapino et aliis que communiter appo/
nuntur. Deinde mundificetur matrix cũ
iſta decoctione. ℞. arthemeſie abſinthii
mente origani calamenti aniſi maratri ci
mini ſpice nardi ſquinanti radicum lilii
añ. ℥. ii. pulpe coloquintide ſati. rute añ. ʒ.
iii. mellis lib. ſ. vini albi lib. i. aque lib. i.
et. ſ. fiat decoctio uſqꝫ ad lib. i. et. ſ. et ꝓ
iciãtur in matricem una uice. ℥. iii. Dein/
de poſt completam mũdificationem ſecu
re coeat et impregnatur. deinde utatur di

eta predicta et utatur naſturcio agreſti. et
utat̃ iſtis electuariis ſcilicet dyaniſon dya
ciminum cimenta alexandrina dyanthos
cum muſco dyatrion pipereon dyagalan
ga. Deinde. ℞. zedoarie ſpice nardi ſemi/
nis rute mirre caſtorei aniſi cimini mara/
tri been alipte muſcate añ. ʒ. iii. conquaſſẽ
tur et buliant om̃ia in oleo cõmuni et ad
datur cera et fiat unguentum et inunga/
tur uenter et dorſum et latera uel per mo
dum olei uel per modum unguenti. De/
inde utatur iſto electuario. ℞. zedoarie
aniſi cimini ſeminis naſtur. agreſtis ame
os cinamomi nucis muſcate caſtorei triuꝫ
generum piperis cardamomi gariofaloruꝫ
zinziberis añ. ʒ. ii. conſerue citrangulorum
℥. i. zuccari ꝙ ſufficit. Iſtud electuarium
ualet in omnem euentum et poſt et ante
niſi calor eſſet cõcomitans. Iſta igitur ua/
lent cum fit aborſus in primis menſibus ⁊
in mediis. Si autem fiat aborſus in ulti/
mis menſibus quod fit propter debilitatẽ
ut dictum eſt tunc utamur dieta reſump
tiua et nutriente. et ſit tota odorifera. et
utatur iſtis electuariis ſcilicet potione mu
ſcata et pliris cum muſco dyanthos cum
muſco vꝫ dyamoron dyãbra leticia. Ga.
et ponatur faſcia que comprehendat totũ
uentrem de panno de bombice. et aſper/
gatur puluis maſticis et thuris. In princi/
pio autem conceptus buliant in oleo abſin
thium menta ſpica nardi maſtix et thus
et ſtomacus inungatur. In ultimo auteꝫ
menſe balneetur. et ponantur in balneo
mollificatiua et inungatur cum oleo uio/
laceo et cum oleo ubi bulierint malue. Si
autem pedes inflantur mulieri pregnanti
abluantur cum aqua ubi bulierint abſin/
thium camomille melilotum abrotanum
ſpica nardi et ſal. Si autem mulier preg/
nans appetat enormia. dietetur cum aſſis
et frixis et odoriferis. et poſt cibũ utatur

piris cotanis malisgranatis auellanis aſſis caſtaneis aſſis et ciceribus aſſis et empl'm de melle bugloſſa et ſandalo et corticis ci tri et corrigatur cum blandiciis. Si autez fetus eſt mortuus expellatur per hūc mo dum fiant peſſaria aut ſuffumigationes. Iſta autem que inducunt aborſum ſiue p ſe ſiue cum aliis ſunt iſta. ſ. elleborus niger pulpa colloquin. elactari fel thauri pix li quida aſſa fetida galbanum. caueat tamē ſibi quecunq ſit a pena ſempiternali ꝙ nō doceat penam mortiferam nec aborſum

CLARIFICATIO. Intelligendū ꝙ ligamenta a principio ſunt debilia rara tenera que nondum ad magnitudinez de uenerunt et ideo ex modica occaſione rū puntur ſicut uidemus de fructibus in ar boribus. In medio autem tempore uene runt ad perfectam magnitudinem et ſūt ſolidata et ita in hoc tempore poſſumus cum minori periculo purgare. In fine au tem debilia ſunt pro tanto quia extendū tur et carent nutrimento cum fetus totū ſibi trahat ſicut patet de fructibus qui p ſe cadunt ſicut dicit Galie. Secundo no tandum ꝙ fetus poteſt uiuere matre mor tua exiſtente ſaltim per aliquod tempus nec caret omnino hanelitu imo fetus tra hit aerem attractum in arteriis matris et potiſſime uiuit quando os matricis tenet apertum. et ideo matre mortua aliquod artificium debet fieri ut os matricis ſtet apertum et ſtatim uenter matris debet a periri et fetus extrahi. et tali artificio ut dicitur fuit primus ceſar extractus. et iō ex inde habuit nomen

## Capitulum. xvi. de difficultate partus

PArtus quidam ē naturalis et qdā innaturalis. et quidā difficilis. et d̄ iſto intendimus magis principalit̄ Partus naturalis eſt qui ē i . fine ſeptimi menſis aut decimi aut noni ut plurimum et debet caput prius exire et debet tenere faciem uerſus terram. deinde debet egre di colluz. deinde humeri et debet brachia tenere extenſa ſupra latera. Partus autem innaturalis eſt quando exit reſupinus aut primo exeunt pedes aut manus aut latera Partus autem difficilis eſt quando non po teſt exire et laborat mater et anguſtiatur et moratur in illo labore et anxietate lon go tempore. Si autem partus ē laborioſus et difficilis hoc eſt aut propter cauſas ex trinſecas aut propter intrinſecas. ſi ꝑpter extrinſecas ſicut eſt nimia caliditas aut fri giditas aut quia obſtetrix eſt indocta aut quia fuit uulnerata i orificio matricis ex terius et facta eſt ibi cicatrix et durities z cum uenit ad partum illud non eſt bene dilatabile. aut quia partus eſt ante tempus naturale. aut quia mulier patitur aliquam egritudinem circa uentrem aut quia ē m' tum conſtipata. Si autem fuerit propter cauſas intrinſecas hoc eſt quia puella cōce pit ante tempus pubeſcētie et habet adhuc meatus ſtrictos aut quia eſt pinguis et ha bet orificium oppilatum. aut quia mulier eſt nimis delicata et pauida aut quia fetus eſt nimis magnus et groſſus aut quia ni mis tenuis paruus et debilis et non poteſt ſe iuuare aut quia eſt mortuus aut quia ca put eſt nimis magnum aut quia ſunt duo capita aut duo gemelli. aut quia partus eſt innaturalis ante tempus naturale. aut qa ſecundina nimis ē dura. aut propter egri tudines matricis. aut quia matrix eſt par ua naturaliter et corrugata. aut quia ma trix eſt ſicca ſine lenitate.

SIGNA. Si autem mater eſt fortis et cauſe primi tiue nec alie note apparent tunc eſt ſignuz ꝙ partus eſt difficilis propter ſecundinaz. ſi autem fuerit propter fetum mortuum tunc eſt dolor magnus circa umbilicum febris lenta. diſcoloratō faciei. fetor hane tus et aſcenſus uaporum terribilium ad ſu periora et immobilitas uentris inſtantia

uigiliarum. omnia alia poſſunt cognoſci ꝑ
iudicia. ¶PRONOSTICATIO. quã
do dolor declinat uerſus inferiora et bane
litus eſt bonus partus erit facilis maſculus
cum minori labore egreditur q̃ femia. mu
lieres pingues magis laborant in partu q̃
macilente. ¶CVRATIO. Curatio ſeu
rectificatio. Cum appropinquat tempus
partus balnectur in tina ubi ſit malua biſ-
malua uiola camomilla melilotũ. poſtea
inungatur cũ oleo ſiſamino et oleo amig
da. dul. et pinguedine galline. deinde in-
cedat per loca decliuia. Et cũ magis appro
pinquat ad partũ ſumat cibũ in parua q̃ti
tate ſed multi nutrimenti ſicut brodium
pulle pinguis et ſumat uinũ odoriferum.
Deinde cũ magis approximat̃ et rũpitur
tela prima et incipit exire quedam aquoſi
tas tunc attrahat banelitũ cuꝫ fortitudine
et impellat fortiter uerſus inferiora. q2 ta
lis impulſio ẽ magni iuuamenti. Et eliga
tur obſtetrix habens manũ gracilẽ et digi
tos longos et dilatet orificiũ matricis ſua
uiter. et cũ apparet ſecundina incidatur ſu
auiter cum unguibus et intromittat̃ iſtud
peſſarium quod reddit partum facilem ſi
ne timore aborſus. ℞. yſopi radicum lilii
origani calamenti an̄. ʒ. ii. terbentine. ʒ. i.
conquaſſentur et miſceantur et inuoluant̃
in lana et fiat peſſarium. deinde ſuffumi
getur cũ alipta muſcata. Deinde cum iſta
preceſſerint et adhuc eſt partus difficilis fi
at ſternutatio et comprimat ſe fortiter et
ſi mulier ſit pinguis iaceat ſupra uentreꝫ ſu
um et flectat genua ſupra uentrem. Si au
tem fuerit propter conſtipatõnem fiat cri
ſtere. Si autem fuerit propter cicatricem
non eſt uia niſi ꝙ cum inſtrumento ciru
gico cicatrix aperiatur. Si auteꝫ fuerit ꝓp
ter partum innaturaleꝫ reponatur intus ſu
auiter uel pes uel manus donec ſecundum
naturam ueniat. Si auteꝫ fuerit propter fe
tum mortuuꝫ balnectur in aqua ubi ſit pu
legium regale arthemeſia origanũ calamẽ
tum et fiant ea que dicta ſunt in capitulo
precedenti de aborſu. Et ſi fuerit propter
egritudines aut propter cauſas primitiuas
notas reducantur ad temperamentum per
contrarium et curentur ſicut dicetur in li
bris ſuis. Intelligendum ꝙ iſta confectio
reddit partum facilem. ℞. mirre caſtorei
ſtoracis cala. cinamomi ſauine an̄. ʒ. ii. ʒuc
cari ꝙ ſufficit et fiat electuariuꝫ. capilli ue
neris reddit partum facilem. et dicitur ꝙ
ſi colligatur agrimonia cum oratione do-
minica et ligetur in coxa mulieris laborã-
tis in partu ita ꝙ radix ſit uerſus ſuperio-
ra ꝙ ſtatim expellitur fetus. et ideo opor
tet habere cautelam ꝙ ſtatim remoueatur
poſt partum qm̃ aliter matrix deſcẽderet
ad inferiora. Qualiter auteꝫ et quomodo
baccalarius nouiter genitus debeat regi hͦ
dicemus per dei gratiam cuꝫ tractabimus
regimẽ ſanitatis. CLARIFICATIO
Intelligendum ꝙ mulieres pingues pariũt
cuꝫ difficultate et quia ſunt oppilate et cõ-
ſtricte et quia parum habent de calore et
ſpiritu et ideo quia uirtus debilis fetũ bo-
no modo expellere non põt. ¶Secũdo no
tandum ꝙ natus in ſeptimo menſe bene
poteſt uiuere quia ſeptẽ planete iam ibi o
perati ſunt. in octauo aũt non q2 debilis
uidetur poſtq̃ in ſeptimo non oritur qua
re expectare oportet uſq; ad. ix. et potiſſi
me q2 iterũ incipit dominari ſaturnus in
octauo ſicut fecit in primo. et q2 ſaturnus
imobilitat et inducit quietẽ cũ ſit planeta
frigidus et ſiccus. ideo ſi moueatur contra
inclinationẽ orbis mouetur. et ita uidetur
motus ſinthomaticus non naturalis q2 ui
uere non põt. in nono autem incipit reg-
nare Iupiter qui eſt planeta beniuolus. et
ideo poteſt uiuere cum etiam ſit fortifica
tus. ¶Tertio intelligendum ꝙ baccalari
us nouiter natus ſtatim flet et clamat ꝓp
ter ſubitam mutationem ad aerem frigi-
dum. et ſi ſternutet bonum ſignum eſt
quia fortitudo uirtutis ſignificatur.

¶Quarto notandum ꝙ mulieres q̄ con
ſueuerunt parere facilius pariunt q̄ q̄ non
conſueuerũt iuxta illud Ipo. aſſueti aſſue
tos ferre labores ⁊c̄. et propter aliud. ſ. ꝓp
ter latitudinem meatuum niſi aliquod ſu
peruenerit impedimentum ſicut ē ſtrictu
ra meatuũ propter aliquas occaſiones . aut
nimia fetus magnitudo et ſiſ̄ia. ¶Quito
notandum quoniam licet aromatica nari
bus appoſita attrahant matricē ad ſuperio
ra tamē quãdo eſt ibi fetus non ſed cõfor
tant . et ideo aromatica naribus appoſita
reddunt partum facilem uirtutē confortã
do. ¶Vltimo notandum ꝙ ſi queratur ĩ
quo tempore partus ſit facilior dico ꝙ in
uere propter uirtutis fortitudinem et ſi di
ceretur ꝙ in eſtate propter raritatez et me
atus latitudinem dico quia non ſufficit ꝙ
uirtus deficit exalando.

¶De retentione ſecundine.

REtentIo ſecũdine inducit multa no/
cumenta propter uapores et fumos
retentos qui aliquando aſcendũt ad caput
aliquando ad cor . aliquando inducũt do/
lorem in toto uentre. Retinetur aut prop
ter debilitatē uirtutis expulſiue aut ꝙ ſan
guis menſtruorũ retinetur in multa q̄tita
te aut quia pecus generatum eſt in matri
ce. Imprimis prouocetur uomitus . 2° ꝓ
uocetur ſternutatio. tertio retineatur hane
litus. quarto potetur ſucus porri et diure.
ſicut aniſi cimini et ſimilia. quinto ſuffu/
migetur cuz ſemine porri aut arthemeſia.
aut ſauina origano perforata ſinapi. ſterco
re bouino ſicco. ſtercore colũbino aut cum
oculo piſcis albi ſalſi aut cũ ungulis equoꝝ
aut ruta et abſinthio aut cũ ſpolio ſerpentiſ
et ꝙ circũtingatur aut ſuffumigetur cũ ari
ſtologia aut cũ naſturcio et ficubus ſiccis.
Et ex nominatis poteſt fieri balneum aut
emplaſtrũ et ꝙ empl̄m ligetur ſupra cox
as. Sexto obſtetrix inungat manuz ſuam
cũ oleo de lilio et intromittat in matricē
ſi parua manus eſt et paulatine ſine uiolē
tia extrahatur . Septimo ſupponãtur ea q̄
faciunt aborſum . Octauo ſi ex his omni
bus haberi nõ poteſt dimittatur quia poſt
aliquos dies natura confortabitur et expel
let eam aut quaſi integram aut quaſi con
uerſam in aquoſitatem . Vltimo conforte
mus matrē cũ cibis laudabilibus et electu
ariis aromaticis ſicut ē dyanthos cuz mu
ſco potio muſcata et ſimilia. ¶CLARI
FICATIO . Intelligēdum ꝙ uomitus
ualet in expulſione ſecundine licet moue/
at ad ſuperiora pro tanto quia eſt anguſti
oſus et quia ſuſcitat uirtutem expulſiuam
partiũ inferioruz que ſuſcitata expellit no
ciua. ¶Secundo intelligendũ ſm̄ conſtan
tinũ ꝙ ſecundina et alii panniculi genera
ti ſunt anteq̄ ueniat ſanguis menſtruoruz
ex ſeminibus igitur generabitur ſecũdina.
et licet raro generetur ex ſanguine q̄ magis
neceſſarius ē conſtitutioni fetus. ſecundina
tamē ē magis neceſſaria conſeruationi fe
tus et ideo natura uoluit ſecundinã ex ſe
minibus fabricare. ¶Tertio notanduz ꝙ
ſapientes anathoici ponunt ꝙ fetus inuol
uitur quodã pãniculo ubi recipiũtur ſup/
fluitates ſecunde digeſtionis ſicut ē urina
et eſt alter panniculus qui recipit ſuperflu
itates tertie digeſtionis ſicut ē ſudor . Et
tunc queritur quare nõ ē alter qui recipiat
ſuperfluitates prime q̄ ſunt ſtercora . dico
ꝙ in hoc caſu non impedit . quia fetus nõ
recipit nutrimentum per ſtomacũ ſed per
umbilicum. unde ab epate matris delegatē
ſanguis purus uſq; ad epar fetus mediante
umbilico fetus et inde nutritur et ꝙ ſang
uis purus non habet ſuperfluitates groſſas
ideo nõ ſunt ibi feces quare nõ fuit ibi ter
tius panniculus . Alie autē ſuperfluitates
ſunt ualde parue et ideo bene poſſunt con
ſeruari uſq; ad tempus natiuitatis. ¶Vlti
mo notandũ ꝙ ſternutatio et uomitus et
appoſitio odorum et ſimilium iuuant ad

expellendum ſecundinã et hoc quia ſuſci
tant et commouent uirtutem expulſiuam
ſopitam ut dictum ē .et ſi aliquo modo
faciunt deſcendtere matricem tñ maius ē
iuuamentum

¶De mola matricis

MOla matricis eſt quoddam carnis
fruſtum enorme et quaſi ſine fi/
gura et uocatur apud quoſdaꝫ pe
cus . alii uocant fratrem lumbardorum .
Alii autem uocant arpiam de nomini/
bus autem nulla ſit contentio . ¶CAV
SA. Generatur autem mola cum multi/
tudo ſeminis mulieris calidi currit ad ma
tricem cum carẽtia ſeminis uirilis. et ideo
non põt generari embrio ſed quidaꝫ glo/
bus enormis et credunt mulieres eſſe inp̄g
nate cum nõ ſint. ¶SIGNA. Mola au
tem aſſimilatur inpregnationi ꝓpter mul
ta. primo quia menſtrua retinentur. ſecun
do uenter eſt tumidus. et ſentitur motus
ſicut ſi eſſet embrio et mamille indurant̃
et cadit appetitus et diſcoloratur mulier.
Signa autem diſtinctiua ſunt iſta quoniã
motus eſt inordinatus nec periodat̃ i mo
la nec mouetur de latere ad latus niſi cuꝫ
compreſſione et uenter eſt durior q̃ in cõ
ceptu naturali et pedes ſunt molles ualde
in conceptu aũt nullũ iſtorum ē. ¶PSO
NOSTICATIO. Mola uniuerſaliter
ē difficilis curationis .aliquãdo aũt ſtabit
per quatuor annos. aliquãdo uſq; ad fineꝫ
vite et non recipit curationẽ. aliquãdo au
teꝫ egredit̃ quoddã fruſtũ carnis enorme
aliquãdo ſanguis multus. aliquando uẽto
ſitas multa. ¶CVRATIO. Imprimis
uitet exerciciũ deinde dormiat ſupra dor
ſum cũ eleuatione cruriũ et etiã coxarum
ꝓuocet uomitũ deinde ſi particularia con
ueniãt fiat flebothomia deinde farmacia
deinde utat̃ diur. deinde apponãtur ea q̃
ꝓuocãt aborſũ. vitet oĩa indigeſtibilia et
omnia generãtia uentoſitatẽ. balneetur et
ſtuphetur in aqua decoctionis malue et ſi
miliũ mollificantiũ . Et ſi ex his nõ curet̃
utatur tali ſirupo. ℞. arthemeſie ſauine ut̃
uſq; calamenti leuiſtici bectonice geman
dree añ. ℥. ii. aniſi maratri ſquinanti ſpice
nardi ſpice celti. calami aroma. ciperi .añ.
℥. i. aceti albi. ℥. iiii. mellis lib. i. et. ʒ. et fi/
at ſirupus. purgetur cum theodoriton em
periſton. deinde fiat ſtupha et ponant̃ ea
que poſita ſunt i ſirupo .utatur aurea alex
andrina et ſuffumigetur cum eis que po/
nuntur in ſirupo et balneetur in eiſdem ⁊
emplaſtretur cũ eiſdẽ. Deinde ſi iſta non
ualent inungat obſtetrix digitũ in oleo pe
troleo et concutiat hoſtiũ matricis. dein
de ſuffumigetur cũ mirra caſtoreo et elle
boro . Et ſi ex iſtis non curetur teneat̃ to
tus ordo ꝓcreandi aborſũ. et ſi iſta nõ va
lent requieſcat in pace. ¶CLARIFICA
TIO . Intelligendũ ꝙ uermes et reptilia
et arpia et frater lõbardorum poſſunt ge/
nerari in matrice ſed uermes raro quia in
inteſtinis generantur ex ſuperfluitate im
munda multũ . rariſſime aũt in matrice.
Sed aĩal enorme qđ põt appellari mola ſeu
arpia bene põt generari ex ſemine mulier̃
corrupto et ex carentia ſpermatis uiri et
ex calore inaturali. naturale tñ corpori ge
nerato et frequentius ut dicitur generatur
in mulieribus lombardis quia magis labo
rant quia ſunt multũ ſubiecte aut ꝓpter
corruptionem nutrimenti ſicut in apulia
ut aliqui uoluerunt. De augmento auteꝫ
umbilici et uaricũ et gibboſitate et ſimili
bus non curo huiuſmõi apponere .aut qa
raro accidunt aut quia forte nõ recipiunt
curationẽ aut quia reſtauratoribus derelin
quo. et forte de omnibus iſtis faciã unum
capitulũ breue

¶De ſciatica paſſione

GVtta artetica ſciatica podagra et
cyragra magnã habent conueniẽ
tiã ad inuicẽ . ſed gutta põt locuꝫ

generis obtinere qꝫ ut plurimũ om̃es iſte
paſſiones generantur per viã reumatiſmi
et qꝫ reuma diſtillat ſicut gutta aque . iõ
omnes iſte paſſiones poſſunt dici nomine
generali gutte. gutta igitur tenet locuꝫ ge
neris . alie auteꝫ quatuor ſunt ſpeties eius
artetica aũt põt dici cuꝫ currit materia ad
iuncturas digitorũ pedũ manuũ et eſt tu
mor aliquãdo. et ideo artetica ab artubus
nomẽ ſumpſit. Sciatica aũt appellatur cuꝫ
deſcendit materia ad ligamẽtũ ancharum
uel currit ad locũ q̃ appellatur uertebrum
et ſcia. et iõ qñ materia cõprehenſa ẽ in li
gamẽto illo qđ ligat os cũ coxis tũc dicit̃
ſciatica licet poſſet fieri ex mala cõplexio
ne. Cyragra aũt appellatur cũ materia cõ-
prehenſa ẽ in ligamẽtis et lacertis manuũ
Podagra aũt appellatur cũ materia compꝫ
henſa ẽ in ligamẽtis et lacertis pedũ. et nõ
ẽ magna uis ſi artetica obtinet locũ gene-
ris ſicut gutta. Et ſm̃ hũc modũ loquẽdi
eſſent tres ſpecies et duo genera loco vni
us. de nominibus tñ nulla ẽ contentio pro
tanto qꝫ magnã cõuenientiã hñt iſta ĩ cau
ſis et ſignis et curis . quare iſta poſſumus
ſub uno caº comphendere. ¶ CAVSA
Cauſa eni iſtoꝝ aut ẽ exterior aut interior
Si exterior ẽ ſicut nimia caſitas diſſoluẽs
aut nimia fritas condenſans aut ociuꝫ ni-
miũ aut retentio alicuius qđ cõſueuit flue
re. aut exerciciũ nimiũ . et potiſſime poſt
ſacietatẽ. aut coitus nimius poſt repletõnẽ
Crapula etiã ẽ cã huiuſ. et nimia repletio
cibi et potus. vinũ ſumptũ forte poſt re-
pletionẽ cibi et potus. Venit aũt iſta paſ-
ſio ſenibus et conualeſcẽtibus et illis q̃ pa
tiũtur cronicas egritudines. et uenit in ve
re ꝑpter repletionẽ. et in eſtate ꝑpter diſ
ſolutionẽ et in autũno ꝑpter raritatẽ. Si
aũt fuerit cã interior tũc ẽ triplex. aut eni
ꝓuenit ex pte hu. aut mẽbri . aut uirtutis
ſi hu. ẽ ſicut ſãguinis habũdantia aut cole
re aut fl̃atis aut melancolie ſiue fuerit ſim
plex aut cõpoſita . Si ex parte mẽbri ẽ qꝫ
rarũ amplũ et dilatatur in ſuiis uĩs et fora
minibus . Si ex parte uirtutis ẽ ut qꝫ mẽ
brũ debile ſiue a natura ut qꝫ filius poda-
grici . aut qꝫ debilitatũ ẽ p̃ accidens et ita
debilitas particule patientis eſt fortiſſima
cã et fortitudo uirtutis impellentis et alio
rũ membrorũ. Et eſt intelligendũ ꝙ tan
ta humiditas currit aliquãdo ad iuncturã
ꝙ uertebrũ relinquit ſciã et claudicat niſi
curantur. materia ſciatice ut plurimũ con-
tinetur in iũctura. deinde uadit ad neruũ
latum. deinde a toto corpore currit ad lo
cũ preter naturã primã. ¶ SIGNA. In
telligendum ꝙ in cognitione cauſe aliquã
do decipimur ut ꝓbi gratia paſſio iunctu
rarũ erit aliquãdo đ cã frigida et nos opi
nabimur ꝙ ſit de cã ca. applicabimus fri-
gida et talia frigida iuuant aliquãdo nar-
cotizando . ſtupefaciendo eni ſedãt dolo-
reꝫ. et iõ qꝫ frigida iuuãt credimus ꝙ ma
teria ſit calida licet ſit frigida et ita ſumꝰ
decepti. Preterea materia erit aliqñ ca. et
nos credimus ꝙ ſit fr̃a et applicabimus fri
gida calidis et iuuãdo naturã exalando ſi
corpus nõ fuerit plectoricũ et qꝫ ca. iuuãt
credimus ꝙ materia ſit frigida cũ ẽ ca . et
